3-5

Nº 1
22-43

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Nº 8
Tabla 57
Número

Della libreria di D.^r Alfonso Baldi

[illegible]
[illegible]

R 6941


BIBLIOTHECA
Scriptorum Ordinis Minoru
S.ti FRANCISI
CAPVCCINORVM
A F. Dioniſio Geruenſi
eiuſdem inſtituti Concionatore conte

# BIBLIOTHECA
## SCRIPTORUM
## ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI
# CAPUCINORUM

À FR. DIONYSIO GENUENSI

Ejuſdem Ordinis Profeſſore

Se aplicó a la Libr.ª de este Conv.to de S. Juan Baut.ta de Granada año 1768 el R. P. Fr. Joseph Felix de Sevilla, Ex Lector de Th.ª Mor.

Contexta.

*In hac ſecunda editione accuratiùs coordinata, & ultra Ducentorum Scriptorum elucubrationibus locupletata, & aucta.*

Accedit Catalogus omnium Provinciarum, Conventuum, Miſſionum, ac Religioſorum, qui ſunt in unaquaque Provincia prout numerabantur in Capitulo Generali 1685.

*AD ILLUSTRISS.UM, AC REVERENDISS.UM D.*

## D. IO. HIERONYMUM DE AURIA
### EPISCOPUM NEBIENSEM.

GENUÆ M. DC. LXXXXI.

Ex Typographia Ioannis Baptiſtæ Scionici. *Superiorum permiſſu.*

[illegible]
[illegible]

*ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D.*

# D. IO. HIERONYMO DE AVRIA

## EPISCOPO NEBIENSI.

*AVctores Voluminum ſuis ſcriptis Patronos, ac Mæcenates nuncupare conſueverunt, ut virorum dignitate præſtantium patrocinio ſuffultis, ſecuri in iis evulgandis conquieſcerent, eorumque auctoritatem mordaces Zoili reveriti, aut dentes non infigant, aut infigere ſi conentur, vulnus non infligant.* Elige (*hortatur Auſonius*) ad tui Voluminis protectionem virum nobilem, ſanctum, benignum, munificum, præſtantem robore virtutis, qui ſciat adverſus obtrectatores aciem dirigere poteſtatis. *Hoc ergo mihi perpendenti, & huic Bibliothecæ ex ſolius noſtræ Religionis Capucinorum elucubrationibus concinnatæ, Patronum, ac Protectorem exquirenti, Tu præ cæteris omnibus occurriſti, Illuſtriſsime Domine, quem, cùm ſplendore ſanguinis effulgeas, dignitatis faſtigio emineas, ac præcipuarum ſobole virtutum exuberes, eidem & optatum decus impendere poſſe cenſui, & tutelam.*

Epiſt. 13

*Tuam quidem nobilitatem longa Proavorum ſerie ab antiquis hauſtam temporibus omnes norunt, & prædicant. Enimverò, quis te meliùs, aut decentiùs gloriari poteſt Majoribus ſuis, qui innumeros Heroes ingenio acerrimos, non rarò fortuna, ſemper autem virtute maximos, tot dignitatibus conſpicuos, tot prælijs Victores, tot Victoriis triumphales, tot triumphis glorioſos connumerare potes: quorum memoriam per omnes Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ, immò & totius Orbis latiſſimas Oras longè, latèque diffuſam, nulla unquam annorum vetuſtas abolebit? Sed Generis omiſſo ſplendorem, quem non tam tua, quàm Majorum tuorum Tibi invexit excellentia.*

*Propria tua ſunt præclariſſima Virtutum Stemmata, quæ miro ordine in Te Gentilitiam auguſtiſſimi ſplendoris majeſtatem aperiunt. Hæc enim veluti è ſublimi quadam ſpecula in-*

*genii tui gravitas, Doctrinæ præſtantia, loquendi ſuavitas, comitas ſingularis, cordis magnificentia, erga litterarum ſtudioſos animi propenſio, benignitas erga omnes, & perſpecta denique univerſis vitæ tuæ integritas, ita oſtendunt, ac extollunt, ut videatur ad hoc ſolùm te natura genuiſſe, exercuiſſe voluntas; unde non eſt mirandum, ſi nunquam obtrectatores, qui mores carperent, inveneris, nec invidos, qui gloriam imminuerent, provocaveris; immò omnium benevolentiã, & venerationem in Te ſpirare, & conſpirare cernamus, quaſi Virtutes, quas in Te conſpiciunt, æmulari non audeant, nec odiſſe.*

*Sed quàm inſignis exinde ſit tua in Deum pietas*: quæ in corde tuo delubra tenens ſeſe omnibus actibus inſerit: *quàm verò mundialis pompæ deſpicientia, & florentis fortunæ contemptus: quàm verum de præſentibus, ac exactum de futuris judicium in ipſomet adoleſcentiæ diſcrimine, lubricæque ætatis Tibi fuerit, illud facilè convincit, quòd ad Excellentiſsimæ Domus opulentiam, & ad conſuetas glorias paternis Laribus inferendas natus, dignitatibus, honoribus, divitiis, iiſque omnibus, quæ in rebus humanis ſplendent magnificè calcatis, omnia detrimentum feceris, arbitratus ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaceres, Teque ad Religioſiſsimæ, ac piiſsimæ Congregationis de Somaſcha arctiorem diſciplinam, aſperioraque exercitia glorioſisſimè dicaveris.*

Claud. Paneg. 3.

*Attamen hæc illuſtria tuæ pietatis lumina haud diù te latere permiſerunt. Pudebat (ut ita dicam) Cœlum ſi non manifeſtis tuis virtutibus teſtimonium redderet, tua inſtante fama virtutum, qui Tibi ſemper, tuiſque moribus imperaveras, alios regere juſſus fuiſti, Teque Summus Pontifex Clemens X. adjudicavit idoneum, quem in animarum Paſtorem ſufficeret, ac Nebienſis Eccleſia á Religioſi Clauſtri ſacris otiis te arriperet in Præſulem. Sed Epiſcopalibus Infulis ornatus eaſdem, quæ in piiſsimo, ac Illuſtriſsimo Ordine maximè florent Virtutes, non minus opportunè, accuratè, conſtanterque coluiſti. Frequenter enim á terrenis, ſæcularibuſque negotiis cogitationes abducis: frequenter de te ipſo cogitare ſolitus, aſsi-*

*duam*

*duam tuarum actionum, commiſsique Tibi Gregis à te ipſo rationem exigis, eoque ordine, exactaque menſura omnes vitæ rationes, ac temporum ſpatia diſpenſas, ut nulla unquam impedimenta deſtinatum orationi, ſpiritualibuſque exercitiis tempus eripiant, nullaque adverſæ valetudinis importunitas Te poſsit retardare, quò minus ſumma mentis alacritate, & reverentia omnia humilis, ac pii animi obſequia Deo perſolvas.*

*Plura dicerem, niſi eſſet difficile parem orationem adducere tuis virtutibus, & Tibi moleſtum eſſet audire, dum Deo, & conſcientia teſtibus, non verò hominum quovis Elogio probari deſideras. Hoc ſolùm modeſtiſsimus tuus Genius mihi ſub ſilentio reticere non patiatur, quòd, cùm Somaſchenſium Sacra Religio præclaris tuæ innocentiæ, ac doctrinæ radiis illuſtrata, olim Te ſuum alumnum fuerit amplexa, & nunc in Epiſcopali dignitate conſtitutum te ſuum Tutorem, ac benevolum Patrem veneretur, eamque tutelam, ac paternam protectionem pro eximia tua erga B.P.N.S. Franciſcum devotione, Majorum tuorum ſecutus exempla, erga nos ſuos humiles Filios benigniſſimè extendas; quod mei muneris eſt, debitique officii me compleſſe omnes exiſtimabunt, ſi Illuſtriſs. Dominationi Tuæ hanc Scriptorum noſtrorum Bibliothecam dicaverim, ſuoque vero Tutori nuncupaverim.* Adfero ergo ad Te hominem præclarum, Deoq; acceptum munus, non ilud quidem ex Auctore Te dignum, mea tamen facultate propè majus. (D. Greg. Nyſſen. in præfat. ad lib. de hom. opific.) *Excipiat, obſecro, benignitas tua pignus hoc noſtræ gratitudinis, ac addictiſſimæ voluntatis, perenne mei erga Te cultus, & obſequii monumentum, quod Illuſtriſs. D.T. poſt oſculum ſacrarum veſtium appendo in votum. Si Tibi placebit, nemini diſplicebit: ſi à Te benignis oculis aſpicietur, à nemine deſpicietur. Ex Conventu S. Barnabæ Genuæ die 9. Iunii 1691.*

*Illuſtriſs. ac Dominationis Tuæ Rever.ma*

Servvs Humillimus, & addictiſſimus:

*Fr. Dionyſius à Genua Capucinus.*

## *Nos F. Carolus Maria Maceratenſis totius Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Capucinorum Miniſter Generalis (l. i.)*

FAcultatem elargimur, ut opus à Rev. Patre Dionyſio à Genua Concionatore, & Guardiano in Conventu S. Barnabæ, nec non Genuenſis Provinciæ actuali Diffinitore noſtri Ordinis compoſitum, & auctoritate noſtra reviſum, ac à duobus Theologis noſtri Ordinis approbatum, cujus titulus eſt: *Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum Capucinorum*, Typis iterùm mandari poſſit cum ejus additionibus, Servatis tamen ſervandis. In cujus fidem has noſtras ſigillo munitas, & manu propria ſubſcriptas dedimus in Conventu noſtro Immaculatæ Conceptionis Romæ die 28. Octobris 1690.

*F. Carolus Maria Min. Gener.*

## Approbationes Theologorum Ordinis.

B*Ibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum Sancti Franciſci Capucinorum* à Rev. Admodum Patre Dionyſio à Genua in primario Sancti Barnabæ Conventu Guardianus, & Genuenſis Provinciæ actuali Diffinitore, non exiguo ſtudio, nec mediocri labore contexta, ad multorum vota illam ſuſpirantium, novis aucta incrementis, iterum ſurgere debet ex prælo. Quot in ea numerantur Scriptores, tot ſui Auctoris exhibet laudatores, qui illum prædicant, dum leguntur. Pius, eloquens, & eruditus Bibliothecarius ſui ingenii facibus deducit ad lucem plures, ac plures viros immortali memoria digniſſimos, quorum nomina in tenebris deliteſcebant. Huic multum debet noſtra Religio: ipſius enim opera, & induſtria tot Illuſtrium Filiorum Matrem ſe læta miratur, & lætabunda. Cæterùm Chriſtianus Lector *Bibliothecam* hanc inoffenſo pede percurret: ſiquidem nihil in ea inveniet, quod bonis moribus, Sanctorum Patrum Sanctionibus, Sacrorum Conciliorum Decretis, & puritati Fidei, quam Eccleſia Romana docet, vel minimum adverſetur. Hoc teſtimonium perhibeo veritati ego infraſcriptus, qui illam, ex impoſitione Rev. P. Caroli Mariæ Maceratenſis totius Ordinis noſtri Generalis Miniſtri, ſedula animadverſione pervolvi. Genuæ in Conventu Sanctiſſimæ Conceptionis die 17. Octobris 1690.

*Fr. Franciſcus à Sexto Capucinus.*

DE mandato Rev. P. Caroli Mariæ à Macerata totius Capucinorum Ordinis Generalis Miniſtri legi non modico meo oblectamento Librum, cui titulus eſt: *Bibliotheca Scriptorum Fratrum Capucinorum* ab Adm. R. P. Dionyſio à Genua hujus noſtræ Genuenſis Provinciæ Diffinitore, ac Guardiano elucubratum. Admiratus ſum in eo verborum elocutionem, ut non immeritò videatur imitari Areopagitam Scriptorem, cujus ſapientiſſimi nomine decoratur. Ille ſiquidem miro ordine luculenter conſcripſit *de Divinis Nominibus*; ſcilicet de nomenclatura illius Numinis, quod inter cætera peculiari nomine in Sacris Codicibus nuncupatur Alpha, & Omega. Hic Ordine Alphabetico ſcripſit de Nominibus Scriptorum, qui in Religione Capucinorum ſe Divino nomini dicaverunt. Jam aliàs reviſum, & approbatum ab aliis hunc Librum typis excuſſum Chriſtianus Orbis inſpexit. Et modò, ut litterarum amatoribus conſulam, & communi utilitati legentium faveam, digniſſimum cenſeo, ut denuò aliorum Scriptorum nominibus locupletatum imprimatur. Datum Genuæ in noſtro Conventu SS. Concept. die 15. Octobris anno 1690.

*Fr. Dominicus à Genua Concionator Capuc. olim Scholaſt., nec non Sac. Theol. Mor. Lector.*

## *P R O T E S T A T I O.*

LEctor, adverte in Elogiis Scriptorum noſtræ Religionis Capucinorum, quos in hac Bibliotheca complexus ſum, nonnulla me obiter attingere, quæ vitæ ſanctitatem ipſis videntur adſcribere; perſtringo aliquando alia ab iis geſta, quæ, cùm vires humanas ſuperent, miracula videri poſſunt, & ſi quæ ſunt alia huiuſmodi. Cæterum hæc omnia tibi propono, ut nolim à te accipi tanquam ab Apoſtolica Sede examinata, & aprobata, ſed tanquam quæ à ſola ſuorum Auctorum fide pondus obtineant, atque ideò non aliter, quàm humanam hiſtoriam. Proinde Apoſtolicum Sacræ Congregationis Sanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis Decretum Anno 1625. editum, & Anno 1634. confirmatum, integrè, & inviolabiliter, iuxta declarationem ejuſdem Decreti à SS. Domino noſtro Vrbano Papa VIII. Anno 1632. factum, ſeruari à me omnes intelligant, nec me velle vel cultum, vel venerationem aliquam illi arrogare, vel famam, aut opinionem ſanctitatis inducere, ſeu augere, nec quidquam ejus exiſtimationi adjungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando illius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem; ſed omnia in eo ſtatu à me relinqui, quem, ſecluſa hac mea elucubratione, obtinerent. Hæc tam ſanctè profiteor, quàm decet eum, qui Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus filius haberi cupit, & ab ea in omni ſua actione dirigi. Ita profiteor, & proteſtor.

*Fr. Dionyſius à Genua Capucinus.*

*Imprimatur.* F. Io: Dominicus Berruccius Sac. Theol. Mag. Inquiſitor Generalis Genuæ.

1690. *à 29. Novembre.*

*Imprimatur.* Ex auctor. Excell, & Illuſtr. Magiſtr. Inquiſitor. Status.

*Io: Franciſcus Caſtagnola Cancell.*

# AD LECTOREM.

CVM juxtà D. Dionyſium Areopagitam Angelicum opus ſit, immò divinarum omnium perfectionum diviniſſimum Dei cooperatorem eſſe in reductione animarum ad Creatorem, alios purgando, illuminando alios, & perficiendo; ideſt piis monitis, documentis, & exhortationibus ad ſanctitatem, & juſtitiam erudire, atque juſtos, & ſanctos æquè ac doctos efficere; gratiſſimum etiam ipſimet Deo eſſe exiſtimavi, ſi eorum nomina, qui multorum ſcriptis ſuis ignorantias erudierunt, litarem poſteritati, ut plurimi impoſterùm erudiantur, tranſactis ſapientum doctrinis, & exemplis, juxta illud Danielis cap. 12. *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates*. Morem itaque, & inſtitutum pręſtantiſſimorum Ordinum ſecutus, Scriptorum Religionis noſtræ Capucinorum conpendioſam tibi, benigne Lector, exhibeo Bibliothecam, in qua concinnanda, ſi illorum genium fuiſset exquirendum, utpotè ſoli humilitati dicatum, reluctantem meherclè inveniſſemus; & quamvis propriis Operibus nomina eorum indita conſpiciantur, ad obedientiæ potiùs, quàm ambitioni indulgendum factum fuiſſe, ex Capucinorum ſimplicitate ſatis liquet. Superiores noſtri Ordinis utique humilitatis zelatores, nihilominus talenta gratis à Deo conceſſa occultanda non cenſent, ut Datori multiplicata reddantur, & ipſa multiplicitas referatur in juvamen proximorum. Sicut enim ad hoc ſolùm, majoremque Dei gloriam Patrum noſtrorum collimarunt ſtudia, ita ab omni mundano applauſu aliena exiguus hic meus labor exponit; quatenus ſolummodò noſtro Ordini innoteſcant, atque, à Majoribus non deſciſcendo, poſteritas in dies magis, magiſque ad ſimilia prouchatur. Abundant equidem in univerſa Eccleſia Bibliothecæ, in quibus, ut aurifodinis, locupletari poſſunt ingenia; & ideò eorùm tantummodò deſerviet ornatui in grati animi obſequium Auctorum, qui non deſides, & otio dediti [ut Critici obloquuntur] ab iiſdem didicerunt.

Viros invenies in omni ferè ſcientiarum genere eruditos, tanta majori dignos admiratione, quantò minus à vitę noſtrę inſtituto ſtudiis inſumendum tempus conceditur; proindè quòd Orationi, Pſalmodiæ, cæteriſque Ordinis muneribus ſeptem in die horarum ſpatium, & ampliùs dicatur, iiſdemque cum magno fęnore redditum, donum ſcientiæ in Crucifixi libro inventum eſſe conſpicies. Nec mirandum, quòd ubi tanta riget auſteritas, vernent ingenia: hæc enim excolenda ſuſcepit Deus Optimus Maximus, ut in vaſis fictilibus ſuos reponat theſauros, & ſtultitiæ, quam ſic opinatur humana cæcitas, inſitam redderet Sapientiam ſuam. Percurruntur quidem in Ordine noſtro Philoſophica, atque Theologica Studia, in illis tamen exedræ ad inſtar, alienigenæ minimè admittuntur, ne aliud, pręterquam Do-

minus, ſit laurea, atque corona noſtra; quæ quantò humilior, tantò pretioſior effulgeat. Nunquam enim magis magnificatur Deus, niſi cùm humana ſpernitur magnificentia, ex cujus intuitu ditatur paupertas, & exaltantur humiles cum principibus populi ſui. Noſtrum igitur erit ſemper per viam Crucis incedere, nec humanam ſcientiam, humanumque faſtum à pluribus in delitiis habitum illi ſtudio præferre, quo, non quę carnis, ſed quæ Dei ſunt, ſapimus, eaque verò præſtare ſapientia, in quam carneis oculis inſpectam oblatrant mundanæ ſapientiæ ſectatores.

Miraberis forſan, quòd plures in hac Bibliotheca congeſſerim, qui ſcripsère pauca, eaque communia v. g. unam, vel duas Orationes, aliqua Epigrammata, vel quid ſimile; ſed id à me factum eſſe ſcias tum auctoritate, & exemplo Poſſevini, Ribadeneræ, Alegambæ, Vvaddingi, Piccinelli, Roſſotti, & aliorum tam priſcorum, quàm modernorum Scriptorum, qui in ſuis catalogis illos referunt; tum etiam quia, cùm illos temporis anguſtiis, aliiſque innumeris incommodis ſuperatis, aliquid in lucem edidiſſe glorioſum zeli, & induſtriæ ſuæ facinus cenſuerim; ideò ſenſu meo dedecus exiſtimandum eſſet, ſi ſuæ quemque virtutis laude notato nomine privaſſem; cùm maximè aliquando per minutiſſima Opuſcula, ac parvo ſapientis, ſcientiſq; Scriptoris labore magna interſit, & animarum utilitas, & Religionis auctoritas.

Fieri etiam poteſt, ut aliquis ex noſtris Scriptor me lateat, & non ſolùm Libri, ſed etiam Librorum Auctores, præſertim moderniores, & qui ſunt ultra montes, mihi ſint ignoti; ſed à culpa liber eſt, qui omnem (quantum in ſe eſt) adhibuit diligentiam. Cunctas, quas potui Bibliothecas, luſtravi, univerſos perquiſivi, omnes conſului: quos inveni, & accepi, fideliter huic Bibliothecæ inſerui; ſi plures erunt miniſtrandi, illos eruditiori, ac diligentiori viro addendos relinquo.

Si verò quædam nonnullorum Opera, quæ ſub prælo minimè inveniuntur, vel nondum lucem aſpexerunt, hìc recenſita videntur, fretus tamen, quòd illa aliquando, vel brevi tempore Typis ſint mandanda, vel propter Auctoris eruditionem, doctrinæ excellentiam, ac Vitæ ſanctimoniam, prælo communi omnium exiſtimatione digniſſima habeantur, pro facto habui, quod in fieri reperitur. *Hoc verò tibi*, benigne Lector, *perſuaſum eſſe velim* (ut verbis D. Hieronymi utar) *me petentibus ſcripſiſſe, non faſtidioſis, gratis, non invidis, ſtudioſis, non oſcitantibus. Si enim faſtidioſis, & invidis ſcripſiſſem, quid boni ſuo confectum eſſet judicio? Si oſcitantibus, ut quid ſcripſiſſem, quod nunquam legendum eſſet?* Tu tamen corde tuo ſincero, ſi minus tibi hic meus labor placet, ſolam mei animi propenſionem, qua tibi gratum facere cupio, approbabis. Vale, meque apud Altiſſimum tuis precibus adjuva.

IN.

# INDEX

## Nominum Scriptorum Capucinorum.

ADeodatus Paſinus.
Agathangelus Pariſienſis.
Albertus Bergomenſis.
Albertus Felix.
Alexander Cadomenſis.
Alexander Creſpius.
Alexander Floravantius.
Alexander Maraffius.
Alexander Toletanus.
Alexandrinus Civitatenſis.
Alexius à Sancto Laudo.
Alexius Segala.
Aloyſius Cæſar-auguſtanus.
Aloyſius à Caſarano.
Alphonſus Carnotenſis.
Alphonſus de Caſarubios.
Alphonſus Lupus.
Alphonſus Monfortius.
Alphonſus Zuſnerhuſanus.
Amadæus Bayocenſis.
Amandus Græcenſis.
Ambroſius à Calvomonte.
Ambroſius Genuenſis.
Ambroſius Mediolanenſis.
Ambroſius de Vrbino.
Ananias Cloterius.
Anaſtaſius Pariſienſis.
Anaſtaſius Pragenſis.
Andeolus Lictavienſis.
Andreas Bituricenſis.
Angelicus ab Allegro.
Angelicus Inſulenſis.
Angelicus Mingevenſis.
Angelicus de Panagia.
Angelicus Spadaforus.
Angelicus Tudcienſis.
Angelus Aſtenſis.
Angelus à Belverio.
Angelus de Beaumont.
Angelus Breſſonius.
Angelus à Carpenedulo.
Angelus Caſtrogentirienſis.
Angelus Fernenſis.
Angelus à Freſcarolo.
Angelus de Ioyoſa.
Angelus de Perona.
Angelus de Raconis.
Angelus Savonenſis.
Angelus à Sigeſtro.
Angelus Spedienſis.
Angelus Tiphernenſis.
Angelus Maria Marcheſinus.
Anonymus Bohemus.
Anonymus Gallus.
Anonymus ſecundus Gallus.
Anonymus tertius Gallus.
Anonymus quartus Gallus.
Anonymus quintus Gallus.
Anonymus Hiſpanus.
Anonymus Italus.
Anonymus item Italus.
Anonymus tertius Italus.
Anonymus quartus Italus.
Anonymus Provinciæ Rhenanæ.
Anonymi tres Galli.
Anſelmus Andegavenſis.
Anſelmus à Forarquivio.
Anſelmus Hyacenſis.
Anſelmus Lexovienſis.
Anſelmus Marzatus.
Anſelmus Olornienſis.
Anſelmus de Raſet.

An-

Antonius Albaterrenſis.
Antonius ab Alicante.
Antonius de Arnedo.
Antonius Barberinus.
Antonius Caputus.
Antonius Caraffa.
Antonius Carnotenſis.
Antonius Chierenſis.
Antonius Cyrnęus.
Antonius Interamnenſis.
Antonius Laudatus.
Antonius à Mondulpho.
Antonius Naccaria.
Antonius Pariſinus.
Antonius de Phuente la Pennà.
Antonius à Rapallo.
Antonius de Sarinena.
Antonius Turnonenſis.
Antonius Maria Gallitius.
Antonius Maria Prodomontanus.
Antonius Maria Schyrlęus.
Archangelus Alarconius.
Archangelus Anicienſis.
Archangelus à Borbonio.
Archangelus Brixienſis.
Archangelus Hyacenſis.
Archangelus Panormitanus.
Archangelus de Ripaut.
Archangelus Scotus.
Archangelus Vallonienſis.
Arnandus Gandenſis.
Athanaſius Dilinganus.
Athanaſius Mole.
Auguſtinus Genuenſis.
Auguſtinus item Genuenſis.
Auguſtinus Mediolanenſis.
Auguſtinus Narbonenſis.
Auguſtinus à Vigueria.

B

BAlthaſar Draconenſis.
Balthaſar Regienſis.
Barnabas de Gambellara.
Barnabas à Genua.
Barnabas Neocaſtenſis.
Bartholomæus Baphius.
Bartholomæus de Barberiis.
Bartholomæus Bergomenſis.
Bartholomęus de la Haye.
Bartholomæus de Vecchis.
Baſilius de Burgo.
Baſilius Donurſus.
Baſilius Lugdunenſis.
Baſilius Nolanus.
Baſilius Sueſſionenſis.
Baſilius de Tervel.
Baſilius de Vico.
Basilius de Zamora.
Basilius Salonenſis.
Benedictus Burdigalensis.
Benedictus Filchius.
Benedictus Gualdinus.
Benedictus Laugeois.
Benedictus Leodiensis.
Benedictus à Monteſarchio.
Benedictus San-benedicti.
Benedictus à Scaptinea.
Benedictus de Vrbino.
Benedictus Lhoranus.
Bernardinus de Aretio.
Bernardinus à Balbano.
Bernardinus Burdigalenſis.
Bernardinus à Cilento.
Bernardinus à Collepetraccio.
Bernardinus Hungarus.
Bernardinus à Monte-ulmo.
Bernardinus Palladius.
Bernardinus P[illegible]nus.
Bernardinus Pictavienſis.
Bernardinus à Rhegio.
Bernardinus à Rupe.
Bernardus Auximienſis.
Bernardus Æmilianus.


Ber-

Bernardus Lanterius.
Bernardus Pariſinus.
Bernardus Roberti.
Bernardus Maria Gioffius.
Bonagratia Habſenſis.
Bonaventura de Antiquera.
Bonaventura Aragonius.
Bonaventura Bello-montanus.
Bonaventura Carpentoratenſis.
Bonaventura Caſalenſis.
Bonaventura de Catanzaro.
Bonaventura Lingonienſis.
Bonaventura Moncada.
Bonaventura à Monteregali.
Bonaventura ab Occimiano.
Bonaventura à Recineto.
Bonaventura à Rhegio.
Bonaventura Spechaert.
Bonaventura Vrbe-vetanus.
Bonaventura Zampizonus.
Britius Rhedonenſis.
Britius à Rubro monte.
Bruno Neoſtadienſis.
Bruno Pattenſis.

C

Carolus Abbavillæus.
Carolus de Arembergh.
Carolus Boulanger.
Carolus à Compiano.
Carolus à Cremona.
Carolus Hidelſienſis.
Carolus de Sale.
Carolus Franciſcus de Saviliano.
Carolus Ioſeph Tricaſſinus.
Caſimirus Toloſanus.
Cherubinus Aurelianenſis.
Cherubinus Genuenſis.
Cherubinus Maurianenſis.
Cherubinus Nicienſis.
Cherubinus de Nucibus.
Cherubinus Sandolinus.
Chriſtophorus Facciardus.
Claudius Abba-villæus.
Claudius Athenſis.
Claudius Franciſcus Maiſtre.
Clemens Brixienſis.
Clemens à Iuliano.
Clemens à Noto.
Cœleſtinus Coleonius.
Cœleſtinus de Monte-marſano.
Cœleſtinus Niortenſis.
Cœleſtinus de Quimerch.
Conradus Salysburgenſis.
Conſtantinus à Barbanzone.
Conſtantinus Neapolitanus.
Conſtantinus à Panormo.
Cornelius Caſtelluccius.
Cornelius Recinetenſis.
Cyprianus Crouſers.
Cyprianus Gammachenſis.
Cyrillus ab Alicante.
Cyrillus Bergomenſis.
Cyrillus à Sancta Cruce.

D

Daniel Antuerpienſis.
Daniel à Sancto-ſevero.
Deſiderius de Bellagrandis.
Didacus de Billon.
Didacus de Quiroga.
Didacus Sgroy.
Didacus Toletanus.
Dionyſius de Abbatibus.
Dionyſius de Caſiis.
Dionyſius Genuenſis.
Dionyſius Luxemburgenſis.
Dionyſius Maſſilienſis.
Dionyſius de Rives.
Dionyſius Vveilenſis.
Dionyſius Virienſis.
Dominicus à Buſchetto.
Dominicus de Franca-Villa.
Dominicus Interianus.

Dominicus Pampelonenſis.
Donatus à Corteno.
Dorothæus Aquenſis.
Dorothæus Beterra.

E

ELectus Lauffemburgenſis.
Eligius Baſſæus.
Eliſeus de Bellagrandis.
Eliſeus Peſentius.
Eliſeus Virolenſis.
Emmanuel de Niza.
Emmanuel Orchius.
Epiphanius de Moyrans.
Epiphanius Sylvanectenſis.
Erneſtus Helvetus.
Evangeliſta à Canobio.
Eugenius Brugenſis.
Eugenius ab Oliva.
Eugenius à Petra-Rubea.
Eugenius Trieſtius.
Euſebius Anconitanus.
Euſebius Mellotenſis.
Eutropius Islebonenſis.

F

FAuſtinus Dieſtenſis.
Fauſtinus Gedeonus.
Felicianus à Miranda.
Felix Barcinonenſis.
Felix Brandimartes.
Felix Granatenſis.
Felix de los Molinos.
Felix Pampelonenſis.
Felix Paſſera.
Fidelis à S. Germano.
Fidelis à Sigmaringa.
Flaminius de Grittis.
Florentius Caletenſis.
Florentius Bonnenſis.
Fortunatus à Bononia.
Franciſcus Andegavenſis.
Franciſcus de Anfront.
Franciſcus Aquilanus.
Franciſcus ab Aquiſ-Bormiis.
Franciſcus à Bagnone.
Franciſcus Barbaranus.
Franciſcus à Boſcho.
Franciſcus de Borbonio.
Franciſcus Camberienſis.
Franciſcus à Canobio.
Franciſcus à Cento.
Franciſcus à Cerchiaro.
Franciſcus à Concha.
Franciſcus de Franchis.
Franciſcus de Funiano.
Franciſcus Gennardus.
Franciſcus Longus.
Franciſcus de Lugano.
Franciſcus de Madervil.
Franciſcus Manfredus.
Franciſcus Mauſolenſis.
Franciſcus de Mazzara.
Franciſcus Mediolanenſis.
Franciſcus Meudonenſis.
Franciſcus de Molins.
Franciſcus à Montecalerio.
Franciſcus à Montepolitiano.
Franciſcus de Nigro.
Franciſcus Nugentius.
Franciſcus de Nuit.
Franciſcus Repantus.
Franciſcus à Rodraſem.
Franciſcus de Romorantino.
Franciſcus Ruginius.
Franciſcus à Saccia.
Franciſcus à Sancto-Severino.
Franciſcus à Sexto.
Franciſcus à Sicilis.
Franciſcus à Soriano.
Franciſcus Spinellus.
Franciſcus Tereſtius.
Frenciſcus Titelmanus.
Franciſcus Toloſanus.

Franciſcus de Xerez.
Franciſcus Antonius Moncada.
Franciſcus Antonius de Villafranca.
Frãciſcus Ioſeph ex Buſmãſcheuſen.
Franciſcus Maria Caſinus.
Franciſcus Maria de Capellis.
Franciſcus Maria Giancardus.
Franciſcus Maria Gioja.
Franciſcus Maria Pagnotius.
Franciſcus Maria Pariſinus.
Franciſcus Maria Philamarinus.
Franciſcus Maria Senegienſis.
Franciſcus Maria Squarciaficus.
Fulgentius de Iſæo.

G

Gabriel à Bullandio.
Gabriel Moncada.
Gabriel à Monte-novo.
Gallus Ravenſpurgenſis.
Gaſpar de Pinarolio.
Gaſpar de Rougnes.
Gaſpar de Vianna.
Gaudentius Bontempus.
Geminianus Monacenſis.
Georgius Ambianenſis.
Georgius Archangelus Leslæus.
Gervaſius Briſacenſis.
Geſualdus de Bononiis.
Geſualdus alter à Panormo.
Goſuvinus à Monaſterio Vveſtphalorum.
Gratianus Monfortius.
Gregorius Angelerius.
Gregorius Aurelianenſis.
Gregorius Brugenſis.
Gregorius de Correlia.
Gregorius Hybernenſis.
Gregorius Lugdunenſis.
Gregorius Neapolitanus.
Gregorius de Rives.
Gregorius Salinus.
Gregorius Salmaticenſis.
Gregorius Valentianus.
Guido Finarienſis.
Gulielmus à Sancto-Salvatore.

H.

Heliodorus Pariſinus.
Henricus à Bello-monte.
Henricus Caletenſis.
Henricus Harvillæus.
Henricus Seynenſis.
Heribertus Saloranus.
Hieronymus de Alicante.
Hieronymus Arelatenſis.
Hieronymus Avenionenſis.
Hieronymus de Balbaſtro.
Hieronymus de la Baſtida.
Hieronymus de Bocchiis.
Hieronymus Bononienſis.
Hieronymus à Calataniſſeta.
Hieronymus à Caſtro-ferrettorum.
Hieronymus Dinami.
Hieronymus Leccius.
Hieronymus Mautinus.
Hieronymus Mediolanenſis.
Hieronymus Melphictenſis.
Hieronymus à Mondulpho.
Hieronymus à Monte-florum.
Hieronymus Novarienſis.
Hieronymus Panormitanus.
Hieronymus à Piſtorio.
Hieronymus à Politio.
Hieronymus à Sancta Georgia.
Hieronymus à Segorbia.
Hieronymus Sennonenſis.
Hieronymus à Sorbo.
Hieronymus Trahina.
Hilarion Mediolanenſis.
Hilarius Friburgenſis.
Hippolytus Brixienſis.
Honoratus Pariſienſis.
Hugo Aquenſis.
Hyacinthus ab Alenconio.

Hyacinthus Ambianenſis.
Hyacinthus Bruſſottus.
Hyacinthus Græcenſis.
Hyacinthus Keruer.
Hyacinthus Natta.
Hyacinthus Maria Genuenſis.

I

Iacobus Bolduccius.
Iacobus de Bordes.
Iacobus Burdigalenſis.
Iacobus de Chevanes.
Iacobus de Corella.
Iacobus de Foroſarzinio.
Iacobus Mediolanenſis.
Iacobus Melphictenſis.
Iacobus Raggius.
Iacobus Salinarius.
Iacobus de Scalvo.
Ieremias Panormitanus.
Ignatius ab Apiro.
Ignatius à Carnago.
Ignatius à Ciſnago.
Ignatius de Combis.
Ignatius Reinpheldenſis.
Illuminatus Meſſanenſis.
Illuminatus de Oddis.
Illuminatus à Panormo.
Innocentius de la Neufville.
Ioachimus Banzius.
Ioachimus de Monte-faliſco.
Ioannes ab Albintimelio.
Ioannes de Antiquera.
Ioannes Bellotus.
Ioannes Brixienſis.
Ioannes Burdigalenſis.
Ioannes Compoſtellanus.
Ioannes à Coprano.
Ioannes de Defont.
Ioannes Erghoſtemus.
Ioannes à Fano.
Ioannes Faſſatius.
Ioannes à Foroſempronio.
Ioannes Gubitoſa.
Ioannes Moriundus.
Ioannes Romæus.
Ioannes de Sancto Iacobo.
Ioannes à Syderno.
Ioannes Zuaze.
Ioannes Antonius à Montecuculo.
Ioannes Auguſtinus Oldoinus.
Ioannes Baptiſta Abrincenſis.
Ioannes Baptiſta Andegavenſis.
Ioannes Baptiſta Bituricenſis.
Ioannes Baptiſta Cantonus.
Ioannes Baptiſta de Caſſalet.
Ioannes Baptiſta Eſtenſis.
Ioannes Baptiſta Faventinus.
Ioannes Baptiſta Hoſtienſis.
Ioannes Baptiſta à Monteforti.
Ioannes Baptiſta Pinnardus.
Ioannes Baptiſta à S. Aniano.
Ioannes Bapriſta Tramontanus.
Ioannes Baptiſta Verſolienſis.
Ioannes Evangeliſta Anicienſis.
Ioannes Evangeliſta Sylvaducenſis.
Ioannes Franciſcus de Antiquera.
Ioannes Franciſcus Benigni.
Ioannes Franciſcus de Bourdemare.
Ioannes Franciſcus Brixienſis.
Ioannes Franciſcus Calaritanus.
Ioannes Franciſcus Carpenſis.
Ioannes Franciſcus Ceruti.
Ioannes Franciſcus à Londronio.
Ioannes Franciſcus Rhemenſis.
Ioannes Franciſcus Romanus.
Ioannes Franciſcus Turrius.
Ioannes Franciſcus de Velaſco.
Ioannes Franciſcus Zaçer.
Ioannes Gaſparus Mergentheimēſis.
Ioannes Ludovicus Ambianenſis.
Ioannes Maria Hieracenſis.
Ioannes Maria à Noto.

Io-

Ioannes Maria Tiſſanenſis.
Ioannes Maria Zamora.
Ioannes Thomas Braydenſis.
Ioannes Thomas Genuenſis.
Ioſaphat Rothomagenſis.
Ioſeph Barcinonenſis.
Ioſeph à Capriola.
Ioſeph de Cheravantes.
Ioſeph le Clerc de Tomblay.
Ioſeph à Colleamato.
Ioſeph Dondorius.
Ioſeph de Dreux.
Ioſeph Fernenſis.
Ioſeph de Graux.
Ioſeph Hiſpalenſis.
Ioſeph de Leoniſſa.
Ioſeph Matritenſis.
Ioſeph de Morlaix.
Ioſeph de Naxera.
Ioſeph à Novis.
Ioſeph Oxibienſis.
Ioſeph Taberna.
Ioſeph Maria à Cento.
Ioſeph Maria Mozzarellus.
Ioſeph Maria de Novaria.
Ioſeph Maria à Sancto Stephano.
Iræneus Avallonenſis.
Iſidorus Legionenſis.
Iſidorus Niortenſis.
Iulianus Biſuntinus.
Iulius à Veſuntione.
Ivo Ebroicenſis.
Ivo Pariſienſis.
Ivo Trecorenſis.
Iuſtinianus Turonenſis.
Iuſtinus à Nurſia.
Iuſtus Bonafides.
Iuſtus à Monte-Vlmo.
Iuvenalis Annanienſis.

L

Lactantius ab Interamnia.
Lambertus Marpurgenſis.
Laurentius Aurelianenſis.
Laurentius à Brunduſio.
Laurentius Lucenſis.
Laurentius à Monte-politiano.
Laurentius Pariſinus.
Laurentius de Pertuſio.
Laurentius de Schiniffy.
Laurentius Veronenſis.
Laurentius Maria Genuenſis.
Leander Divionenſis.
Leander Mediolanenſis.
Leander Montanus de Murçia.
Leo Vannetenſis.
Leonardus Aquiſgranenſis.
Leonardus Pariſinus.
Liberatus Magatti.
Lucas Calexbitanus.
Lucas Mechlinienſis.
Lucas Pariſienſis.
Lucianus ex Schruens.
Lucianus Soncinus.
Ludovicus de Antiquera.
Ludovicus Avenionenſis.
Ludovicus Baldus.
Ludovicus Boviniacenſis.
Ludovicus Caſpenſis.
Ludovicus Dolanus.
Ludovicus à Galatena.
Ludovicus Lucernenſis.
Ludovicus Pariſinus.
Ludovicus Sanguinetus.
Ludovicus Verrucchinus.
Ludovicus Franciſcus Argentanenſis.

M

Marcellinus Baveſipontius.
Marcellinus de Piſe.
Marcellus à Calvo-monte.
Marcellus Regienſis.

Mar-

Marcus de Aviano.
Marcus à Baudunio.
Marcus Antonius Gallitius.
Marianus ab Alcamo.
Marianus Genuenſis.
Marianus Nebienſis.
Marianus Mullebonenſis.
Marinus de Calvaceſio.
Marius Bignonus.
Marius à Foroſarzinio.
Martialis Brivatus.
Martialis Stampenſis.
Martinus Cochemius.
Martinus Conſtantienſis.
Martinus de Torrecilla.
Maſſæus Annanienſis.
Mathias Balbanus.
Mathias Belintanus.
Mathias Ferrerius.
Mathias Granatenſis.
Mathias à Parma.
Mathias Venetus.
Matthæus de Angujano.
Matthæus Quintanienſis.
Matthæus à Sancto Martino.
Matthæus Silveſtrius.
Mauritius Gamborinus.
Mauritius Tolonenſis.
Maurus à Grieskirch.
Maurus à Valentia.
Maximilianus Degendorfenſis.
Maximinus Aquenſis.
Maximinus de Guechen.
Medardus Compendienſis.
Melchior ab Oriola.
Michael de Bagnones.
Michael à Caſtrofranco.
Michael Hiſpanus.
Michael de Majolanda.
Michael Neapolitanus.
Michael à Valentia.
Michael Angelus Ariminenſis.
Michael Angelus de Bergon.
Michael Angelus Caſſina.
Michael Angelus de Gueren.
Michael Angelus à Raſenna.
Michael Angelus Rothomagenſis.
Michael Angelus Tapin.
Michael Angelus Venetus.
Modeſtus Romanus.
Mutius Cavenſis.

N

Natalis Taillepied.
Nicandrus Garriga.
Nicephorus de Ponte.
Nicolaus Angelus à S. Angelo.
Nicolaus Asboldus.
Nicolaus Barſottus.
Nicolaus Divionenſis.
Nicolaus Spedienſis.

O

Obitius Brixienſis.
Octavius Vvorſt.
Ogerus Flockin.
Oneſimus de Kien.
Othomarus Trajectenſis.

P

Pacificus Portellius.
Pacificus à Provinio.
Pacificus Scaligerus.
Palæmon Quintinopolitanus.
Paulinus Ambianenſis.
Paulinus Bellovacenſis.
Paulus Calanna.
Paulus à Cæſena.
Paulus Gaditanus.
Paulus Granatenſis.
Paulus Lantiniacus.
Paulus Lunatus.
Paulus Manaſſæus.
Paulus Maſſilienſis
Paulus à Monte

Paulus ab Offida.
Paulus Viteleſcus.
Paulus Maria Aſtenſis.
Paulus Maria Rivarola.
Perfectus Conſtantienſis.
Petrus de Alaxio.
Petrus Alenconienſis.
Petrus de Aliaga.
Petrus Bergomenſis.
Petrus Beſſonius.
Petrus Calaritanus.
Petrus à Calatia.
Petrus de Campis.
Petrus Calixtus Campetti.
Petrus Champolinus.
Petrus Giannolius.
Petrus Citus.
Petrus de Orbaſſano.
Petrus Pictavienſis.
Petrus de Puy.
Petrus Quintinopolitanus.
Petrus Rota.
Petrus à Sancto Severino.
Petrus Trigoſus.
Petrus Benedictus Ioanninius.
Petrus Franciſcus Genuenſis.
Philibertus de Bone-ville.
Philippus de Bictis.
Philippus Engoliſmenſis.
Philippus à Fulginio.
Philippus Ribottus.
Procopius Templius.
Proſper Ruthenenſis.

R

Raphael Aſtenſis.
Raphael Caſſina.
Raphael de Clayes.
Raphael Dieppenſis.
Raphael ab Heriſſonio.
Raphael Melitenſis.
Raphael Nannetenſis.
Raphael de Surdis.
Raymundus Avenionenſis.
Remigius Bergomenſis.
Remigius à Bozolo.
Remigius à Sancto Romulo.
Richardus Hybernenſis.
Robertus Cameracenſis.
Robertus Hybernenſis.
Rodulphus Suitenſis.
Rogatianus Pariſinus.
Rogerius Tiphernenſis.
Romanus à Sancto Brioco.
Romualdus Taurinenſis.
Ruffinus à Sancto Gaudentio.

S

Saluator Sardus.
Sanctes Theſaurus.
Scholaſticus Caſtilioneus.
Sebaſtianus Maurianenſis.
Sebaſtianus Sylvanectenſis.
Seraphinus à Burgundia.
Seraphinus Eſquiros.
Seraphinus de Figueras.
Seraphinus à Melatio.
Seraphinus Rothomagenſis.
Seraphinus alter Rothomagenſis.
Sigiſmundus Brixienſis.
Sigiſmundus de Federicis.
Sigiſmundus à S. Mauritio.
Silverius Abbavillæus.
Silveſter de la Val.
Silveſter à Placentia.
Silveſter Roſcianenſis.
Silveſter à Sancto Aniano.
Simon de Bourg.
Sixtus Pariſinus.
Spiritus de Balma.
Spiritus de Boſco-rogerio.
Spiritus Sabbatherius.
Stephanus Arelatenſis.
Stephanus Claramontius.

Stephanus Dentis.
Stephanus à Gombolato.
Stephanus Tendenſis.
Sylvius ab Hoſtabich.

T

Theodorus Foreſtius.
Theodorus Brixienſis.
Theodorus Brunovienſis.
Theodorus Ticinenſis.
Theophilus Brunus.
Theophilus Salysburgenſis.
Thomas Bergomenſis.
Thomas Calona.
Thomas Galiardus.
Thomas à Gualdo.
Thomas Taurinenſis.
Thomas à Tipherno.
Tranquillus à S. Remigio.
Turianus de Fieurè.

V

Valentinus Nannettenſis.
Valerianus Divionenſis.
Valerianus Magnus.
Valerianus à Pinarolio.
Valerius Venetus.
Veranus Cabillonenſis.
Victor Gelenius.
Victorius Panormitanus.
Vincentius Aurelianenſis.
Vincentius à Caravaggio.
Vitalis ab Algeizira.
Vrbanus de Franchis.
Vrbanus Meſſanenſis.
Vrbanus à Politio.

Z

Zachárias Barberius.
Zacharias Boverius.
Zacharias Lexovienſis.
Zacharias Mediolanenſis.
Zacharias Salodienſis.
Zacharias Vlyſiponenſis.
Zeno Athenſis.
Zeno Bergomenſis.

# BIBLIOTHECA
## SCRIPTORVM
# CAPVCINORVM.

ADEODATVS PASINVS, natione Italus, Patria à Bornato, alumnus Provinciç Brixienſis; vir potens opere, & ſermone, qui in Rhetia Miſſionarii Apoſtolici munus per quadraginta annorum ſpatium fideliſſimè, ac indefeſſo labore ſubivit; atque in vinea Domini ſedulus operator, maxima tum in concionando, tum in diſputando animarum lucra reportavit. Quanta fuerit hujus viri doctrina, quantus Catholicæ Religionis zelus, quantùm extiterit Hęreticorum hoſtis acerrimus, quantoque amore erga Seraphicum Ordinem exarſerit, facilè educitur ex illis tribus libris ab ipſomet compoſitis contra Ioannem Benolanum, ab aliis Salluſtium de Lovinio nuncupatum, Commentatorem Petri Molinei Galli Sedunenſis, qui libro ab eodem Petro evulgato contra Religionem noſtram Capucinorum novas calumnias, ac plurima convicia adjecit, & præcipuè calamum exacuit contra operationes Divinas Seraphici Patris noſtri Sancti Franciſci. Hujus doctiſſimi Patris volumina habent pro Titulo.

*Sub verſio Operum Ioannis Molinei à Lovinio &c.* Tom. 3. in 8. Brixię apud Ricciardos anno 1656. ex Relat. Provinciæ Brixienſis.

ALBERTVS BERGOMENSIS Italus, fili[illegible]rovinciæ Mediolanenſis; vir vere Seraphicus, ac totius Regularis diſciplinæ, præſertim altiſſimæ paupertatis feruidus propugnator. Hic, cùm eſſet Apoſtolico ſpiritu imbutus, & cęleſti munitus ſapientia, tam fervidè Evangelium Chriſti peroravit, tan-

ta excelluit in declamando arte dicendi, tantaque vi, libertate, conſtantia, & efficacia verbum Dei diſſeminavit, ut præclarum ſibi apud Populos Apoſtoli nomen, atque exiſtimationem comparaverit, ac proindè innumeros ad pœnitentiam, ac peccatorum confeſſionem accenderit. Nonnulla ſcripſit ad vſum Concionatorum; ſcilicet:

*Tractatum de vitiis, & virtutibus.*

*Sermones Quadrageſimales, & de Tempore, adjunctis aliis Concionibus de Sanctis*. M. S.

Obiit in noſtro Conventu Colonii in agro Brixienxi, anno 1585. grandi ſanctitatis opinione celebris. Videatur Boverius, qui ejus vitam latè deſcripſit Tom. 2. Annalium Capucinorum ad annum ſupraſignatum; & Carolus Bruxellenſis Tom. 2. Flor. Seraph. pag. 112.

ALBERTVS FELIX Pariſinus Gallus, Provinciæ Pariſienſis Concionator, ac Sac. Theologiæ Profeſſor; vir in ſacris, humaniſque litteris non vulgariter eruditus, edidit Opuſculum in 12. cuius Titulus eſt.

*Reflexiones in Methodum concionandi.*

*Les Conferences Chreſtiennes ſur le Symbole des Apoſtres.* Tom. 1. in 8.

Inſuper evulgavit aliud Opus, cui Titulus Gallicè:

*Viſite du Saint Sacrement, ou Meditations pour adorer Ieſus Chriſt ſur l'Autel. anno* 1688.

ALEXANDER CADOMENSIS (vulgò *de Caen*) Gallus, Provinciæ Normanniæ Prædicator; vir ingenij acumine, doctrina, ac religioſis moribus ornatus; Edidit aliqua volumina, quæ habent pro Titulo Gallico Idiomate:

*La Ruine des Preſches de la Religion pretendue Reformée.* Portu Gratiæ anno 1685. in 8.

*Le Triomphe de Louis le Grand ſur tous les Heretiques de France.* Tom. 1. in 8. Ibidem 1685.

*Le Triomphe du Saint Sacrement de l'Autel ſur l'Hereſie.* Tom. 1. in 8.

ALEXANDER FLORAVANTIVS, natione Italus, Patria Bononienſis, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ profeſſor; vir præclariſſima ortus progenie, in Scholaſticis diſciplinis eruditus, inculpatæ vitæ prærogativa notatus; & ideò omnibus carus, & amabilis: qui immatura morte gratioſus adoleſcens, novellus Prædicator ex hac mortalium ad viventium gloriam (ut piè exiſtimandum eſt) non ſine communi Patrum noſtrorum dolore humano, ſed ſpirituali gaudio emigravit. Plurima Philoſophica, ac Mathematica ingenii ſui monumenta reliquit. Ea ſunt.

*In Prædicamēta Ariſtotelis.* Lib. 2.

*De Sophiſmatibus.* Lib. 1.

*De Cęlo, & Mundo.* Lib. 2.

*De Meteoris.* Lib. 2.

*De Multiplicatione ſpecierum.* Lib. 2. Extat aliud Opuſculum Mathematicum, cuius Titulus eſt.

*De Modo practicandi Rhetorariam Mathematicam, eò quòd ad retis ſimilitudinem ſit expanſum.*

Pro-

Prodiit Venetiis anno 1585. apud Robertum Mayettum in 4. opera, & ſtudio Patris Cherubini Sandolini Capucini: qui etiam in Præfatione ſui Operis, quod inſcripſit: *Thaulemma Cherubicum*, hujus Auctoris preclariſſimè meminit.

ALEXANDER MARAFFIVS, natione Italus, Patria à Pontremulo, Vallis Magræ Oppido nobiliſſimo, Bononienſis Provinciæ Sacerdos, ac in ſæculo in utroque Iure laureatus; qui in Seraphica Religione vitam Evangelico viro dignam ſumma integritate uſque ad mortem traduxit. Scripſit, ac evulgavit Italico Idiomate ſub nomine Pellegrini Maraffii ſui ex fratre nepotis Opuſculum ſub Titulo.

*Monita pro illis, qui ſpiritualem ægrotantium curam exercent, cum modo perfacili ad illos conſolandos, & ad piam, & ſanctam mortem diſponendos*. Mutinæ apud Ioannem Caſſianum anno 1623. Tom. 1. in 8.

ALEXANDER TOLETANVS, natione Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ filius; vir religioſis moribus ornatus, in divinis litteris ſatis eruditus, ac in ſacris Concionibus facundus: qui per plures annos in celebrioribus Hiſpaniæ Civitatibus Sermones Quadrageſimales ad Populum habuit magno cum audientium applauſu; Evulgavit Patrio Idiomate.

*Conciones varias de Sanctis*. Materiti, & Toleti anno 1663. Earum exemplar nullum vidimus, illas tamen Typis dediſſe ex relationibus Hiſpaniæ, & teſtimonio Adm. R. P. Martini de Torreçilla Definitoris Generalis, nobis compertum eſt.

ALEXANDRINVS CIVITATENSIS GALLVS, Provinciæ S. Ludovici alumnus, Concionator eruditus, & probitate morum laudabilis; Edidit.

*Opuſculum de Theologia Myſtica Gallico ſermone, in quo agit de triplici vita, purgativa, illuminativa, & unitiva*, in 8.

ALEXIVS A' S. LAVDO [vulgò *de S. Lò*] natione Gallus, Provinciæ Normanniæ alumnus, divini verbi Declamator ſuo tempore illuſtris. Hic de tenebris Calviniſtarum Heręſum, inter quas á parentibus fuerat enutritus, ad veræ Religionis lumen adſcitus, & in Seraphicum Ordinem paulo poſt admiſſus, accenſæ facis ad inſtar, quápluribus enituit virtutibus, quibus ſæculum illuminans, maximè in concionando, multos tàm verbo, quàm exemplo ad veritatis tramitem convertit. Catholicæ Fidei ubique dilatandæ, portandique Nomen Domini coram gentibus, & Regibus ardentiſſimo zelo æſtuans, apud Indos Miſſionarii Apoſtolici munus obivit: ad quos iterum, ac tertiò trajiciens, vidit, & vicit, plurimis ad Chriſti Fidem ex Gentilibus reportatis. Confecit librum egregium de ſuo itinere Gallico Idiomate ab ipſo conſcriptum, cujus Titulum latinè hìc exponimus.

*Relatio Promontorii Septemtrionalis, ſeu, de viridi Promontorio*. Fuit im-

impreſſus Rothomagi anno 1633. in 4. Obiit devotiſſimè in noſtro Conventu Rothomagenſi anno 1638. & in Eccleſia ejuſdem Conventus ſepultus, Regem, & Chriſtum Iudicem expectat. De eo meminit Vvaddingus Lib. de Script. Fr. Min., qui eum appellat Alexium Lopez.

ALEXIVS SECALA, natione Italus, Patria à Salodio, Provinciç Brixienſis alumnus, admiſſus fuit ad Religionis vota à P. Mathia Salodienſi, tunc Provinciæ Miniſtro, anno ętatis ſuæ decimoſeptimo. Vir extitit verè Evangelicus, omnes animi ſui vires ſtudio humilitatis, ſuique ipſius contemptui applicavit: amore Dei fuit totus accenſus, proximorum charitate fervidus, ſui ipſius abnegationi, ac carnis mortificationi totaliter intentus, divinis contemplationibus aſſiduus, ſilentii, paupertatis, & obedientiæ amantiſſimus, totius denique obſervantiæ Regularis zelo plenus; adeò ut nitidiſſimum omnigenç perfectionis ſpeculum fuerit, non ſolùm Fratribus, verum etiam Sęcularibus: ob cujus præclara geſta, & præcipuè mirabilem in concionando virtutem, à cunctis ſummo in honore habebatur. Quantùm fuerit in virtutum palæſtra exercitus, quantùm de omni fidelium, præſertim Religioſorum utilitate ſolicitus, quantoque erga Immaculatam Dei Matrem exarſerit devotionis affectu, clarè patet ex Operibus ab ipſo compoſitis, & evulgatis: quorum beneficio, non ſolùm Italia, ſed etiam Europa tota frui voluerunt. Eorum Titulos ex Vvaddingo, & ex relationibus Pro[illegible]inciç Brixienſis hìc exhibemus.

*Ars amandi, & colendi Glorioſam Vi[illegible]inem MARIAM Dei Matrem Idi[illegible]ate Italico ab eo conſcripta*. Eſt Opu[illegible]reum, & miram ſpi[illegible]an[illegible]is fragrantiam, quod [illegible]eatiſſimus Paulus V. Po[illegible]Max. ut ab eius lectione ſe temperare non poſſet; utq; librum illum commodiùs ad manus haberet, volebat eum imponi cubilis ſui pulvillo, ut, eo lecto, animum aptaret ad obſequium Virginis. & ſic verſans cultum illius ſomnum caperet. Prodiit Venetiis in 8. apud Ioannem Baptiſtam Combi anno 1623. cùm prius fuiſſet impreſſum Brixię apud Franciſcum Fontanam anno 1608. & anno 1622. apud Franciſcum Marchettum. Advertat tamen Lector, quòd liber ſupradictus fuit aliquando evulgatus ſub nomine Patris Humilis Segalæ ex Ordine Fr. Minorum de Obſervantia; ſed, quòd hoc fuerit factum ſubreptitiè, evidenter oſtenditur ab Auctore Bibliothecæ Marianæ Tom. 1. fol. 178. Cujus planè verba hìc apponenda duximus. *Anno à Virgineo partu MDCXI. Brixiæ in Italia à Franciſco Marchetto* Typis *mandatum fuit Opus, cujus Epigraphe, ſeu Inſcriptio eſt: Ars piè colendi, & amandi Beatiſſimam Virginem MARIAM, aſſignatum R. P. Humili Segalæ Salodienſi ex Ordine Fr. Minorum de Obſervantia; ſed quàm falsò oſtendit R. P. Leonardus*

*nardus Bergomas ex Seraphica Minorum Capucinorum Familia Brixienſis Provinciæ Miniſter Provincialis vigilantiſſimus ſuis publicis litteris expeditis Brixiæ anno* 1612. *die* 12. *Iulii, quibus prædictam Artem, ſive Methodum à ſuppoſito vindicat, & ſuo vero Parenti, proprioque Auctori reſtituit; ſcilicet R. P. Alexio Segalę à Salodio ejuſdem S. Franciſci filio, & ex Capucinorum pręclaro Inſtituto egregio Concionatore, piiſſimo Scriptore, & devotiſſimo Virginis MARIÆ Clientulo*. Omnia hęc ſupradicta patent etiam ex Gallica editione fol. 8. in qua antea hoc Opſuculum editum eſt: quod, cùm tribus prolixioribus cenſuris fuiſſet approbatum, datis Lugduni anno 1614. de ipſius eruditione vltimum prejudicium fecit Illuſtriſs., & Reuerendiſs. D. D. Ioannes Petrus Camuſius Epiſco[illegible]us Beleyenſis: & poſtremò anno [illegible]o R. P. Philippus Boſquerius [illegible]aramontanus Regularis Obſeru[illegible]atiæ Flandriæ, vir omni litterarum genere doctiſſimus, ut ejus teſtantur Opera, latinitati donauit ſub nomine ejuſdem Patris Alexii, utpotè proprii Parentis, & Coloniæ Agrippinę apud *Henricum* Criptium in 12. edendum curavit; dicans illud Reginę Cęli, & Terrę MARIÆ Virgini, & Eccleſię Romanę; nominatim verò Reverendiſſimo Patri, ac Domino D. Gaſparo Vvinch Abbati Sancti Dionyſii. Igitur noſter Alexius fluvius eloquentię, atque ejus Ars, ſivè Methodus devotionis rivulus aliquando plagium paſſa, ad MARIAM Mare Magnum alveo pleno fluit, & ad proprium redit Auctorem. Scripſit etiam Italicè.

*Exercitium Angelicum ad colligendam mentem in recitatione Divini Officii, & Deiparæ Virginis*. Venetiis apud Iacobum Sarzinam anno 1638. & denuò anno 1653. in 8.

*Exercitium omnium virtutum*: Opus utiliſſimum, in quo de virtutum omnium praxi Canones, & Methodos ſanxit; unde facilè quiſque conjicere poteſt illum, quæ in ſemetipſo fuerat expertus, alios luculenter docuiſſe. Venetiis anno 1638. in 4. & in 8.

*Gemmam Spiritualem ſanctarum Meditationum*. Ibidem anno 1653. & antea Brixiæ anno 1611.

*Conſiderationes, ſive Meditationes de vita, & heroicis virtutibus Beatiſſimæ Virginis MARIÆ* Brixiæ anno 1612. in 8. & Venetiis anno 1653. in 4.

*Catenam Auream de Vitis Sanctorum in duas partes diviſam*. Ibidem 1612. & 1653. in 4.

*Coronam Cęleſtem, ſive Meditationes pro ſingulis anni diebus de Vita, & Paſſione Domini noſtri IESV Chriſti*. Ibidem 1653. & antea Brixiæ apud Franciſcum Marchettum anno 1611.

*Viam Paradiſi à IESV Chriſto nobis demonſtratam in illis verbis*: Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum &c.

Eſt Opus utiliſſimum omnibus Chriſtifidelibus, & præcipuè Religioſis: in eo enim agitur de Morti-

tificatione, & Abnegatione propriç voluntatis; quo in genere Auctor mirificè excelluit, ita ut, non ſolùm ſe temperauerit ab omnibus voluptatibus innoxiis; ſed & ab illis etiam, quç ad animam uberiori gratiarum influxu alluendam conducebant: eaque de cauſa [exemplo ſanè nouo, & fortè inaudito] aſpectum ipſum Sanctiſſimç Deiparç Lauretanç, ut majus Deo obſequium exhiberet, ſibi interdixit; cùm priùs ex pio deſiderio adeundi Sacram illam Ædem, in qua ſalus noſtra initiata fuit, à Superioribus facultatem ad id neceſſariam obtinuiſſet, & poſt viam multorum dierum ob intemperiem aeris valdè laborioſam. Prodiit ibidem anno 1653.

Attamen, quia ejus charitas prçcipuè erga animas, quç in Purgatorii ergaſtulis concluduntur, diffundebatur, præter quotidiana ſuffragia, quibus eas adjuvare conſuevit, & erectionem illius Societatis, quam ſuffragii vocant, & quæ uſque in hodiernum diem viget in Civitate Brixiæ, ut defunctus etiã illis proficeret; Scripſit, & edidit Opuſculum, cujus Titulus eſt.

*Trjumphus Animarum, quæ in Purgatorii pœnis detinentur*. Eſt liber in duas partes diſtributus. Venetiis apud Iacobum Millochium anno 1653. in 4. & antea Brixiæ apud Franciſcum Marchettum anno 1612. in 8.

Et, quia ſupramodum afficiebatur in meditatione Paſſionis IESV Chriſti, in qua adeò frequens erat, ut quotidie tredecim horas in illa contemplanda orationi conſecraret; & hoc tanta mentis contentione, quòd anima illius ſurſum erecta, etiam ſurſum corpus efferret, ut eodem igne cçleſti, quo ipſe urebatur, arderent Chriſtifideles; Scripſit alium librum de Paſſione Chriſti, quem ſic intitulavit:

*Arca Sancta, in qua continentur omnia Sacratiſſimæ IESV Chriſti Paſſionis Myſteria*. Ibidem 1653.

Omnia ſupradicta Opera ex Italico Idiomate translata ſunt in Gallicum, & impreſſa. Lugduni anno 1623. in 8. & in 12. Multa alia ſcripſit, atque elaboravit, eaque devotiſſima, quæ M. S. aſſervantur in Provincia Brixienſi in Bibliotheca illius Conventus.

Illuſtribus demum teſtimoniis ſanctimoniæ à Deo probatus, ad laborum ſuorum præmia inter Crucifixi amplexus evocatus fuit in Conventu noſtro Brixienſi anno 1628. prima feria ſexta menſis Ianuarii hora 22. çtatis ſuç 69. & ad ejus tumulum maxima Populorum turba confluxit, illiuſque habitum, capillos, barbam, ungues ſumma devotione prçcidentes, inſignem hujus viri vitç innocentiam ſunt atteſtati. Ejus vitam deſcripſit P. Marcellinus de Piſe Tom. 3. Annal. Capuc. §. 11. ad annum datum. Et de eo honorificé meminerunt Vvaddingus lib. de Scriptoribus Fr. Minorum, Maraccius lib. de Scriptoribus Marianis littera A. Torreçilla lib. de Excellentia Seraphicç Religionis, & alii plures.

ALOY-

ALOYSIVS A' CASARANO Provinciȩ Hydruntinȩ, ſacrȩ Theologiæ inſignis Profeſſor, olim in Regionibus Oriẽtis Miſſionarius Apoſtolicus: vir in concionandi munere egregiè præſtans, ac Eccleſiaſticæ libertatis, Pontificięque pręeminentiæ, ſeu Primatus propugnator acerrimus, Edidit.

*Concionem eruditiſſimam de Primatu Summi Pontificis adverſus Græcos illum impugnantes.* Licii apud Petrum Michaelem 1664.

*De Ritibus Græcis, & Latinis, deque eorum Myſteriis* 1664.

*Ariadna Prȩlatorum Regulariũ, quæ filo Sacræ Scripturæ, vtriuſque Iuris, & Doctorum ad lucem ducit recti judicii*

ALOYSIVS CÆSAR AVGVSTANVS, vide: Ludouicus Caſpenſis.

ALPHONSVS CARNOTENSIS (vulgò *de Chatres*) Pariſienſis Provinciæ Concionator; vir in Sacris Scripturis eruditus, Scholaſticæ doctrinæ ſubtilis enodatór, ingenio ingenuus, & prȩſtanti ſapientia felix; quàm fuerit ſedulus in evoluendis Divinis, Sanctorumque Patrum Libris, & quàm varia extiterit ſcientiarum merce refertus, facillimo negotio deducitur ex prȩclaro Opere, quod elaboravit Latinè ſub Titulo.

*Demonſtrationes Evangelicæ, ſeu Practicæ Veritates ex quolibet Evangelio ſelectæ, multiplici tum Theologica, tum Phyſica, tum Morali ratione illuſtratæ Sacræ Scripturæ, Sanctorumque Patrum, atque Philoſophorum ſententiis confirmatæ.* Tom. 2. in 4. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1669. & 1670.

Tranſtulit etiam ex Italico in Gallicum Idioma Opuſculum Ludovici Manzini; cujus inſcriptio eſt Italicè:

*La Fenice di Lodouico Manzini; cioè: Eſercitii dell'anima crocifiſſa, riſuſcitata, & iſpirata.* Pariſiis anno 1659. apud Dionyſium Thierry in 8. Inſuper edi curavit in fol. *Opera omnia P. Ivonis Pariſini ab eodem Gallicè compoſita, quæ notis illuſtravit, & ad meliorem formam pro commoditate legentium redegit.* Pariſiis apud Emmanuelem Anglois 1680. Tom. 3. in fol.

ALPHONSVS DE CASARVBIOS Hiſpanus, quem Nicolaus Angelus Hiſpalenſis, in ſua Bibliotheca Hiſpana Tomo primo, Capucinum vocat, ſcripſit Latinè:

*Compendium Privilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium,* quod quartò eſt editum; ſed recognitum ſecundùm Decreta Concilii Tridentini, ac Summorum Pontificum, qui à Clemente VII. uſque ad Clementem VIII. ſucceſſerunt; & Additionibus locupletatum per Adm. Rev. P. Hieronymum à Sorbo: adjunctis etiam notationibus doctiſſimi Antonii Cordubenſis. Prima editio prodiit Salmanticȩ apud Alphonſum de Portas 1532. Alia Pariſiis 1590. Tertia Venetiis 1609. Quarta Coloniæ 1619.

ALPHONSVS LVPVS, natione Hiſpanus, Patria à Medina Sydoniȩ,

An-

Andaluſiæ urbe; vir divini honoris zelo inſignis, & Eccleſiaſticæ libertatis acerrimus propugnator, perfectum fortitudinis ſimulacrum, veræque ſanctitatis exemplar. Hic ab ineunte ætate litteris operam dedit, habituque Seraphico in Minorum Diſcalceatorum, qui ſui anno 17. piè ſuſcepto, ſcientiis egregiè incubuit, maximè verò Sacris Scripturis, & Theologiæ ita animum applicuit, ut brevi eximius Theologus evaſerit, alioſque publicè Scholaſticam, & Divinam doctrinam docuerit, eodemque tempore Evangelicæ prædicationi inſiſtens, Concionator celeberrimus extiterit. Admirandarum virtutum ſplendore illuſtris, maximaque in rebus agendis prudentia, ac charitate præclarus, ab omnibus in ſumma veneratione habebatur. Irradiabant præcipuè in eo paupertas, atque humilitas Evangelica, necnon patientia, & fortitudo; ut ſi primis debilior, hiſce verò in adverſis fortior, in ærumnis clarior, in tunſionibus durior, in preſſuris vegetior videretur. Orationem maximè excoluit, cujus amore ſolitaria loca quærens, quò alloquentem Sponſum audiret, eam quotidie per decem horarum ſpatium abſque ullo interſtitio protrahebat. In declamandis ſermonibus ad Populum vehemens, ſingulari gratia commovebat adſtantium corda, tantoque ſpiritus fervore divina mittebat eloquia, ut ad lacrymas, & pœnitentiam duriora mortalium præcordia efficaciter incitaret. Ob nimiam Populorum frequentiam cogebatur in plateis, & campis prædicare, & veritatem ubique liberè annuntians, graves ob id ærumnas, & perſecutiones ſuſtinuit; ita ut è toto Hiſpaniarum Statu fuerit expulſus, Romam veniens, & à Summo omnium Paſtore Pio V. ſumma benignitate exceptus, Capucinorum ſtatum ſibi deleg[illegible]. Deinde à Gregorio XIII. Concionator Apoſtolicus inſtitutus, & in Regiam Corſicæ Inſulam, quæ maximis tunc diſſidiis, & morum corruptelis laborabat, ab eo deſtinatus, feroces illos Populos, efficacia ſermonis ad pacem, concordiamq; compulſos, Eccleſiaſticæ regulę adſtrinxit, & ad rectam morum compoſitionem adduxit. Tanti viri fama ubique commotæ Gentes, quę turmatim ad illum audiendum confluebant, multis hominum, ac mulierum millibus Chriſto ſuis Concionibus lucratis, innumeris peccatis, flagitiiſque è Chriſtiana Republica fugatis, divinis, ac cęleſtibus virtutibus omnium animis infertis, meritò alterum Paulum Apoſtolum unanimiter appellabant. Concionantem tota ferè Hiſpania, atq; Italia ſunt admiratę, prælertim ob pretioſiora lucra, tum innumerabilium puellarum, quibus Monaſteria replevit, tum Nobilium adoleſcentum, quorum in unica tantùm Quadrageſima octingentos, & ampliùs ex Scholaſticis Academiæ Salmaticenſis ad Ordinem Minorum ſuſcipiendum, tum denique plurimorum utriuſque ſexus Fidelium

lium, quos à periculoſo ſęculi otio ad Hoſpitales domos induxit. Romę, cùm apud S. Iacobum Hiſpanorum Eccleſiam per Quadrageſimam prędicaret, Proceſſionem ſolemnem in die Paſchatis inſtituit, quę nunc uſque ab iiſdem Hiſpanis inviolabiliter obſervatur. Amicitiam iniit cum S. Paſchale Baylon in Hiſpania, & Romæ cum S. Philippo Nerio, & B. Felice à Cantalicio, à quibus, uti vir planè Apoſtolicus, eſt veneratus. Pater Angelus del Paz dicebat hunc virum in Italiam cęlitus á Deo miſſum, tanquam alterum Ionam in Ninivem, ut homines, á peccatis, & vitiis abſtinentes, pęnas à Divino Iudice decretas declinarent. Meritis denique, ac virtutibus auctus, laboribus pro Chriſto, abſtinentia, & longa carnis maceratione conſumptus, Divinorum mandatorum, ac conciliorum via per perfectam Seraphicę legis obſervantiam uſque ad ſeptuageſimum ſextum annum decurſa, dum in Hiſpaniam reuerteretur, in Civitate Barcinonenſi paralyſiæ morbo per integrũ annum detentus, prænunciato ſuæ mortis die, ad metam pervenit in noſtro Conventu Montis Calvarię extra eandem Vrbem, anno 1593. Idibus Octobris: eamque poſt obitum ſui nominis gloriam reliquit, quę nullo unquã tempore aut ſeneſcere, aut oblivione deleri poterit.

Porrò Alphonſus, præter hæc ingentia ſpiritus, ac virtutis opera, ex ingenii ſui penu poſteritati dedit.

*Commentaria Litteralia, & Moralia in Iſaiam Prophetam*, quæ ab eo manu propria conſcripta, & compilata juſſu Eminentiſſimi Cardinalis Friderici Borromęi Archiepiſcopi Mediolanenſis, aſſervantur in Bibliotheca Ambroſiana. Reliquit inſuper.

*Conciones plurimas Quadrageſimales, & de Tempore*

*Summam Caſuum conſcientiæ*, quæ vná cum ipſius Concionibus, habetur in noſtra Bibliotheca Genuenſi M. S.

*Tractatum de Caſibus reſervatis*, qui citatur á Doctiſſimo P. Diana part. 6. tract. 6. reſol. 36. & ab Amadeo Ximenez tract. de Pęnitent. propoſit. 9. pag. 268.

*Quæſtiones varias Morales*, quæ ad mei notitiam nondum pervenerunt, & an ſint impreſſæ adhuc me latet; referuntur tamen ab eodem Diana, Molpheſio, & Illuſtriſſimo D.D. Ioanne Caramuele nunc Epiſcopo Viglevanenſi, olim Campanienſi, qui in ſua Theologia Fundamentali Francofurti impreſſa anno 1652. fundam. 68. §. 8. num. 1312. pag. 662. de Auctore ſic loquitur. *Suppoſitis his duabus conditionibus licere in caſu poſito abſolutionem Sacramentalem affirmant, & docent apud Dianam part. 3. tract. 3. reſol. 8. graues Auctores; primò Molpheſius in ſumma Tom. 1. Tract. 7. cap. 5. num. 48. & 49. vbi tradit ſecum ſenſiſſe è Canonicis Regularibus Gabrielem Lotterium virum doctiſſimum. & è noſtra Societate Salmeron, & ex Patribus Capucinis Patrem Lupum.* Hęc ille. Ci-

tantur etiam à ſupradicto P. Amadeo Ximenez tract. de Penitentia, propoſitione 20. pag. 209 ex eodem Molpheſio, cujus verba ibi videri poſſunt.

Hujus viri doctiſſimi ſpiritum, doctrinam, & eloquentiam Sanctiſſimus Cardinalis Carolus Borromæus admiratus aliquando, dixit: *Nihil eum habuiſſe fermè rerum earum, quæ ſpectari ſolent in perfectis Oratoribus, & partes tamen perfecti Oratoris omnes habuiſſe*. Et in Epiſtola, quam idem Sanctus Cardinalis ad Epiſcopum quendam ſcripſit, qui Alphonſum Mediolani tunc temporis concionantem obnixè ab eo poſtulabat, quò Eccleſię ſuę utilitati proſpiceret, inquit: *Fruſtra, amice, tibi Lupum damno meo quæris. Oves enim quoque meæ tali indigent Lupo, qui eas perterreat, & intra Domini caulam contineat*.

Fridericus Borromęus S. R. E. Cardinalis ejuſdem S. Caroli conſobrinus, & Archiepiſcopus Mediolanenſis, qui illum ſępiſſimè audivit concionantem lib. 2. ſui Operis, quod de Sacris Oratoribus conſcripſit, insignem Alphonsi Lupi facit commendationem, illiuſque verba hìc apponimus. *Alphonſus Lupus Capucinus primus omnium ita concuſſit animos hominum oratione ſua, ut ex omni memoria paucos admodum invenire poſſimus, qui cum eo videantur eſſe conferendi: nimirum hujus hominis voce compulſi plurimi mortales abdicavere mundum, & in ſacrata ſeſe Clauſtra contulerunt. Quocunque novus Apoſtolus iret, ad eum Populi confluebant, neque meſſis hæc uberrima, tantiq; fructus fuère negotium unius, vel alterius anni, Civitatumque tantummodò certarum, ſicut Concionatorum omnium ferè impetus habetur; ſed toto vitæ ſuæ curſu ſemper, & ubique Concionatoris adminiſtrandi ſuſtinuit nomen, & famam*. Elogium deinde ita concludit. *Hactenus ea dicta ſunt de Concionatore Lupo, quæ poſſunt facilè demonſtrare ſummum illum fuiſſe ſui temporis Concionatorem, & Oratorem, & talem omnino, qualem fortaſsè neminem ætas illa habuiſſe videatur*. Et poſtquam multa de Alphonſo dixerat, ſubjungit: *Alphonſus hic Lupus, quòd ſciam ego, nullos otii ſui fructus, nullumque ingenii monumentum reliquit præter* Commentaria in Divinum Vatem Iſaiam, *quæ ab ipſo accepta ſervari juſſimus in hac Ambroſiana Bibliotheca, aliquando evulganda in gratiam eorum, qui hiſcè ſtudiis delectantur*. Hæc eruditiſſimus Cardinalis.

De illo etiam pierique illius, & hujus temporis Scriptores honorificè meminerunt, inter quos enumerantur. Franciſcus Arias Montanus Hiſpanus Societatis IESV lib. 1. de Imitatione Chriſti cap. 54. Ioannes Rapineus in Hiſtoria Generali originis Recolect. Decade 9. §. 4. Part. 2. Ioannes Ximenius in Chronic. Provinciæ S. Ioan: Baptiſtæ Diſcalceatorum. Baretius part. 4. Chronic. Fr. Minorum lib. 10. cap. 1. uſque ad 7. & cap. 10. uſque ad 11. Ioannes Baptiſta à Peruſio in præludio ad Vitam

B.

B. Felicis, & cap. 5. 7. & 9. vitę ipſius. Ioannes Baptiſta Madrigal in Prologo Evangel. Homiliarij. Ioannes Blancona in Prologo ad Lectorem initio quartæ Partis Chronic. Fr. Minorum, quam ex Idiomate Italico in Gallicum tranſtulit. Eleazarus lib. 2. cap. 11. Sacri Montis Oliveti. Marianus lib. 5. cap. 51. 52. & 53. Chronic. Obſervant. Reformatorum. Ioannes à S. Maria part. 1. Chronic. Provinciæ S. Ioſeph lib. 2. cap. 8. 12. & 50. Iuſſanus, & Grattalora in Vita S. Caroli cap. 25. & alibi. Daça part. 4. Chronic. Fr. Minorum lib. 4. cap. 29. Gravina in voce Turturis part. 2. cap. 24. Ardinghellus in Congeminata voce Turturis, ubi de Capucinis. Vvaddingus de Scriptoribus Frat. Minorum litt. A. Nicolaus Antonius Hiſpal. in Bibliotheca Hiſpana. Arturus à Monaſterio in Martyrologio Franciſcano die 7. Iulii, & fuſiùs Zacharias Boverius Tom. 2. Annal. Capucinorum ad annum 1593. qui eius inſignia geſta ſatis copiosè, & luculenter deſcripſit.

ALPHONSVS MONFORTIVS, natione Gallus, Pariſienſis Provinciæ Sacerdos, vir deuotus, & erga Beatiſſimam Virginem Dei Matrem ſumma devotione affectus, ejuſque obſequiis totus deditus; ſcripſit patrio Idiomate.

*Hiſtoriam de antiqua Imagine Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, quę colitur in Civitate Bononienſi propè mare in Gallia*. Tom. 1. in 4. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1633.

ALPHONSVS ZVSNERHVSANVS Germanus, Provinciæ Coloniæ Vicarius Provincialis; vir doctrina, prudentia, ac pietate clarus; Edidit Germanicè:

*Tractatus duos de vita, & Paſſione Ieſu Chriſti* anno 1690.

AMADÆVS BAYOCENSIS, natione Gallus, Provinciæ Normanniæ egregius Concionator, & Sacræ Theologiæ profeſſor: vir doctrina, prudentia, ac morum venuſtate ſpectabilis, ac in omni litteratura ſingulariter verſatus: pluries electus ad Guardianatum, illud munus ſtrenuè adminiſtravit, & omnium corda ad ſe benignitate ſua facilè demulſit. Opus doctiſſimum elaboravit, cujus Titulus eſt:

*Paulus Eccleſiaſtes, ſive, Eloquentia Chriſtiana, qua Orator Evangelicus ad Ideam, & doctrinam S. Pauli efformatur*. Tom. 1. in 4. In hoc opere celebriores utriuſque Pulpiti Oratores, tum veteres, tum recentiores unà conſpirant, ut multiplici, facilique methodo eloquentiæ ſtudioſos, ac maximè Eccleſiaſtes edoceant. Varia dicendi genera, diverſas concionandi formas, ingenioſaſque concionum inventiones, diviſiones, & diſpoſitiones pro diebus Feſtis, Dominicis, aliiſque propoſitis per annum in Eccleſia tractandis. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1662. ſub ſigno S. Dionyſii. Scripſit etiam Latinè tractatum:

*De Legitimo Iure admittendi Fideles ſæculares utriuſque ſexus ad Tertium Ordinem à S. P. N. Franciſco inſtitutum*. Ibidem anno 1673. in 4.

AMANDVS GRÆCENSIS, Germanus, Provinciæ Styriæ Concionator, pluries Diffinitor, ac Miniſter Provincialis: Vir regularis obſervantiæ ſtudioſus, in rebus elucidandis, ac decernendis non vulgari prudentia, ac ſapientia præditus; Edidit.

*Conciones Quadrageſimales Tom.* 2. anno 1688.

AMBROSIVS A' CALVO-MONTE, natione Gallus, novæ Provinciæ Campaniæ primus Miniſter Provincialis: vir eruditioris diſciplinæ, ac Sacrarum litterarum ornamentis decorus, Edidit: Sermones plures de Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento ſub hoc Titulo:

*Conſummatio Amoris Divini*. Rothomagi 1684. in 8.

AMBROSIVS GENVENSIS, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ profeſſor; vir in humanis litteris, & Divinis ſcientiis optimè verſatus, religioſis moribus, nobilique prudentia inſtructus, nonnulla compoſuit tam Oratoria, quàm Poetica prælo digna; ſolùm tamen in lucem prodire permiſit.

*Tractatum de Peſtilentia* Latinè priùs, ſed valdè compendioſè à R.P. Mauritio Tolonenſi Gallo compoſitum; ab eo tamen valdè auctum, & locupletatum, ac in Idioma Italicum tranſlatum. Genuæ apud Petrum Ioannem Calenzanum anno 1661. Tom. 1. in 4.

AMBROSIVS MEDIOLANENSIS, communi appellatione Soncinus vocatus, ob Soncinatis Marchionatus Titulum, quo in ſæculo fruebatur. Hic in ipſo adoleſcentiæ flore, cùm Aſculani Principis filiam ſibi connubio junxiſſet, poſt aliquot annos, illa morte ſublata, mundo, diuitiis, honoribus, cæteriſque vanitatibus valedicens, ſuam ſibi inter Capucinos ſtabilem ſedem elegit, anno ætatis ſuæ quadrageſimo ſecundo. Inter Seraphicos filios adſcriptus (mirum ſanè quàm ſtrenuè, quàm fortiter, quàm conſtanter Evangelicæ perfectionis tyrocinium ſit complexus) humilitate fuit abjectus, patientia invictus, moribus honeſtus, charitate fervidus, paupertate locuples, in oratione aſſiduus, & ad omnem virtutem ita compoſitus, ut in eum cuncti, tanquam in virtutis prodigium, oculos intenderent. Martyrii cupidiſſimus à Clemente Papa VIII. Evangelium Infidelibus prædicandi facultatem poſtulavit, & ab eo Apoſtolica auctoritate munitus, Algerium deſtinatus, ut Plenario Iubilæo Chriſtianis captiuis prædicato, pœnitentes à peccatis omnibus abſolveret, iter aggreſſus, & ab Algerienſi Prorege humaniſſimè receptus, illos incredibili diligentia, & ſolicitudine curavit, monuit, inſtruxit, ac divinis Sermonibus ad pœnitentiam, peccatorum confeſſionem, ærumnarum tolerantiam mirabiliter accendit. Multis demum laboribus fatigatus, carceris etiam inedia ab Infidelibus diù maceratus, paralyſique inopinatò correptus, maximo Chriſtianorum luctu, in eadem Algerii Miſſione diem extremum piiſſimè concluſit, anno 1601. ejuſque oſſa poſtea Mediolanum tranſlata,

ta,

ta, in communi Fratrum ſepulcro ſunt tumulata. Scripſit, & poſteris reliquit:

*Tractatum de Sacramento Pœnitentiæ.*

*De modis, & remediis rectè vivendi, & moriendi* M. S.

Ejus vita deſcribitur à Patre Boverio Tom. 2. Annal. Capucinorum ad annum 1601. & compendiosè à P. Carolo Bruxellenſi Tom. 2. Flor. Seraphic.

AMBROSIVS DE VRBINO, natione Italus, Provinciæ Marchiæ alumnus. Hic ex Nobiliſſima Rodulphorum natus Familia, cùm à pueritia admirabilem pietatem præſeferret, in ipſo adoleſcentiæ flore labile ſæculum, & periculis plenum aduertens, maturè ex eo erumpens, in Capucinorum albo adſcribi feſtinavit: ubi humilitate, patientia, paupertate, abſtinentia, vitæ auſteritate toto ævi ſui decurſu omnibus admirabilem ſe reddidit. Ad humanarum, ac divinarum litterarum ſtudia promotus, indèque ad Prælectoris munus aſſumptus, in his divina luce tantum profecit, ut inter illuſtriores Ordinis Seraphici Theologos recenſeretur. Cùmque à Patribus Capituli Generalis fuiſſet deſtinatus Venerabilis Pater Laurentius à Brunduſio ad Ciuitatem Pragenſem in Germania, & Fidem Catholicam vaſtis illis Regionibus, Hæreſi utplurimùm infectis, reportaret; Ambroſius illi focius fuit adjunctus, ibique plurimis ſuæ doctrinæ ſignis exhibitis, in Fidei Catholicæ defenſione, innumeraque ab Hæreticis mala perpeſſus, magna cum patientia, vitæ ſanctimonia, ac Populorum admiratione ſpiritum reddidit Creatori anno 1600. die 18. Iulii, ætatis ſuæ 53. Multa ferunt ſcripſiſſe Philoſophica, & Theologica, attamen ſolùm vidimus M. S.

*Tractatum de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento ad modum Dialogi compoſitum*, &

*Compendium Fidei Catholicę contra Lutheranos.*

Ejus geſta recenſentur à Boverio Tom. 2. Annal. Capucinorum ad annum, quo obiit 1600. & de eo meminit Ardinghellus in Appendice Congeminatæ vocis Turturis, Oſtenſione 3.

ANANIAS CLOTERIVS GERMANVS, Provinciæ Rhenanæ Concionator, Novitiorum Magiſter, Guardianus, ac Definitor; vir vitæ probatiſſimæ, in quo pręclara multa, & omni laude digniſſima coruſcant. Scripſit Opuſculum ſub Titulo:

*De Sacris Ritibus ſecundùm morem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.* Coloniæ 1684. Item aliud Opuſculum intitulatum:

*Thymiama Devotionis* 1675.

ANASTASIVS PARISIENSIS, ejuſdem Provincię alumnus, Concionator, ſalutis animarum admodum ſtudioſus; Edidit librum in 8. habentem pro Titulo:

*Collatio Patris Anaſtaſii cum Miniſtro Paſquerio.*

ANASTASIVS PRAGENSIS GERMANVS, Provincię Bohemiæ filius, Concionator eruditus,

lau-

laudatæ virtutis, ac moribus integerrimus; Edidit Opus latino Idiomate prænotatum:

*Radius Paupertatis, qui clarè, & ſubtiliter humanas, & divinas operationes, veluti per tranſennam ſcrutatur*. Pragæ apud Vrbanum Goliaſch anno 1669. Tom. 1. in 4.

ANDEOLVS LICTAVIENSIS, natione Gallus, Provinciæ Lugdunenſis alumnus, ac Miſſionarius Apoſtolicus: vir ſuæ ætatis inſignis, & Concionator magni nominis; qui eleganti ſapientia, ſed elegantiori virtutum forma, Religionis amans, Fideique Catholicæ Zelator illuſtris, contra Calviniſtas, Anabaptiſtas, alioſque Hæreticos verbo, & ſcripto ſtrenuè decertavit, & plurimos illorum ad Romanam Fidem amplectēdam induxit. Multa ingenii ſui, aſſiduique laboris nobis monumenta reliquit; attamen ſequentia tantùm notata, Typis ſunt tranſmiſſa. Ea ſunt.

*Summa Doctrinæ Chriſtianæ, quam docet Eccleſia Catholica, & Romana, cum Breviario errorum, & Hæreſum, quas docet Eccleſia prætenſa Reformata Calviniſtarum*. Lugduni apud Ludovicum Muguet anno 1633. Tom. 1. in 4.

*Collatio amabilis inter duos Gallos, quorum vnus eſt Catholicus, & alius Calviniſta, circa materias Fidei controverſas*. Ibidem apud Vincentium Curſillium anno 1637. Tom. 1. in 8.

*Status deplorandus Eccleſiæ Calviniſticæ fideliter, ac ſincerè repreſentatus*. Ibidem apud eundem Curſillium anno 1639. Tom. 1. in 4.

*Interrogationes iuſtæ, ac rationabiles, quas Catholici faciunt Calvini Sectariis ad eos ab erroribus liberandos, & morte æterna revocandos*. Turoni apud Antonium Piconum anno 1638. Tom. 1. in 8. & in 4.

*Incitamenta Converſionis ad Fidem Catholicam nobiliſſimæ Dominæ Alexandrinę de Robiaſch Viduę Domini Guardivon*. Ibidem 1638. Tom. 1. in 4.

*Adoratio veri Dei, in qua oſtenditur, quòd Calviniſtæ graviſſimè errant; dicendo, Deum non debere adorari in Eccleſiis in Sacramento Altaris, & Imaginibus*. Ibidem 1639. Tom. 1. in 8.

*Defenſio Purgatorii, & honoris viris Eccleſiaſticis, & Religioſis debiti*. Ibidem 1640. Tom. 1. in 4.

*Communio bonorum ſpiritualium, quam faciunt boni Catholici, qui ſub Protectione Beatæ MARIÆ Virginis cupiunt ſe mutuò adjuvare ad moriendum in gratia Dei*. Ibidem Tom. 1. in 8. anno 1639. apud Antonium Piconum.

*Exercitia Spiritualia pro noviter converſis ad Fidem Catholicam*. Lugduni apud Ludovicum Muguet anno 1638. Tom. 1. in 8.

*Monita amabilia Sectariis Calviniſticæ Religionis*. Ibidem apud eundem anno 1640. Tom. 1. in 8.

*Summa omnium Indulgentiarum Regularibus conceſſarum à Summis Pontificibus*. Ibidem 1640. Tom. 1. in 16.

*Modus Indulgentias cum fructu lucrandi, tam pro ſe, quàm pro Defun-*

*functis*. Ibidem 1639. in 16.

*Perfectio Chriſtiana, ad quam debent tendere illi, qui in Paradiſum intrare deſiderant*. Ibidem 1643. in 4.

*Exercitia ſpiritualia pro illis, qui Deo ſeruire, & eum toto corde amare deſiderant*. Ibidem 1643. in 8.

*Prudens, ac Sapiens Paterfamilias pro devota, ac debita ſuorum, & ſibi ſubditorum directione*. Ibidem anno 1646. Tom. 1. in 8.

*Statuta Archiconfraternitatis SS. Sacramenti cum Regulis, ac Documentis pro Confratribus Diœceſis Mimatenſis*. Lugduni 1647. Tom. 1. in 4.

Magna virtutum, ac doctrinæ laude clarus, ſarcinam corporis piiſſimè depoſuit Lugduni anno 1753. ætatis ſuæ ſeptuageſimaprimo.

De eo meminit Vvadingus lib. de Script. Fr. Minorum littera A. Codex Burdigalenſis Catalog. Script. Capucinor. Martinus de Torreçilla lib. 2. Specul. Seraphicæ Religionis, & Maraccius in Bibliotheca Mariana.

ANGELICVS AB ALLEGRO, natione Gallus, alumnus Provinciæ Lugdunenſis; vir valdè doctus, & Sacris ſtudiis totus deditus, in miniſterio prædicationis ſatis famoſus, ſapientia, prudentia, morumque ſuavitate exornatus, compoſuit, ac Typis dedit librum piiſſimum, ac perutilem Gallico Idiomate ſub hoc Titulo:

*Le Chriſtien perfait, où le portrait de lè Perfections Divines, tirè en l'homme ſur ſon Originel*. Tom. 1. in 4. Pariſiis apud Andream, & Sebaſtianum Cramoisy via Iacobæa anno 1669.

ANGELVS INSVLENSIS, natione Gallus, Provinciæ Saliorum, ſiue S. Ludovici Concionator, Sacræ Theologiæ profeſſor, bis ſuæ Provinciæ Miniſter Provincialis, ac Apoſtolicarum Miſſionum in India per multos annos Præfectus: quod munus magna cum animarum ſegete, & ovium ſibi commiſſarum cura fideliſſimè adminiſtrauit: quique ob ſingularis eius doctrinæ auctoritatem, exemplum inculpatæ vitæ, & mirificam prudentiam cum benignitate conjunctam, magni fuit ab omnibus exiſtimatus. Scripſit latinè:

*Librum Controverſiarum contra Hæreticos, præcipuè Calviniſtas*. Prodiit Nemauſii anno 1635. Tom. 1. in 4.

*Reſponſiones ſeptem Apologeticas contra Hæreſes Miniſtri Neſtorienſis Arauſicani, quas dicavit Epiſcopo Allavalenſi*. Avenione 1648. Tom. 1. in 4. apud Iacobum Bremereau.

ANGELICVS MINGEVENSIS, (vulgò *Mengen*) natione Sabaudus, Provinciæ S. Ludouici alumnus; vir illuſtribus Parentibus natus, à Deo magno gratiarum cumulo, ac perſpicaci lumine intellectus compenſatus, in Philoſophicis, ac Theologicis Diſciplinis abundè inſtructus, omnium litterarum peritia refertus, in oratione Divinæ familiaritatis dono ditatus, ſpirituum diſcretione, omniumque virtutum ornamentis decoratus; Scripſit, ſicut habemus ex relatis, Gallico Idiomate:

*Librum Inſtructionum, & Exerci-*

citiorum Spiritualium pro Novitiis; in quibus educandis per plures annos fuit occupatus. Obiit Tharaſconi anno 1620. dum ad ſuæ Provinciæ Gubernium præſideret, & magna Populorum pompa ipſius corpus ſepulcro reconditum, multis annis ab ejus ſepultura integrum fuit repertum, & caro eadem albedine decorata, qua priùs vivens fuerat reſpecta. Ejus vita deſcribitur à Marcellino de Piſe Tom. 3. Annal. Capucinorum ad annum 1620. §. 84.

AAGELICVS DE PANAGIA Italus, in Provincia Rhegina Concionator, ac ſæpiùs Guardianus; vir doctus, Religioſiſque virtutibus optimè ornatus; Scripſit latinè ſatis eruditè librum hac appoſita Epigraphe:

*Conformitates Fr. Minorum S. Franciſci Capuc.* Tom. 1. in fol.

ANGELICVS SPADAFORVS, natione Siculus, Patria Meſſanenſis, ejuſdem Provinciæ Definitor, ac Sacræ Theologiæ profeſſor: vir quidem & Generis nobilitate, & Apoſtolicæ vitæ ornamentis præfulgidus; ſed ſingulari ante omnia erga Virginem Dei Matrem pietate conſpicuus; præter concionandi munus, in quo fuit excellens, & virtutum coronam, qua vitæ ſuæ curſum exornavit, præclara poſteris doctrinæ, ac ſapientiæ ſuæ lumina emiſit. Scripſit enim, & Typis clarere fecit Opus eruditiſſimum in honorem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ, quod Italicè prænominavit:

*L' Vnigenita della Gratia MARIA adorna del candore dell' Innocenza, e ricca di eccellentiſſime Prerogatiue, e rappreſentate con dieci luminoſi Candelieri.* Meſſanæ apud Heredes Petri Breæ anno 1640. Tom. 1. in fol.

De hoc Auctore meminerunt Maraccius lib. 1. de Script. Marianis litt. A. Vvaddingus de Scriptor. Fratrum Minorum v. Angelus Thomas Galiardus in Adamant. Marian. pag. 103. Tom. 1. & 2. Pagnotius lib. Mariæ Triumphantis, & Torreçilla in Specul. Seraphicę Religionis.

ANGELICVS TVDELENSIS, natione Hiſpanus, Provinciæ Valentiæ alumnus, ob ſingularem gratiam, & efficaciam, qua in concionando pollebat, in tota Hiſpania ſub nomine Apoſtoli nuncupatus. Erant hujus viri Conciones Dei ſpiritu afflatæ, & lacrymis reſperſæ, quibus ad copioſos fletuum imbres audientium corda, & oculos excitabat. Omnis Eccleſia, quantumlibet ſpatioſa, impar fuit Populo, qui ad excipienda ſacra illius eloquia confluebat; cùmque voces ejus non hominis, ſed Dei verba fuerint, non mirum, ſi, cùm contra vitia inveheretur, ſeſe in meliorem frugem reciperent ſceleſtiores adulteri, blaſphemi, perjuri, atque raptores; &, quòd rarò accidere ſolet, etiam meretrices de libidinis cœno exilientes, pœnitentię lavacro criminis ſordes abſtergerent. Multa ſunt, quæ ſcripſit ad Conciones pertinentia, hìc ſolùm damus aliqua, quæ M. S. poſteris reliquit, & prælo digniſſima. Ea ſunt:

*Sermones de Tempore.* Tom. 1. in fol.

*Sermones pro Quadrageſima.* Tom.

Tom. 2. in fol.

*Sermones de Virtutibus, & Vitiis.* Tom. 1. in fol.

Virtutibus, & meritis dives, obiit in Monaſterio Monachorum D. Benedicti (vulgò *de Oliva* nuncupato) in Aragonia, dum infirmæ valetudinis cauſa ad Thermas in illam Provinciam ſe contuliſſet, anno 1633. ipſiuſque corpus poſt longum tempus ab ejus obitu integrum, & palpabile, vibrantibus oculis ad inſtar ſtellarum, repertum fuit. Ejus geſta deſcribuntur à P. Marcellino de Piſe Tom. 3. Annal. Capuc. ad annum prædictum §. 51.

ANGELVS ASTENSIS, natione Pedemontanus, alumnus Provinciæ Genuenſis. Hic, cùm inter Patres de Obſervantia pleroſque annos magna cum doctrinæ, & eruditionis laude traduxiſſet, atque inter Sorbonicos Doctores cooptatus, laureamque Doctoralem in Facultate Pariſienſi adeptus, non vulgarem ſibi nominis claritatem comparaſſet; ſtrictioris paupertatis, ac obſervantiæ zelo commotus, inter Capucinos admitti voluit: inter quos verbi Dei prædicatione, charitate, abſtinentia, carnis mortificatione, oratione, plurimiſque aliis virtutibus ita præluxit, ut verè omnem ad ſe poſterorum traxerit admirationem. Scripſit Italico Idiomate:

*Tractatum de Paupertate Fr. Minorum*, quem M. S. accepi à P. Iacobo Savonenſi Concionatore, dum Savonæ commorarer anno 1658. duobus menſibus ante obitum ſupradicti Patris, qui fuit eodem anno die 27. Februarii, cùm numeraſſet ætatis ſuæ annos 90. Religionis 71.

Obiit Angelus Genuę in Conventu S. Barnabæ, dum ibi Guardiani munere fungeretur anno 1560. & de eo meminit honorificè Boverius Tom. 1. Annal. Fr. Capucinorum.

ANGELVS A BELVERIO Hiſpanus, Provinciæ Cathaloniæ Sacerdos, vir propter candorem, ac bonitatem animi maximè commendatus. Scripſit Opuſculum.

*De Arte benè vivendi* Barcinonæ 1683. in 8.

ANGELVS DE BEAVMONT, Patria à Montecalerio, Provinciæ Pedemontanæ Concionator, ſæpiùs Definitor, ac per integrum ſexennium Miniſter Provincialis: vir ob præclaras animi dotes, ingenii præſtantiam, varietatem doctrinæ, intelligentiam Scripturarum, antiquitatis notitiam, vbertatem ſcriptorum, ac omnigenam eruditionis, virtutumque panopliam, apud omnes notiſſimus. Inter alia plurima ſui ſpiritus, pietatiſque inſignia monumenta dedit poſteritati.

*Methodum pro Iudiciis Regularium, in quo tria pertractantur. 1. Quando ſit procedendum. 2. Quomodo ſit procedendum. 3. Forma qua debet procedi.*

*Miſcellaneum quadraginta Reſolutionum Moralium, Civilium, & Criminalium.*

*Tractatum de Recurſu ad pecuniam, & de Legatis perpetuis ſecundùm S. P. Franciſci Regulam, & Declarationes Summorum Pontificum;*

*rum, & præſertim Nicolai III., & Clementis V.*

*De Iure adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentię Sęcularibus à Fratribus Minoribus S. Franciſci Capucinis. Vbi Ordinis Statuta, & Summorum Pontificum Conſtitutiones, Decreta, & Oracula ad trutinam Sacrorum Canonum ponderantur.*

*De Gloria, & Triumpho Evangelicæ, & Seraphicæ Paupertatis ſuper miraculoſa prouiſione Fratribus Capucinis in Conventu S. Birgittæ Ciuitatis Montiſcalerii juxta relationem R. P. Zachariæ Boverii in Annalibus ad annum* 1569. *Opus ſcenicum repræſentatum.*

ANGELVS BRESSONIVS, natione Gallus, unus ex primis Fundatoribus Provinciæ Aquitaniæ, & ſui temporis eximius Concionator: qui ob ejus inſignem doctrinam, prudentiam, honoris Dei zelum, & præclaras animi ſui virtutes, non obſcurum in Gallia ſibi nomen obtinuit. Plura ſcripſit, ſicut accepimus, ex relatis illius Provinciæ, nulla tamen prælo excuſſa vidimus, præter:

*Sermones duos de Beatiſſima Virgine Maria Gallico Idiomate conſcriptos.* Vitæ ſuæ curſum devotiſſimè conſummavit in noſtro Conventu Burdigalenſi anno 1591. Videndus Boverius Tom. 2. Annal. Capucin. ad annum ſignatum.

ANGELVS A' CARPENEDVLO, natione Italus, Provinciæ Brixienſis Concionator, vir devotus, & prudens, doctrina non minus, quàm animi pietate laudatus; Scripſit Italicè Opuſculum valdè pium ſub hac Epigraphe.

*Gemma pretioſa Divinis Meditationibus exornata, ex Officina Sanctæ Crucis excerpta ſecundum Myſticam Theologiam, ob introducendas animas ad exercitium Orationis mentalis.* Prodiit Brixiæ apud Bartholomęum Fontanam anno 1617. Tom. 1. in 8. De eo meminit Vvadingus ſub nomine Angelici.

ANGELVS CASTROGENTIRIENSIS (vulgò *Chaſteouguntier*) natione Gallus, Provinciæ Britanniæ alumnus; vir in Divinis litteris excultus, & Concionator non ineruditus; Scripſit ſub Titulo Gallico:

*Le Crayon des Formulaires.*

ANGELVS FERNENSIS, natione Italus, Patria à Ferno, quod erat Oppidum Ducatus Mediolanenſis. Hic inter priſcos illos Patres, qui primo noſtræ Reformationis ęuo virtute, ac prædicationis dono floruerunt, inſignis pręluxit, ac pręclariſſimum ſibi nomen ſua tempeſtate, non ſolùm in Provincia Mediolanenſi, ſed etiam in toto Orbe Chriſtiano, comparavit. Quantus fuerit hujus Apoſtolici viri ardor in Dei verbo diſſeminando, ingentes vbique in hominum mentibus motus ad pęnitentiam excitati, innumeraq; ferè animarum lucra Deo, & Eccleſiæ reportata, ſatis clarè præoſtendunt. Tam aſſiduè enim, ac fideliter in Regno Dei evangelizando laboravit, ut illius Sermones ad triginta millia excreverint. A S. Carolo Eccleſiæ Mediolanenſis tunc Archiepiſcopo quarundam ſuę Diœceſis Ecc-

cle-

cleſiarum Viſitator fuit inſtitutus; eoque in munere ſe tam præclarè geſſit, ut ab eodem Sanctiſſimo Cardinale frequenter in rebus arduis accitus, maximam animi magnitudinem pari pietate, ac doctrinæ conjunctam patefecerit. Scripſit

*Sermones plurimos de Tempore, & de Pœnitentia*, adjunctis aliis Concionibus diverſi generis; & nonnullos eorum vidi impreſſos tacito ejus nomine. Obiit in ſua Provincia Mediolanenſi in Conventu Cardani anno ſuæ ætatis 69. Chriſti verò 1568. ejuſque geſta recenſentur à Boverio Tom. 1. Annal. ad annum ſignatum.

ANGELVS A' FRESCAROLO, natione Italus, Provinciæ Mediolanenſis; vir à probatis moribus, ac religioſis vitæ exemplis commendatus; Edidit Italicè:

*Diſcorſi Morali per le Religioſe*. Tom. 1. in 4. Mediolani 1683. apud Antonium Malateſtam.

ANGELVS DE IOYOSA, natione Gallus, Franciſci Ioyoſęi Cardinalis, & Archiepiſcopi Toloſani germanus Frater. Natus eſt anno 1563. ex Illuſtriſſimis, ac piiſſimis Parentibus, Guillelmo ſcilicet Ioyoſæo Gallicorum Caſtrorum Præfecto, & Occitaniæ Prorege, & Maria Batarnea Buchagii Comitiſſa; atque in baptiſmate Henrici nomen ſortitus; quaſi ſtella matutina, cœleſtis quędam lucis primordia à primis annis exhauſit. Puer decem annorum patris juſſu Pariſios migravit, ut in Collegio Navarręo, in quo Principum filii inſtitui ſolent, dum humanioribus litteris operam navat, pia ſimul pietatis ſtudia enutriens; ut litteris, & ætate, ita & virtutibus adolevit. Philoſophicis ſtudiis peractis, à Parentibus aulico Henrici III. cultui addictus, & Chriſtianiſſimo ob ejus morum elegantiam, animi prudentiam, & probitatem cariſſimus, eum Regio ſuo cubiculo præfecit. Inde, ita Rege ſuadente, ut eum faciliùs ſibi perpetuò alligaret, uxorem ducit nobiliſſimam; ſcilicet, Catharinam Nogaretiam Ducis Epernonii neptem, ex qua unicam filiam genuit nomine Henricam, quæ poſtea nupſit Henrico Borbonio Montiſpenſerii Duci, & Regio ſanguine orjundo, ex quibus unica etiam progenita filia, deſponſata fuit Ioanni Baptiſtæ Gaſtonio Aurelianenſium Duci, Henrici IV. Gallorum, ac Nauarręorum Regis Chriſtianiſſimi filio, ac Ludovici XIII. cognomento Iuſti, fratri unico, cui & filiam adhuc unicam peperit. Mortua uxore annum agens 23. ingenti ſpiritus fervore repletus, quàm vana, ac fugax mortalis vitæ umbra ſit ſeriùs animo excogitans, mundo valedicens, ac pompis, illiuſque illecebris penitus abjectis, ad Capucinos ſe contulit, & Henrici nomine in Angelum commutato, inter Seraphicos filios cooptari voluit. Solemnibus poſt annum votis emiſſis in Italiam venit, ubi Venetiis primùm, deinde Mediolani Theologiæ operam dedit, indèque ad prædicationis munus aſſumptus, ac in Conventu Toloſano Guardianus conſtitutus, multa animarum lucra, tum prædicando, tum præſidendo, admirabili

charitatis æſtu, eſt conſecutus. Scipione Ioyoſeo ejus germano fratre, qui toti Occitaniç Regia auctoritate præſidebat, infauſto prælio contra Hæreticos decumbente, Clementis VIII. Pontificis Maximi auctoritate ab Ordine juſſus eſt exire; atque inter Equites Sancti Ioannis Ieroſolymitani ab eodem adnumeratus, arma ſumere, bellum adverſus Hçreticos inſtaurare, atque ad depoſitam patriam accedere, & poſſe, & debere decrevit. Inter hæc Henricus IV. Gallorum Rex, Hçreſi abjurata, cùm Regno pacificè potitus eſſet, Angelus Lutetiam profectus, cum eo res ita compoſuit, ut integra tandem pace Occitaniæ reddita, ab eodem Rege multis honoribus affectus, Dux, ac Mareſchallus Franciæ, & Occitaniæ Prorex pronuntiar tur. Pace itaque, & rebus omnibus ad votum ſecutis, Angelus, tametſi libera Pontificis diſpenſatione frueretur, quòd in ſæculo tuta conſcientia verſari poſſet; iterum in Religionis gremium admitti voluit. Vnde exaratis ad Regem litteris, quibus ſui ad Capucinos reditus certior fieret, undecima noctis hora, depoſitis mũdanæ veſtis exuviis, quarto circiter poſt ſuum ab Ordine egreſſum anno, ſacrum iterum habitum induit, maneque ex Prorege tanta omnium admiratione pauper Capucinus conſpicitur, ut plerique ex Nobilioribus, qui inter mundi delicias verſabantur, illius odore attracti, poſt eum ad Religionem confluxerint: tantiſque Angelus poſt reditum virtutibus floruit, quòd prior ille ab ordine exitus majores illi ad pietatem ſtimulos addiderit. Romæ tandem in Generalibus Comitiis Diffinitor electus, cùm plurimùm ſua prudentia Religioni profuiſſet, & Pontificem, Sacroſque Romanæ Eccleſiæ Cardinales mirum in modum ſua virtute ædificaſſet, plurimiſque ſacris donis à Summo omnium Paſtore fuiſſet honoratus, Galliam rediens Pariſienſem Provinciam (cui titulo Provincialis Miniſtri tunc prçerat) viſitaturus, corporis ſarcinam ſanctiſſimè depoſuit in Oppido Ripoli, duabus leucis ab Vrbe Taurinenſi diſſito, anno 1608. ætatis ſuæ 46. Religionis 23. die 28. Septembris, ejuſque corpus juſſu Caroli Emmanuelis Sabaudiæ Ducis aromatibus conditum, ac plumbeo loculo incluſum, tandiù in eodem Conventu depoſitum fuit, quòd Henrica ejus filia agente, Lutetiam translatum, condigno honore ſepultum eſt ante Altare majus noſtræ Eccleſiæ Conventus Sancti Honorati, hoc appoſito Epitaphio.

*Hoc tumulo condita ſunt oſſa*
*R. Patris Angeli de Ioyoſa, olim Ducis,*
*Paris, Conteſtabilis Franciæ, & in Provincia*
*Occitaniç Proregis:*
*Qui in ipſo ætatis flore, ut totum ſe Christo addiceret,*
*Tot honores, & opes abjecit;*

Et

*Et Ordinem Capucinorum ingreſſus*
*In eo reliquum vitæ tranſegit,*
*Singularis pietatis, & humilitatis exemplo:*
*In quo tandem obiit,*
*Cùm pro ſecunda vice eſſet Provincialis*
*Provinciæ Franciæ,*
*Et Diffinitor Capituli Generalis.*
*Anno Chriſti 1608. quarto Calendas Octobris.*
*Henrica Catharina, Henrici Montiſpenſerii Ducis vidua*
*Patri cariſſimo, mœrens poſuit.*

Ex relatis illius Provinciæ, & viris fide dignis ſcimus ſcripſiſſe aliqua Opuſcula devota, inter quæ ſunt:

*Flammę amoris Divini, & Soliloquia.*

*Documenta varia Spiritualia*, quę unà cum ipſius vita impreſſa ſunt Pariſiis anno 1612.

Vitam ejus copioſè deſcripſerunt Iacobus Broſſius lib. impreſſo Pariſiis anno 1621. in 4. & Zacharias Boverius Tom. 2. Annal. Capucinorum ad annum 1608. §. 72.

Illius etiam meminerunt honorificè Hilarion Coſteus lib. 3. Hiſtor. Catholicæ §. 689. Blanconа in fine quartæ Partis Chron. Frat. Minorum pag. 896. Baretius in quarta Parte Chron. Minorum. Gabriel Capejus Turonenſis Regius Hiſtoricus illi adhuc vivẽti dicavit anno 1587. traductionem Gallicam libri, cujus Titulus eſt: *Methodus ad ſerviendum Deo*, ubi heroicas ejus virtutes graphicè perſtringit. Iacobus Moritius Carthuſianus Pariſienſis anno 1588. ipſi dicavit verſionem Gallicam libri, *Profectus Spiritualis*. Humblotus, eo mortuo, funebrem edidit Orationem. Agunt inſuper de illo Marquiſius in Appendice ad Chronographiam Genebrardi anno 1608. Brulius lib. 3. Antiquitatum Pariſienſium pag. 935. Ioannes Baptiſta à Peruſio in Prologo ad vitam B. Felicis. Carolus Bruxellenſis Tom. 2. Flor. Seraphic. Gualterius in Tabula Chronographica ſæculo 17. de Sanctis, & Illuſtribus viris. Carolus Sauſſeyus lib. 16. Annal. Eccleſiaſtic. Aurelianẽſium §. 16. Charronus in Hiſtoria Generali cap. 151. Richeomus lib. 7. Idololatriæ Huguenot. cap. 16. Andreas Sauſſayus Tom. 1. Martyrolog. Gallicani die 21. Septembris; ſed mendoſè quoad diem. Haræus Tom. 3. Annal. Brabantinorum ad annum 1599. in fine. Martyrolog. Franciſcanum die 28. Septembris. Corbinus lib. 8. S. Franciſc. pag. 187. referens nonnulla miracula, quæ poſt ejus obitum operatus eſt Deus; & inter alia, quòd Camberiaci ad corporis ejus contactum Paralyticus ſtatim fuerit ſanatus: quòd etiam affirmat Boverius. Friſorius lib. 4. Galliæ Purpuratæ. pag. 646.

Demum Henricus Spondanus Appamiarum Epiſcopus Tom. 2. Annal.

nal. Eccleſiaſticorum; qui eſt continuatio Annal. Cardinalis Baronii ad annum 1599. num. 9. de Angelo ſic loquitur.

*Hoc anno Henricus Ioyoſa, quem olim vidimus è Duce Capucinum, & è Capucino Mareſchallum Franciæ factum, rurſus mundi curarum pertæſus, cilicium Lutetiæ menſe Martio reaſſumpſit, & munus Concionatoris ſuſcipiens, magnam ſui admirationem concitauit; ſtupentibus omnibus, hominem in Aula longè à libris educatum [niſi quòd litterarum humaniorum rudimenta puer in Collegio Navarræ didicerat] tam citò & doctum, & eloquentem Eccleſiaſtem evaſiſſe. Quod quidem donum eta Deo præſtitum eſt, qui rectam ejus voluntatem intuens, replevit eum donis Spiritus Sancti in ſui conſolationem, & aliorum ædificationem; dans ei Sapientiam, & Intellectum ad cognoſcendas mundi fallacias, Conſilium ad majorum chariſmatum æmulationem, fortitudinem ad perrumpenda omnia obſtacula; Scientiam ad comprehendenda Divina Myſteria, & Populis unà cum pietate explicanda; denique Timorem Dei, quo in humilitate contineretur, ac cum metu, & tremore ſalutem & ſuam, & proximi operaretur. In quorum Donorum cultu, & exercitio cum multo labore, grandique patientia uſque ad obitum per plures annos deſudavit.* Hæc ille.

ANGELVS DE PERONA, natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis alumnus, vir egregiis corporis, & animæ dotibus inſignitus; Concionator doctiſſimus, & Dei ſpiritu fervens, ita ut Pariſiis inſignem Populorum applauſum ſibi in declamando conciliaverit; &, quòd eſt in Religione præcipuum, omnes illum ut hominem Sanctum, ſuſpiciebant. Scripſit, & edidit.

*Sermones duos de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, quos habuit in Civitate Pariſienſi*. Ibidem anno 1622. in 4.

Obiit Lutetiæ in Xenodochio S. Ludovici, dum peſte laborantibus inſerviret anno 1622. ætatis ſuæ 47. mœrentibus, & condolentibus Fratribus illius Provinciæ; quippe qui ſpem ſingularem de hoc viro conceperant: qui ętate tam juvenis inſigniores Concionatores, & Theologos numeris omnibus abſolutos adęquabat.

ANGELVS DE RACONIS, natione Gallus, Pariſienſis Provinciæ alumnus, & Concionator magni nominis. Hic primùm in Hęreſi Calviniana à parentibus enutritus, cùm Catholicorum eſſet hoſtis infenſus, Deo miſerante, ab Hæreſis nexibus abſolutus, fide illuceſcente, cognoſcens quàm ſit difficile homines in hujus ſæculi pelago devolutos, ſalvis bonorum mercibus evadere; ſibi cavere deſiderans, Mundo valedixit, ac rigidum Capucinorum Inſtitutum, quod antea, tanquam omni merito vacuum, irriſerat, ardenti animo eſt amplexus. Huic fauſto initio concors ſemper fuit religioſæ vitæ progreſſus; præcipuuſque apparuit in eo zelus in reducendis ad Fidem Catholicam Sectariis; quare

eo-

eorum errores conſtanter, fortiter, & vividiſſimè impugnans, verbo, & ſcriptis refutavit; edendo Gallico Idiomate:

*Le Calviniſme demaſquè.* Eſt Opus doctiſſimum, in quo Calviniſmo larvam detrahit, & illius deformitatem oſtendit. Tom. 2. in 8. Primus Tomus eſt impreſſus Pariſiis anno 1629. Secundus ibidem 1630.

*Duo Emblemmata, & Figuræ Symbolicę Hęreticorum.* Tom. 1. in 4. Ibidem 1627.

*Excitatorium Catholicum; quo Miniſtri Catholici dormientes expergeſiunt.* Cadomi 1624. in 4.

*Narrationem Converſionis Ioannis Rochettę in Vrbe Trecenſi Iudicialium cauſarum Patroni.* Trecis 1663. Tom. 1. in 8.

Doctrina, & virtutibus clarus, plurimis in tuenda Catholica Religione, & converſione Hæreticorum exantlatis laboribus, ſeptuagenarius ad præmia evolavit Pariſiis anno 1650. ſepultuſque eſt in noſtra Eccleſia S. Honorati. De eo meminit Vvaddingus lib. de Scriptoribus Franciſc. littera A.

ANGELVS SAVONENSIS Italus, Patria à Savona, Provincię Bononienſis alumnus, vir non tam nomine, quàm vultus venuſtate, vitæque puritate planè Angelicus. Hic, cùm eſſet egregiis animi, & corporis dotibus à Deo inſignitus, candidus, & ſincerus, in humanis, diviniſque ſcientiis, quaſi ad miraculum eruditus, in enodandis Sacræ Scripturæ ſenſibus lumine dotatus, in concionando facundus, ac totus Apoſtolicus, omnibus populis gratiſſimus, & acceptiſſimus fuit. Romam, Venetias, Bononiam, Neapolim, Genuam, Brixiam, Florentiam, Mediolanum, aliaſque celebriores Italię Civitates prædicando peragravit; & in pluribus quotidie per annum integrum abſque ulla interruptione verbum Dei evangelizando, omnes ad ſe, veluti Herculeo filo deductos, ex ore ſuo pendentes habebat, eorum corda rapiebat, demulcebat animos, ſtudio ſpiritus, ac fervoris ſui à via iniquitatis eripiebat; & ubique, prædicans baptiſmum pœnitentię, iramque Dei annuntians proximam, innumeros penè ab umbra mortis ſemotos, ad veros gratiæ radios reduxit. Aliqua ſuæ doctrinæ, & ſapientiæ monumenta nobis reliquit, ſcilicet:

*Concionem eruditiſſimam de laudibus S. Petronii Epiſcopi Bononienſis* impreſſam Bononię anno 1569. Et:

*Sermones alios de Tempore*, quorum plures abſque ejus nomine ſunt evulgati. Vitæ ſanctitate præclarus diem extremum concluſit in noſtro Conventu Æſii Provincię Piceni die 25. Aprilis, anno 1567. ætatis ſuæ 65. ejuſque funera multa cum Populorum turba confluentium ad illius ſanctitatis odorem celebrata fuerunt, & à Deo etiam miraculis illuſtrata. Videndus Boverius Tom. 1. Annal. Capuc. qui ejus geſta præclara recenſet ad annum 1556. §. 17. ex Petraccio, & Cod. M. S. Provinciæ Bononienſis, & Martyrolog. Franciſc. die 25. Aprilis.

AN-

ANGELVS A' SIGESTRO, Concionator Provinciæ Genuenſis, & Diffinitor; vir morum integritate undique circundatus: qui ejuſdem Provinciȩ plures Conventus, & Meſſanenſem Provinciam omni cum prudentiȩ, & manſuetudinis laude, necnon Regularis obſervantiæ zelo eſt moderatus. Scripſit Italicè:

*Statuta pro Societate Defunctorum* ab eodem inſtituta in Eccleſia Patrum Conventualium S. P. Franciſci loci Pontremuli. Parmæ apud Eraſmum Viottũ anno 1609. Obiit Genuæ in noſtro Cœnobio Immaculatæ Conceptionis anno 1623. ętatis ſuæ 75.

ANGELVS SPEDIENSIS, natione Ligur, Provinciæ Genuenſis Sacerdos, vir in litteris humanioribus doctus, & religioſa pietate exornatus, tranſtulit ex Hiſpano in Latinum ſermonem:

*Commentaria, ſive, Expoſitionem in Regulam Fratr. Minor. P. Leandri de Murgia.* Habetur M. S. Spediæ.

ANGELVS TIPHERNENSIS ex Comitibus Ananiæ, alumnus Provinciæ S. Franciſci; vir generis nobilitate clarus, ſed concionandi munere, morum venuſtate, vitæ integritate, ac doctrinȩ excellentia clarior: fuit enim Theologus, atque Hiſtoricus ſingularis, ſuaq; induſtria fundavit Cęnobium, ſive Collegium S. Iſidori in Vrbe. Elaboravit Italico ſermone, ac prelo ſubmiſit Opuſculum, quod inſcripſit:

*Myſterioſa conſideratio circa Sacrificium Miſſæ.* Venetiis anno 1625. Inſuper edidit librum ſub Titulo:

*Flores diverſorum Sanctorum, atque Beatorum Eccleſiæ Tiphernenſis, & Reliquiarum, quæ in eadem Eccleſia honorificè aſſervantur.* Tipherni apud Sanctum Mulinellum anno 1627. in 8. Multa alia compoſuit Opuſcula tam Hiſtorica, quàm Chronologica, quæ tamen M. S. reliquit. Obiit Romæ magna cum Litteratorũ jactura anno 1657. die 18. Novemb. & de eo ſcribunt. Ludovicus Iacobillus lib. de Scriptoribus Vmbriæ, Vvaddingus de Scriptoribus Ord. Min. V. Angelus à Comitibus, & Martinus de Torreçilla lib. vbi ſupra.

ANGELVS MARIA MARCHESINVS, Patria Vicentinus, Provinciȩ Venetiarum; vir doctus, Sacræ Theologiæ profeſſor, divini verbi declamator eruditus, necnon ingenii profunditate cum magnis comparatus; plura ſcripſit ad vtilitatem poſterorum; eaque ſunt.

*La Tromba Ninivita, e la Faretra Profetica.* Eſt curſus duplicatus Sermonum pro Oratione Quadraginta horarum. Baſſani apud Io: Antonium Remondinum anno 1677. in 8.

*L' Infedeltà trionfata.* In hoc libro deſcribuntur Vitæ nonnullorum Martyrum ſtilo encomiaſtico. Venetiis apud Ioann. Franciſcum Valvaſenſem anno 1678.

*Le Glorie di Thiene.* Deſcribitur origo Imaginis Beatiſſimæ Virginis de Vlmo nuncupatæ, quæ conſervatur in Eccleſia noſtra Capucinorum Civitatis Thienenſis. Ibidem apud

eun-

eundem 1679.

*La Curioſità ſantificata*. Part. 2. In hoc opere continentur centum Paradoxa Moralia. Prima pars fuit impreſſa Venetiis apud Bartholomæum Tramontinum 1673. Secunda ibidem apud Petrum Antonium Brigoncium 1679.

*Dialogo Spirituale frà il corpo, e l'anima, il Demonio, e l'Angelo Santo*. Venetiis apud Valvacenſem 1678.

*Il Pianto Redentore, e gli Stromenti adorati*. Sunt Carmina Italica ſuper Paſſionem Domini N. I. C. Vicentiæ apud Hieronymum Merendonum 1682.

*Arcani della bellezza ecliſſata*. Eſt liber de Paſſione Domini.

*La Conſulta d'Infedeli fedele*. Eſt Tractatus de animæ Immortalitate. Venetiis anno 1683.

*Le Gemme di fondamentale ſodezza*. Eſt liber de Chriſtiana Fide. Ibidem 1683.

*Gli Stimoli dell' Evangelica Perfettione*. Sunt Motiva ad acquiſitionem virtutis.

*La Strage del Drago eſterminatore*.

*La Naſcita dell' Eterno Sole*.

*Il Carro dell' Innocenza trionfatrice*.

*La Città di Santimonia*.

*L' Anteſignano dell' Eſercito porporato*.

*L' Aquila di ſublimi preminenze*.

*Il Palagio della Filoſofia Celeſte*.

*Il Mare di allettamenti ingannevoli*.

*La Scala all' amoroſo incendio*.

Hi duodecim Tractatus continentur omnes ſub Titulo: *Rifleſſi Morali*. Tom. 2. in 4.

*L' Araldo Evangelico*; ideſt, Quinq; curſus Sermonum pro Oratione 40. horarum, quorum Titulus eſt:

*Il Ritratto delle Infelicità*.
*La Sferza delle ſceleratezze*.
*Il Convito della verità*.
*L'Erario de' teſori*.
*Il Martello degli oſtinati*.

Præter præfata Opera compoſuit latino Idiomate nonnulla alia; & ſunt:

*Theſaurus recluſus cœleſtium arcanorum*. Ideſt, loca quamplurima, quæ in Scriptura Sacra, cùm ſe præſeferre contradictionem videantur, brevi explanatione, oſtenduntur penitùs conſona exiſtere. in 4.

*Officium Conceptionis Immaculatæ virginis Rithmicis verſibus ad formam Officii S Franciſci compoſitum, in quo omnes Antiphonæ, & Reſponſoria in una ſola figura fundantur cum Hymnis propriis*.

*Officium proprium D. N. Redemptoris pro Eccleſia Capucinorum in Civitate Venetiarum in ejus, die feſto*.

*Officium S. Bonaventuræ ad formam Officii S. Antonii cum Hymnis & aliis de proprio*.

ANONYMVS BOHEMVS, ejuſdem Provinciæ alumnus, ſcripſit, & evulgavit latino Idiomate.

*Reſponſionem Apologeticam pro R. P. Valeriano Magno Capucino Miſſionario Apoſtolico, & ſocius ejus, ad Libellum anno* 1661. *ſub nomine*

*Celſiſſimi Principis Herneſti Haſſiæ Lantgravii editum, & Herbipoli impreſſum*. Prodiit Monachii 1662. Scripſit etiam, & Typis dedit:

*Narrationem veridicam de morte ejuſdem Patris Valeriani Magni Capucini*. Ibidem 1622. in 16.

ANONYMVS Gallus Patrio ſermone evulgavit Opuſculum miram redolens pietatem, quod inſcripſit:

*Le Chriſtien Interieur &c.* In iſto Opuſculo agit de conformitate, quã debent habere omnes Chriſtiani cum vita IESV Chriſti. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1664. Quod poſtea translatum fuit in Idioma Italicum à D. Ioanne Cenamo Priore Eccleſiæ S. Alexandri in Civitate Lucenſi, & impreſſum Venetiis anno 1666. apud Combi in 12. *Vide* infra litt. L. in Ludovico Franciſco Argentinenſi.

ANONYMVS Secundus Gallus Pariſinus, ejuſdem Prov ię Theologus, & Concionator, in facultate Poetica eruditus, deſcripſit elegantiſſimè Carmine heroico geſta, & miracula S. P. N. Franciſci in Opere, quod intitulavit:

*Franciſciades, ſive Vita S. Franciſci Aſſiſiatis, & Minorum Patriarchæ in libros XXV. diſtributa*. Prodiit Pariſiis apud Nicolaum Rauſſet anno 1638. in 8. De eo meminit Vvadingus libro de Scriptoribus Franciſcanis.

ANONYMVS Tertius Gallus Normannus compoſuit, ac Typis ſubmiſit

*Catechiſmum Seraphicum pro Miſſionariis Capucinis*.

ANONYMVS Quartus Gallus Provinciæ Normanniæ evulgavit Opuſculum Gallicè

*Les Entretiens ſpiritueles d'un ame devote &c.* pro exercitio ſolitudinis, & meditationibus unius menſis.

ANONYMVS Quintus Gallus Provinciæ Normanniæ edidit:

*L'Eſprit de la Religion Seraphique*. Multoties ille libellus impreſſus eſt Rothomagi, & Pariſiis apud Ægidium André via Iacobæa.

ANONYMVS Hiſpanus, Provinciæ Aragoniæ deſcripſit Patrio Idiomate, & Typis dedit:

*Vitam, & geſta B. Felicis à Cantalicio Capucini*. Cæſarauguſtæ anno 1649. De eo meminit Torreçilla ubi ſupra.

ANONYMVS Italus, Provinciç Genuenſis Concionator, ſcripſit Opus valdè proficuum ad modum Dialogi inter Magiſtrum, & Diſcipulum ſub hoc Titulo Italico:

*Iſtruttione del vivere Chriſtiano ſecondo le Sacre Scritture, & i Santi Padri*. Prodiit primùm Genuæ anno 1538. approbatum à Reverendiſſimo P. Stephano Vſuſmaris tunc in eadem Civitate Inquiſitore Generali; & ſecundò in Civitate Aſtenſi anno 1540. in 8.

ANONYMVS item Italus, Provinciæ Picenæ alumnus, ſcripſit, & evulgavit Opuſculum:

*De Paſſione D. N. IESV Chriſti*. Venetiis apud Nicolaum Zopinum, anno 1539. Tom. 1. in 8.

ANONYMVS Italus Tertius, ejuſ-

ejuſdem Provinciæ Picenæ alumnus ſcripſit Italico Idiomate:

*Tractatum de Vulneribus Salvatoris noſtri IESV Chriſti.*

*Meditationes in Hymnum: Veni creator Spiritus.* Venetiis 1583.

ANONYMVS Quartus Italus Provinciæ Romanæ Theologus, ſcripſit latinè, & in lucem dedit ſine loco impreſſionis:

*Defenſionem Generalem Annalium PP. Capucinorum per Rev. Adm. P. Zachariam Boverium ejuſdem Ordinis Diffinitorem Generalem editorum.* In fol.

ANONYMVS Provinciæ Rhenanę Concionator ex Latino in Germanicum Idioma traduxit:

*Vitas Sanctorum per annum.*

*Speculum Exemplorum*

*Librum quendam Infirmorum, ſeu, De adjuvandis Infirmis ad ſanctè moriendum.*

*Dialogos Controverſiarum*; &

*Meditationes per totum anni circulum.* Coloniæ 1684.

ANSELMVS ANDEGAVENSIS, natione Gallus, Provinciæ Turoniæ alumnus, ac Concionator magni nominis. Hic, cùm à Superioribus Præfectus Operariorum Miſſionis Pictavienſis propter magnum ejus Fidei Catholicæ Zelum fuiſſet deputatus, Orthodoxam Religionem per Oppida, & Caſtella totius illius Diœceſis mirificè propagavit, omnemque ſuam navavit operam, ut illuc graſſantes Hęreſes radicitùs evelleret. Quare Sectarios multos Romanæ Eccleſiæ adjunxit, & ſuis Concionibus, optimiſque vitæ exemplis, pinguiſſimos animarum fructus in Dominicum horreum intulit. Maxima fuit erga Beatiſſimam Dei Matrem affectus devotione, ejuſque cultum aſſiduè in ſuis Sermonibus Populis commendabat; affirmans, quòd Deus nihil fermè hominibus concederet, quod non Mediatricis hujus ope ejus clientibus fuiſſet impetratum. Scripſit in honorem ejuſdem Virginis Immaculatę Opuſculum Gallico Idiomate; cujus Titulus eſt:

*De Efficacia interceſſionis Immaculatæ Dei Genitricis Virginis MARIÆ.* An verò hic Tractatus ſit impreſſus, non habuimus ex relationibus illius Provinciæ. Addunt tamen, quòd multa fecit, & perpeſſus eſt pro animarum ſalute, & converſione Hæreticorum; licèt ſemper ferè ęgra valetudine: nec ſolis æſtus, brumæ rigor, viæ difficiles, ſalebroſæ, & inacceſſæ zelum ejus, vel breui temporis ſpatio, remorari potuerunt. Obiit ad Thermas Borbonii anno 1629. & de illo meminit Marcellinus de Piſe Tom. 3. Annalium Capucinorum ad annum prędictum.

ANSELMVS A' FORARQVIVIO, natione Gallus, Provinciæ Saliorum Concionator, ſæpiùs Guardianus, & Diffinitor. qui etiam ob præclaram ejus doctrinam, prudentiam, morumque probitatem, prius ad Commiſſarii Generalis, deinde ad Miniſtri Provincialis munus fuit aſſumptus. Scripſit doctiſſimè

*Reſponſionem ad quendam librum anonymum, & hæreticum, cui Titulus eſt: Manifeſtum Converſionis*

*Gaſparis Martini*. Avenione 1649. in 4.

ANSELMVS HYACENSIS, natione Siculus, Provinciæ Panormitanæ alumnus, vir doctus, ac Concionator ſatis eruditus; Scripſit Italicè, & prælis dedit:

*Vitam Sanctæ Veneriæ Virginis, & Martyris*. Panormi 1669. in 8.

ANSELMVS LEXOVIENSIS, natione Gallus, Provinciç Normanniæ alumnus, ac Diffinitor, necnon majoris Conventus Rothomagenſis Guardianus, Concionator magni nominis, ac omnigena, tam ſacra, quàm profana inſtructus eruditione; edidit Gallicè librum Concionum de SS. Sacramento, cui hunc appoſuit Titulum:

*Certamina Victoriæ, & Triumphi à Chriſto IESV Domino noſtro de Cœlo, Terra, & Inferno contra Iuſtitiam Divinam, Mundum, ac Dæmonem conſecuti*. Pariſiis apud Dionyſ. Thierry anno 1687. in 4.

ANSELMVS MARZATVS, natione Italus, Patria Monopolitanus, S. R. E. Preſbyter Cardinalis Tituli S. Petri in Monte Aureo, meritò inter celebriores noſtræ Religionis viros connumeratur. Hunc enim ab adoleſcentia, anno videlicet ætatis ſuæ decimoſeptimo, Religionem Capucinorum amplexantem, ſtirpis nobilitas clarum, ingenii excellentia clariorem, virtutum culmina clariſſimum reddiderunt. Ad ſacra ſtudia poſt annum probationis promotus, ſic tanto progreſſu ſe prç cçteris extulit, quantum poſteà confirmavit experientia in omnibus penè Religionis muneribus obeundis: quippe qui in Theologica profeſſione profunditatem, in Seraphica obſervantia zelum, in Sacris Concionibus eloquentiam prætulit. Quamplurimç eum audierunt Civitates Quadragemali tempore prædicantem, Romam præſertim, ubi Ideam, ac Concionatorum patrem appellari poſſe, communi omnium exiſtimationi viſum fuit. Quapropter à Clemente Papa VIII. Collegii Apoſtolici cum ingenti Sacri Senatus gaudio Prædicator electus, novem circiter annos in eo munere perduxit; mirantibus omnibus in eo libertatem, gravitatem, elegantiam, auctoritatem, ac quaſcumque ferè partes, quæ Apoſtolicum Eccleſiaſten maximè conflant. Regendo indefeſſus, bis totius Ordinis Diffinitor, in Romana Curia Procurator Generalis; Theologus Congregationis S. Officii, & de Auxiliis; nihil tantis in laboribus Regulari diſciplinæ, vitçque auſteritati defuit; immò, præter communia Religionis jejunia, duobus hebdomadæ diebus, veneris ſcilicet, & ſabbati ſolo pane, & vino victitabat. Demum tanti viri merita nactus idem Pontifex illum ex Gallia redeuntem, quò miſſus fuerat Theologus Cardinalis Aldobrandini ad componenda diſſidia, quæ inter Henricum IV. Regem Chriſtianiſſimum vertebant, & Ducem Sabaudiæ, ſacra illum decoravit purpura: quç Anſelmo minus cara vili, ſed cariori, qua ſemper vſque ad mortem uſus eſt tunica, prçferebatur. Vnde Sacroſancto, & Apoſtolico Senatui viviſſimum virtutum, humi-

militatis præcipuè, prudentiæ, atque charitatis exemplar, ęternam ſui memoriam poſteritati reliquit. Incredibiles ſuper Sacram Scripturam labores, ac potiſſimũ magna in Epiſtolas Divi Pauli ſtudia poſuit; nulla tamen ex illis prælo evulgavit. Scimus nihilominus ex relatu multorum conſervari M. S.

*Conciones, quas habuit per totum novem annorum curriculum in Sacro Collegio*; &

*Integer Curſus Theologiæ*.

In noſtra Genuenſi Bibliotheca aſſervatur *Concio eruditiſſima* ab ipſo habita Romæ in Aula Conſtãtiniana ad Sacrum Cardinalium Collegium. Alia ejus ſcripta tam Philoſophica, quàm Theologica, & ad Sermones ſpectantia, cæteraque ingenii ſui ſublimis monumenta ab edaci tempore obtenebrantur. Publica ſanctæ vitæ opinione Vrbis, & Religionis grandi dolore, corporis ſarcinam depoſuit in Civitate Tuſculana anno 1667. die 15. Auguſti, cùm numeraret Cardinalatus annos 14. ætatis ſuæ 63. & in noſtra Tuſculi Eccleſia ante Altare majus eſt tumulatus. Ejus geſta deſcribuntur à P. Benedicto S. Benedicti Mediolanenſi in traductione Italica Annal. Capuc. Zachariæ Boverii Tom. 2. ad annum 1593.

ANSELMVS OLORNIENSIS, natione Gallus, Provinciæ Aquitaniæ Concionator, & Miſſionarius Apoſtolicus, vir Evangelicis virtutibus, & omnium ſcientiarum genere perpolitus, ſacris ſtudiis indefeſſus, & ad animarum lucra ſemper aſſiduus; ita ut ducentos ſupra mille Sagos, & Sagas à Confeſſionibus audierit, & è Sathanæ manibus eripuerit. Dum Conventus Olornienſis Guardiani munere fungeretur, juſſu Protopręſidis Supremi Navarrę Parlamenti Gallico Idiomate evulgavit Opus, quod inſcripſit:

*Experimentales Demonſtrationes intellectus, viſus, auditus, & tactus*: quibus probat incredulos eſſe Sagos, & Sagas. Et quia, quæ vidit, audivit, tetigit, & expertus eſt, incredibilia videri poſſunt; addidit notas, quibus demonſtrat hæc omnia conformia eſſe iis, quæ Sacris Canonibus, Conciliis, Patribus, Scholaſticis, præcipuè D. Thomę, Inquiſitoribus, Iuriſconſultis, & aliis Scriptoribus præcedentium ſæculorum ſunt concoloria. Tom. 1. in 4. Pariſiis anno 1673.

ANSELMVS DE RASET Gallus, Provinciæ Toloſanæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ profeſſor, vir pietatis merito, ac varia inſignitus eruditione, poſteris tranſmiſit Tom 4. in 8. De rebus ſpiritualibus, & ad perfectionem acquirendam optimè accommodatos, ſub hac Inſcriptione Gallica:

*Les Entretiens Spiritueles de Teophile, & Olimpie*. Toloſę 1683.

ANTONIVS DE SARINENA Hiſpanus, Concionator Provinciæ Valentiæ, vir in Hiſtoriis Eccleſiaſticis, ac profanis non vulgariter verſatus, non ſine magno ſtudio elaboravit Idiomate Hiſpanico:

*Compendium Hiſtoricum, in quo continentur omnes res notabiles, quæ*

*am-*

*ampliſſimè tractantur in Hiſtoriis, & Annalibus tam Eccleſiaſticis, quàm Profanis ab Adam uſque ad hæc tempora*. Tom. 1. in fol.

ANTONIVS AB ALICANTE, natione Hiſpanus, Provinciȩ Valentiæ Concionator, Magiſter Novitiorum, ac pluries Diffinitor: qui Evangelicas virtutes, & omne religionis, ac pietatis ſtudium ſtudio litterarum, ac fervore prædicationis ſemper adjunxit. Præclara poſteris doctrinæ ſuæ monumenta reliquit. Scripſit enim, & Typis dedit Opus egregium Cōcionatoribus ſacris perutile ſub Titulo Hiſpanico.

*Aviſos al nuevo Predicador Evangelico, con un breue tractado della Sagrada Eſcrittura, in que explica, que coſa ſea, quantas ſus partes, ſus libros, ſus Autor, los ſentidos, los modos d'expliquarla, y al fin d'el pone unas veinte y quatro propoſiciones malſonentes, de que deben fuir los Predicadores*. Tom. 2. in fol. Valentiæ apud Hieronymum Villagratium anno 1661.

ANTONIVS DE ARNEDO, natione Hiſpanus, Provinciȩ Caſtellȩ filius, & Concionator, ex Latino in Hiſpanum Idioma convertit:

*Flores Seraphicos Virorum Illuſtrium Capucinorum R. P. Caroli Bruxellenſis*. Matriti anno 1669. Tom. 2. in fol.

ANTONIVS BARBERINVS Italus, Patria Florentinus, S. R. E. Preſbyter Cardinalis Tituli S. Onuphrii nuncupatus, SS. D. N. Vrbani Papȩ VIII. germanus frater, Major Penitentiarius, necnon Religionis noſtræ Capucinorum ab eodem Sanctiſſimo Protector ſpecialiter deputatus. Hic ætatis ſuæ anno 16. mundi illecebris, divitiis, ac ſanguinis claritate poſthabitis, Seraphico induendus habitu ad noſtrum Cortonenſem Cœnobium convolavit. Cùmque per 27. annos in Religione humilioribus exercitiis vigilantiſſimè intentus, & incomparabili Apoſtolicȩ perfectionis exemplo vitam traduxiſſet, jubente Fratre Pontifice, in ſanctæ obedientiæ virtute Cardinalitiam purpuram ſubire, Clauſtrique tranquillitatem relinquere, & curam Senogallenſis Eccleſiȩ ſuſcipere coactus eſt anno 1624. die 5. Octobris. Cujus Epiſcopatus onere ſuſcepto, redditibus omnibus recuſatis, ſolo victu, & veſtitu, more Capucinorum, contentus, præclariſſimis virtutibus, quibus anteà in Religione floruerat, omnibus eluxit. Tanta enim in illa dignitate, in Deum pietate, orationis fervore, juſtitia ad proximum, temperantia ad ſeipſum, humilitate in proſperis, conſtantia in adverſis, in pauperes beneficentia; tanta demum in omnes benignitate, & humanitate vitam eſt proſecutus, quòd nihil illi ad ſancti Paſtoris, & perfecti hominis formam deeſſe videretur. Iubente deinde Summo Pontifice Romam acceſſit gravioribus Eccleſiæ negotiis manum admoturus. Quare ſpontè ſe ab Epiſcopali munere abdicavit, & Collegiis prius, ac aliis locis piis ad Iuventutem inſtituendam ȩdificatis; reliquum vitæ curſum in Aula Romana peragens, incomparabile fuit om-

omnibus exemplum probitatis. In purpura enim nunquam eſt gloriatus, in magnis nunquam elatus; ſed de ſe ſemper humiliter ſentiens, idem ſemper manens, Chriſti, Eccleſiæ, & Religionis Seraphicę bonus odor fuit: &, ut vixerat, ultimum ſpiritum reddidit Creatori anno 1646. ſub Innocentio X. die 11. Septembris hora nona advenientis diei, annos natus 77. ſepultuſque eſt in noſtra Eccleſia Immaculatę Conceptionis, quam ſimul cum Conventu ſuis impenſis extruxerat, ante Altare majus; hoc appoſito ſepulcrali Epitaphio.

*Hic iacet pulvis, cinis, & nihil.*

Et quamvis numeroſa eſſet tunc Barberinorum Familia, ille tamen nepotibus, & cognatis nihil Eccleſiaſticorum redditũum impertivit; ſed, illis omnibus inclinatis, Sacrum de Propaganda Fide Collegium omnium bonorum ſuorum Heredem inſtituit. Porro ad Regimen ſuę Eccleſiæ compoſuit, & imprimi fecit.

*Conſtitutiones Synodales, & Decreta pro Diœceſi Senogallenſi.* Romę ex Typographia Rev. Cameræ Apoſtolicę anno 1627. in 4.

*Conſtitutiones, & Decreta pro Monialibus ſuæ Diœceſis.* Ibidem 1628. in 12.

*Tractatum de Antiquo modo eligendi in Religione Capucinorum:* Ibidem 1628. in 4.

*Ordinationes pro bono Regimine noſtræ Religionis Capucinorum.* Ibidem 1640.

*Teſtamentum, & Codicillum ab ipſo manu propria conſcriptum ante ſuum obitum.* Romę 1646. in fol.

De hoc piiſſimo Purpurato prę clarè meminerunt Philippus Maria Boninus lib. quem inſcripſit: De viro Evangelico Parte 1. pag. 78. Marcellinus de Piſe Tom. 3. Annal. Capuc. pag. 496. §. 1. ad annum 1624. Ferdinandus Vghellus in ſua Italia Sacra. Tom. 2. in Epiſcopis Senogallenſibus; & alii, qui de S. R. E. Cardinalibus ſcripſerunt.

ANTONIVS CAPVTVS, natione Italus, Patria à Grottaliis in Apulia, Provinciæ Hydruntinę Diffinitor, vir doctus, polita, & eleganti dotatus loquendi facundia. Deſcripſit Italico Idiomate, ac Typis dedit

*Vitam R. P. Archangeli Scoti Capucini, filii Comitis de Forbes, & Margaritæ Gordoniæ ex Regia Stuartorum Stirpe progeniti.* Hunc librum dicavit Sereniſſimo Ranuccio Farneſio Parmę, & Placentię Duci. Editio prima facta eſt Neapoli anno 1650. Secũda Bononię anno 1656. apud Heredes Petri Dozze in 12. Deſcripſit etiam, & edidit

*Vitam Sanctę Febronię Virginis, & Martyris.* Venetiis apud Franciſcum Stortum anno 1660. in 12.

ANTONIVS CARAFFA Ducis Noye filius primogenitus, Provinciæ Neapolitanæ Concionator, ac Diffinitor; qui ad ejuſdem Provinciæ Miniſterium aſſumptus, pari prudentia, ac benignitate, doctrina verò, & pietate non impari, plurimum enituit. *Nonnulla ſcripſit Typis evulganda*, quæ tamen, morte præventus, perficere haud potuit.

Con-

Conſervantur tamen in noſtra Bibliotheca Conventus Neapolitani. Hęc ex Nicolao Toppio lib. de Scriptoribus Neapolitanis Parte 1. pag. 25.

ANTONIVS CARNOTENSIS, natione Gallus, alumnus Provinciæ Pariſienſis, vir cui Deus intelligentiam Sacrarum Scripturarum cœlitus conceſſit; adeò ut ejuſdem Textus magis difficiles concionando ſuis auditoribus explicaverit tanta facilitate, & claritate, quòd eis luce meridiana clariores viderentur. Et ipſemet Cardinalis Perronius toti Orbi notiſſimus ingenuè fateretur, virum hunc in ſacri Codicis expoſitione ſpiritum Dei fuiſſe ſortitum. Antequam ſuggeſtum conſcenderet longo tempore flexis genibus orabat, junctiſque manibus Sacram Scripturam meditabatur; indeque Divini amoris faces in corde ſuo accendebantur, quibus aliorum ſimiliter animas, dum ad Populum ſermonem haberet, accendebat. *Plura ſcripſiſſe in eandem Sacram Scripturam* ex relationibus habemus, quorum aliqua M. S. aſſervantur in eadem Provincia, & pręlo digniſſima. Feliciſſimo vitæ fine occubuit, viri ſancti, & apoſtolici ſibi nomine comparato, anno ſalutis 1625. ſepultuſque eſt Pariſiis in noſtro Conventu S. Honorati, ejuſque geſta deſcribuntur a P. Marcellino de Piſe Tom. 3. Annal. Capuc. §. 38.

ANTONIVS CHIERENSIS Pedemontanus, ex Comitibus de Tana, Pedemontanæ Provinciæ Diffinitor, vir doctrina præcellens, in Divinis Scripturis eruditus, & longa temporis exercitatione penitùs ſermonum declamator fervidus, nec non religioſa morum honeſtate exornatus; Scripſit Italicè:

*Martyrium Beatæ MARIÆ Virginis; ſive Sermones de Doloribus intemeratæ Virginis in ſeptem partes diſtributos, quos dicavit Sereniſſimæ Margaritæ Sabaudiæ Duciſſæ*. Taurini apud Ioannem Dominicum Tarinum 1638. Tom. 1. in 4. & Monteregali apud Ioannem Franciſcum Rubeum anno 1640. Obiit B. Virginis devotiſſimus Clientulus Taurini 1638. annos natus 63. De eo meminit Hyppolitus Maraccius lib. de Script. Marianis, & Vvaddingus lib. de Scriptor. Franciſcanis litt. A.

ANTONIVS CYRNÆVS, Provinciæ S. Franciſci. Hic è Corſica oriundus, cùm Inſulam inteſtinis odiis, ac inimicitiis diſciſſam cerneret, adoleſcente adhuc ætate Romam profectus, de fugiendis ſæculi periculis conſilium iniens, in Clericorum Regularium, qui Theatini nuncupantur, Ordine conſcribi voluit, & in eo aliquot annis magna cum virtutis laude tranſactis, ad duriora pro Chriſto toleranda ſuccenſus, in Capucinorũ Congregationem tranſmigravit anno 1530. Admiranda ſunt, quæ hic Dei ſervus tunc præſtitit, ſive vitæ aſperitatem in cilicio, cibo, potu, & diſciplinis, quibus carnem edomabat, ſpectemus: ſive ejus humilitas, paupertas, oratio, contemplatio, quibus ad Deum propiùs accedebat, conſpiciantur. De iis legendus Boverius Tom. 1. Annal.

nal. ad annum 1548. Scripſit:

*Hiſtoriam de exordio, & progreſſu uſque ad ſua tempora Congregationis noſtræ Capucinorum, & præcipuè Provinc. S. Franciſci*. Moritur in Conventu Montis Caſalis miraculis ante, & poſt obitum illuſtratus. Vide Martyrologium Franciſcanum ad diem 11. Auguſti.

ANTONIVS INTERAMNENSIS, natione Italus, Provinciæ S. Franciſci alumnus, verbi Dei evangelizator fervidus, ac propter ejus morum ſuavitatem, & elegantiam omnibus amabilis; ſcripſit Italicè:

*Tractatum de Habitus forma, quem geſtant Fratres Minores Capucini*. Fuit elaboratus ab Auctore anno 1629. & habetur in noſtra Bibliotheca Genuenſi.

ANTONIVS LAVDATVS, nobilis Caietanus, filius Ducis Marzani, Provinciæ Neapolitanæ alumnus. Hic, cùm eſſet Eques Ieroſolymitanus, de eo talis erat exiſtimatio, quòd, quiſquis cum illo ageret, non niſi contentus, hilaris, ſibique gratulans recederet. Verùm, qua erat animi modeſtia, & humillimè de ſe ſentiens, pulcherrimo poſtremæ ætatis exemplo pius adoleſcens annum agens 17. in noſtra Religione adſcribi voluit; admittente R. P. Franciſco Maria Philomarino tunc in Conventu Caſertano Guardiano, & Novitiorum Magiſtro. Poſt profeſſionem litteras philoſophicas, ac theologicas præclarè didicit, ad Populum complures annos pro concione variis in locis fructuoſiſſimè dixit, pluribus Conventibus præfuit, Novitios per biennium inſtituit, quos, magis quàm verbo, ſolidarum virtutum exemplo ad omnem Seraphicæ vitæ rationem ſedulò informavit. Demum, impetrata Miſſione, in Aphricam navigavit, vineęque Regni Matambæ cultor, ſub Titulo Præfecti Generalis deſignatus, poſt incredibiles labores in animarum ſalute procuranda per inſignem tolerantiam exhauſtos, poſt terræ, mariſque quotidiana pericula, itinerum difficultates per montium ſalebras, & ſolitudines; famem, ſitim, nuditatem, inſomnia, & ęrumnas alias innumeras exantlatas; pluribus Infidelibus cum ipſamet Regina Matambæ, Singa vocata, totoque ejus Regno baptiſmatis unda regenerato, laborioſæ magis, quàm vitæ diuturnæ macie confectus, Sacro Viatico præmunitus, inter Crucifixi oſcula, ac repetenda IESV, ac MARIÆ dulciſſima nomina, placidiſſimè obdormivit in Civitate Loandæ die 9. Iulii anno 1662. ætatis ſuæ 47. Religionis 31. ejuſque funus Populorum concurſu, ac lacrymis cohoneſtatum eſt ob magnam de eo ſanctitatis opinionem: quæ etiam tantùm invaluit, ut ad venerationem, quid quiſque rerum ejus nactus eſſet, religioſiſſimè aſſervaret. Deſcripſit Italicè:

*La Maraviglioſa converſione alla Santa Fede di Chriſto della Regina Singa, e del ſuo Regno di Matamba*. Prodiit Neapoli apud Hyacinthum Paſſerum 1669. in 4.

ANTONIVS A' MONDVLPHO, natione Italus, Provinciæ

Marchiæ alumnus. Hic, cùm eſſet omnium virtutum lucidus ſplendor, varioque ſcientiarum genere exornatus, illuſtriſſimus tum in Picena, tum in aliis Provinciis Sacræ Theologiæ explanator evaſit, plurimoſque diſcipulos non ſolùm in Theologica Facultate inſignes; ſed virtute quoque præſtantiores, ſuique imitatores Religioni donavit. Fuit etiam Divini verbi promulgator verè Apoſtolicus adeò ut poſt illum gentes turmatim abirent, eorumque animos miro ſui ſpiritus ardore, & ſapientia cęleſti ad Chriſtum omni modo alliceret. Multa ſcripſit, ſicut accepimus ex relatis, ſapientia, & ſpiritu Seraphici S. Patris noſtri digna; ſed morte præventus nulla in lucem remiſſa prælo reduxit. Attamen ſingularis hujus Patris doctrina, & ſapientia, animi ejus virtutes, morum compoſita venuſtas, labores pro Chriſti Eccleſia indefeſſi, illiuſque vitæ ſanctimonia dignũ fecère, qui huic Catalogo inſeratur. Obiit feliciſſimus in Chriſto Romæ in noſtro Conventu S. Bonaventuræ anno 1590. ejuſque geſta recenſentur à P. Boverio Tom. 2. Annal. ad annum prædictum.

ANTONIUS NACCARIA, natione Italus, Patria à Civitate Pennæ, Provinciæ Aprutiorum Concionator, Diffinitor, ac Sac. Theologię profeſſor: vir excellenti præditus ingenio, omniſque eruditionis genere excultus; Scripſit, & evulgavit Italicè:

*Hiſtoriam de peſtilentia Regni Neapolitani, quæ fuit annis 1656. & 1657.* Neapoli apud Hyacinthũ Paſſerum anno 1660. Tom. 1. in 4.

*Somnium Nabuchodonoſor Regis Daniel. cap. 2. in 12. Paradoxa Moralia explicatum.* Tom. 1. in 4. Ibidem 1666. & iterum anno 1669.

*Conciones, ſeu Sermones de Sanctis.* Tom. 3. in 12. Venetiis 1673 apud Paulum Balleonium.

*Conciones pro toto tempore Adventus, quas habuit in Sacroſancta Æde Lauretana ab eo inſcriptas ſub Titulo Italico: Li Tuoni parlanti dell' Apocaliſſi.* Ibidem 1675.

*Conciones ſacras de variis materiis ſub Titulo: Il ſeno di Abramo.* Tom. 3. Venetiis 1675.

*Pentatheucum Mariale; Ideſt, Conciones de B. Virgine.* Tom. 1. in 8.

*Declamationes Sacras.* Tom. 3.

*Parnaſſum in Monte Alverniæ; ideſt: Problemi Sagri per le glorie del noſtro Padre S. Franceſco.* Tom. 1.

*Sermones de Paſſione D. N. IESV Chriſti.* Tom. 1. Hæc habui ab eodem Auctore, dum eſſem Florentiæ anno 1675. Obiit 1676. Neapoli multis aliis ſui felicis ingenii relictis monumentis.

ANTONIVS PARISINVS Gallus, Provinciæ Pariſienſis alumnus, Concionator doctus, aſſiduo divinarum rerum ſtudio, & religioſarum virtutum decore laudatus. Scripſit ad inſtructionem Fidelium Opus perutile ſub hoc Titulo Gallico:

*Le Genie de l'homme parfait, où le Chriſtien eſt inſtruit de la Morale le plus importante a toutes les conditions de la vie publique, & particulie-*

*liere*. Tom. 3. in 4. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1662.

ANTONIVS PARISINVS, cognomento Caluze, Gallus, qui in Provincia Pariſienſi Concionatoris munus cum doctrinæ laude, ac animarum zelo per plures annos exercuit; ex latino in Gallicum Idioma convertit.

*Annales Fratr. Minor. Capuc. P. Zachariæ Boverii*. Tom. 2. in fol.

ANTONIVS DE PHVENTE LA PENNA, natione Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ Exprovincialis, vir non vulgariter doctus, Sacræ Theologiæ profeſſor ingenuus, ac concionandi munere præſtans; Scripſit Hiſpanicè duo volumina, quorum Titulus eſt:

*La Tripo de Phyſice Mathematica, ò ſea el Ente dilucidado, Diſcurſo noviſſimo, que mueſtra ay en natural animales irrationales, inviſibles, y quales ſean*. Matriti anno 1676 in 4. Ex Typographia Regia.

*Retrato Divino, en que para enamorar las almas ſe pintan las Divinas perfeciones con aluſion a las faciones humanas*. Ibidem apud Io: Garziam 1685. Tom. 1. in 8.

ANTONIVS A' RAPALLO, Provinciæ Genuenſis Concionator, qui poſt datum in ſæculo Iuriſprudentiæ, ac bonis artibus operam inter Seraphicos filios adjunctus, Religioſam vivendi rationem ſemper retinuit; ex Gallico in Italicum Idioma tranſtulit:

*Exercitia Chriſtiani Interioris in duas partes diſtributa*. Genuæ apud Benedictum Celle anno 1670. & Venetiis apud Nicolaum Pezzana.

*Partem Secundam Chriſtiani Interioris*. Venetiis apud eũdem 1681.

*Catechiſmum Crucis*. Genuæ apud Franchellum 1686.

ANTONIVS TVRNONENSIS, natione Gallus, Provinciæ Lugdunenſis Diffinitor, ac Miniſter Provincialis, vir doctrina, & eruditione celebris, egregius Concionator, zeloſus regularis obſervantię cultor; ob columbinam ejus ſimplicitatem omnibus amabilis, inſigni animi robore præditus, omniumque virtutum ornamentis decorus; Scripſit, ac Typis ſubmiſit:

*Conciones tres de SS. Euchariſtiæ Sacramento*. Lugduni anno 1609. Podagræ doloribus longo tempore excruciatus, placidiſſimè obdormivit in Domino anno 1614. admirantibus omnibus invictam animi illius patientiam, atque in tot cruciatibus conſtantiam. De illo meminit Mariſconenſis Tom. 3. Annal. ad annum 1614. §. 291.

ANTONIVS MARIA GALLITIVS, natione Italus, Patria à Carpenedulo, Provinciæ Brixienſis, quem eundem eſſe exiſtimo cum Marco Antonio Gallitio, de quo infra litt. M. Scripſit Latinè, & evulgavit librum Apologeticum ſub hoc Titulo:

*Dilucidatio Speculi Apologetici R. P. Iacobi de Ridere; ſive, Propugnaculum Hiſtoriæ Annal. Adm. R. P. Zachariæ Boverii*. Antuerpiæ apud Frãciſcum Fichert anno 1653. Tom. 1. in 4.

ANTONIVS MARIA PRO

DOMONTANVS, natione Italus, Provinciæ Picenæ Concionator, ac Miſſionarius in Regno Manicongi; quo in munere ſtrenuè, ac fideliter per plures annos inſudavit, multaſq; animas catechizando, docendo, ac prædicando IESV Chriſto peperit. Scripſit Carmine latino Opera varia ſic prænotata:

*Seraphicus Franciſcus Eterocoſmos, Ideà, vel Imago mundi, Allegoriis è primo Sacræ Geneſis capitulo deductis, ac Epico Carmine compoſitus*. Tom. 1.

*Ieropantheon; ſive, Sacrum Templum, in quo Summorum Pontificum monumenta, ſeu facinora, eorumque temporum fauſta, ac infauſta reconduntur, & depinguntur Carmine, a Divo Petro uſque ad Clementem IX. incluſivè*. Tom. 1. in fol.

*Sanctorum mare magnum. Opus ad methodum Martyrologii Romani, Ephemerides Sacras, ſive Sanctorum omnium ortus complectens, & occaſus, carmine digeſtum*. Tom. 1. in fol.

*Vita B. Ægidii Seraphici Patris noſtri Franciſci ſocii Heroico Carmine deſcripta*. Tom. 1. in 8.

*Vita S. Hilarionis Abbatis eodem Carmine compoſita*. Tom. 1. in 4.

*Catechiſmus pro Regno Matambę in Æthiopia Reginę Singæ Luſitanico, Latino, & ejus Regni Idiomate locupletatus*. Romæ Typis S. C. de Propaganda Fide 1661.

*Inſtructio pro Fidei conſtantia ad Reginam Singam in Regno Matambæ*. Romæ 1661. Vivebat adhuc vir doctiſſimus in noſtro Conventu Anconæ multarum virtutum laude conſpicuus annum agens ætatis vltra nonageſimum; dum hanc Bibliothecam primò in lucem dabamus.

ANTONIVS MARIA SCHYRLEVS, natione Germanus, Patria de Rheita, Provinciæ Bohemiæ Concionator, ac Sac. Theologiæ profeſſor, Sereniſſimi Electoris, & Archiepiſcopi Trevirenſis Confeſſarius, & ab eo in magnis, & arduis negotiis, ob inſignem ejus doctrinam, prudentiam, ac dexteritatem adhibitus. Vir fuit mirabilis ingenii, in profanis, ac divinis litteris admodum eruditus; ſed multum excelluit in Mathematicis: ea de re poſteris dedit Opus noviſſimum, quod reverà Archimedi in Mechanicis, ac Ptolomæo in Aſtronomicis gloriam omninò præripit. Operis Titulus eſt.

*Oculus Enoch, & Eliæ; ſive, Radius Sidereomyſticus Planetarum varios motus ſolo excentrico tradens, nova, & jucunda continens, Conditorem ſiderum, ejuſq; perfecta viſibilia magnalia prædicans*. Tom. 2. in fol.

Tomus Primus continet quatuor Tractatus. In primo agit:

*De variorum Syſtematum, & Hypotheſium conſtructione*. In ſecundo

*Demonſtratur Thyconis theoriâs haud attingere veritatem Aſtronomicā. Lansbergius in multis refellitur; & Controverſiæ inter Copernicum, & Ptolemaicos tractantur, ac pro terræ ſtabilitate concluditur*. Tertius

*Tradit novas Hyp[illegible] mniū, Planetarum, ſine ullis Epicyclis, & Æquantibus tam theoriis Thyconis, quàm*

*quàm Copernici accommodatas.* Quartus

*Agit de Cœlo, & Mundo, multiſque novitatibus primùm noſtro ſæculo cœlo deductis. De Planetarum à tellure, & inter ſe diſtantia, proportione, & magnitudine. De Sole, Luna, & probabiliſſima cauſa fluxus, & refluxus maris Oceani. De Planetologio novo, quo omnium Planetarum motus compendiosè exhibentur. De confectione Teleſcopii Aſtronomici binoculi.* Hi omnes Tractatus fuerunt impreſſi Antuerpiæ apud Hieronymum Verduſſium 1645. Secundus Tomus eſt de Myſtica Aſtronomia, cujus Titulus eſt:

*Theoaſtronomia, qua conſideratione viſibilium, & cœleſtium per novos, & jucundos conceptus prædicabiles ab aſtris deſumptos, mens humana in inviſibilia Dei introducitur.* Ibidem anno 1645. Evulgavit etiam aliud Opuſculũ ſub hac inſcriptione:

*Paradoxa, ſive, Expoſitio hactenus inaudita, & inopinata Viſionis Ezechielis Prophetæ cap. 1. & 10. adumbratæ, & 7. Planetis accommodatæ.* Ibidem apud eundem 1645.

*Faſciculus Indulgentiarum, & Stationum Vrbis à Paulo Papa V. omnibus approbatæ Religionis Regularibus utriuſque ſexus conceſſarum; & quæ ab Vrbano Papa VIII. fuerunt approbatæ, & confirmatæ.* Ibidem 1646.

Multa alia ſcimus egregiè ingenii ſui Opera elaboraſſe; inter quæ extant M. S.

*Commentaria in Sacram Geneſim,* &

*Expoſitio in Apocalypſim B. Ioannis Apoſtoli,* quæ, morte præventus, edere non potuit, & ad oculos poſterorum per Typum adducere. Clarus nomine, & fama diem extremum cõcluſit Ravennæ anno 1660. ætatis ſuæ 63.

De hoc Auctore meminit Vvaddingus lib. de Script. Fr. Minor. & Ioannes Caramuel in 2. part. ſuæ Metemetricæ Apoll. circularis, Muſa ſecunda cœleſti pag. 67. n. 348. Vbi poſtquam ſcripſit, quòd in Religione Capucinorũ omnes ferè ſcientiæ floreſcunt; & quòd in ea fuerunt, & ſunt viri doctiſſimi, quos nominatim exprimit; loquendo de Patre Rheita, ſic ſubjungit: *Et P. Antonius Maria de Rheita mihi etiam nunc in Cœlo (uti ſpero) amiciſſimus, ingenio magno polluit, in omnibus ſcientiis emicuit, ut ejus libri in lucem emiſſi teſtantur.*

ARCHANGELVS ALARCONIVS, natione Hiſpanus, Patria ex Turri Sydoniæ, ſive Syllana, nobilibus ortus progenitoribus, generis nobilitatem meliori Dei ſervitute in Seraphica Capucinorum Religione cumulavit. Concionatoris, Magiſtri Novitiorum, Diffinitoris, ac Commiſſarii Generalis munere decoratus, maximam ſibi apud omnes ſapientiæ, doctrinæ, prudentiæ, ac ſanctimoniæ laudem comparavit. Fuit enim plenus humilitate, paupertatis Evangelicæ rigidus obſervator, puritatis Angelicæ candore nitidus, orationis, divinorumque my-

myſteriorum contemplationis dono ditatus, devotione ſumma erga Beatiſſimam Virginem Dei Matrem ſingulariter affectus, humanarumque denique laudum, & auræ popularis deſpicientia inſigniter notatus. Multa poſteris ſuæ ſapientiæ, & doctrinę monumenta porrexit. Extant tantummodò Typis expreſſa Latino Idiomate:

*Carmina devotiſſima diverſi generis in laudem Immaculatę Dei Genitricis Virginis MARIÆ*, quę unà cum alio Opuſculo, cujus Titulus eſt: *Viridarium Plantarum Divinarum*, Barcinone evulgavit anno 1590. Multis in fundatione Provinciæ Coſſettanæ (vulgò Catalogna) exantlatis laboribus, ſanctis operibus cumulatus, migravit ad Dominum in eadem Civitate Barcinonæ in noſtro Conventu Montis Calvariæ anno 1598. Ejus vitam poſuit Zacharias Boverius in Tom. 2. Annal. Capucinorum ad annum prędictum: & de eo etiam meminerunt Vvaddingus lib de Script. Fr. Minor. & Maraccius de Scriptoribus Marianis Tom. 1. litt. A.

ARCHANGELUS ANICIENSIS, natione Sabaudus, Gallus, in Oppido S. Baldomeri apud Foreſianos ortus: vir potens opere, & ſermone, eximius Concionator, ac Prælatus zelo, prudentia, temperantia, induſtria, odio improbitatis, bonorum amore, incredibili in omnes humanitate præſtantiſſimus: qui Provincias Lugdunenſem, ac Toloſanam annos circiter 20. pręclarè, ac magno cum Regularis obſervantiæ incremento adminiſtravit. Plura docuit, ac multa ſcripſit; attamen ſolùm videmus Typis extare:

*Hiſtoriam B. MARIÆ Virginis de Gros nuncupatæ propè Agatham, cujus Imago miraculoſa in noſtra Eccleſia à Populis maxima veneratione colitur*. Lugduni apud Ludovicum Muguet anno 1616. Tom. 1. in 8.

*Reſponſionem ſolidiſſimam ad motiva converſionis cujuſdam Chriſtophori Guegnard Galloſequani ad Religionem Calviniſticam*. Lugduni apud eundem anno 1620. Reliquit etiam:

*Commentaria doctiſſima in lib. Iob*, quæ tamen ob immaturam ejus mortem non fuerunt ab eo prę lo ſubmiſſa. Claruit ſub Henrico IV. & Ludovico XIII. & feliciſſimus obijens in Chriſto, volavit ad aſtra anno 1625. Iacet Toloſę in noſtro Conventu ſimul cum ejus fratre germano P. Franciſco de Puy Anicienſi, viro docto, ac verbi præcone diſertiſſimo. De eo meminit Vvaddingus lib. de Scriptoribus Fratrum Minorum.

ARCHANGELUS BRIXIENSIS, ejuſdem Provinciæ Concionator, vir doctrina, ac pietate clarus; ſed pręſertim ſui deſpicientia clariſſimus, adeò ut in ſua Provincia ob egregias ejus dotes ad Lectoris, Guardiani, Diffinitoris, ac Provincialis munus aſſumptus, in his dignitatibus conceptum humilitatis ſpiritum ſemper cuſtodierit, & nunquam ab inito Evangelicæ perfectionis tramite aberraverit. Scripſit

*Annotationes ſuper Regulam Fra-*

*Fratrum Minorum*. Brixiæ 1615. Obiit Brixiæ anno 1620. univerſa penè Civitate ad ejus funera propter illius ſanctitatis odorem confluente: & P. Theodorus Bergomenſis tunc Diffinitor Generalis eleganti Oratione vitæ ipſius egregię ſeriem omnem explicavit; eumque verè omnium virtutum cumulo decoratum, lucuIentiſſimè oſtendit. De eo Marcellinus de Piſe Tom. 3. Annal. Capucinorum ad annum 1620. §. 33.

ARCHANGELVS HYACENSIS Siculus, Provinciæ Meſſanenſis alumnus, & Definitor, vir in Divinis litteris ſtudioſus, ac Divini verbi ſuo tempore Concionator illuſtris; Edidit *Sermones plures de Sanctis*, inter quos extat Typis evulgata Cõcio Panegirica de Sancta Veneria Virgine, & Martyre ſub hoc Titulo:

*L' Albero della Vita*. Meſſanæ apud Iacobum Matthæum 1656.

ARCHANGELVS PANORMITANVS, natione Siculus, Panormitanæ Provinciæ alumnus. Hic, cùm eſſet nobiliſſima ortus progenie, mundi honoribus, divitiis, ac vanitatibus in ipſo adoleſcentiæ flore contemptis, anno ætatis ſuæ 18. in Capucinorum numerum adſcribi voluit: inter quos cęleſtem vivendi formam inſtituens, mirabiles in omni virtutum genere profectus edidit. Munus Concionatoris magno cum ſpiritus ardore exercuit, ſuiſque verbis, veluti jaculis, ac fulminibus, audientium corda inflammabantur, & mirabiles in hominum animis ad pęnitentiam, ac pietatem motus ejus eloquentia excitabantur; adeò ut plurimi adoleſcentes ad Religionem evolaverint, virgines non paucæ Deo virginitatem in Monaſteriis conſecraverint; tantaque fuerit virorum, ac mulierum ad Confeſſiones frequentia, ut Vrbes, religioſæ potius, quàm ſæcularis Reipublicæ formam præſeferrent. Tres in Civitate Drepanenſi Sodalitates prædicando inſtituit; primam quæ ægrotantibus in domo Hoſpitali ſpiritualia in morte ſuffragia perſolveret: ſecundam, quæ Mons pietatis nuncupata, pauperum inopiam ſublevaret; tertiam, quæ carcere detentis neceſſaria ſubminiſtraret. Fęminis quoque perſuaſit, ut Hoſpitalem domũ ad ægrotorum convaleſcentium ſolatium extruerent. Nullos demum vir iſte Apoſtolicus pro aliorum ſalute, & utilitate labores ſubire unquam renuit; melioremque aliorum vitam, quàm ſuam exiſtimans, omnia ſe illis debere putabat, pro quibus Dei filius vitam ſuam cum ſanguine fudit. Scripſit

*Statuta, & Documenta pro Confraternitatibus Domus Hoſpitalis, Montis Pietatis, & Miſericordiæ erectis ab ipſo in Ciuitate Drepanenſi.* Panormi anno 1573.

Amore Dei exæſtuans corporeæ fragilitatis metam depoſuit in noſtro Conventu Drepanenſi anno 1577. ejuſque geſta diffusè deſcribuntur in Tom. 1. Annal. Capucinorum ad annum, quo ſupra.

ARCHANGELVS DE RIPAVT, natione Gallus, Patria Pariſinus, ejuſdem Provinciæ Concionator,

tor, ac Diffinitor, qui primùm in Pariſienſi Parlamento Conſiliarius Regius, poſtea, reluctante Patre infulato Præſide, totoque Pariſienſi Senatu, ac ipſo Chriſtianiſſimo Rege Ludovico XIII. abnuentibus, ſpreto mundi culmine; Regia contemnens munera, generoſus terrenorum omnium ſpretor, ad Religionis Seraphicæ portum accurrens, totus Deo, animarumque perditarum lucro, aſſiduè deditus, humilitati, ſuique deſpicientiæ, ac cœleſtium rerum meditationi jugiter intentus, illuſtrem omnium virtutum, quæ religioſum, & perfectum hominem componunt, cumulavit gazam. Scripſit, ac prælis dedit lib. 3. in 4. quorum Titulus eſt:

*Abominatio abominationum falſarum hujus temporis devotionum.* Qui liber dividitur in tres partes. Prima eſt *Illuminatorum*; Secunda *Adamitarum*, & Tertia eſt *Spiritualium Modernorum*; ubi per antitheſim primi libri apparet *Diabolica nativitas, accretio, & perfectio deteſtabilis animæ in falſa devotione IESV, & MARIÆ injurioſa*. Pariſiis apud Claudium Cramoiſy. 1632. Secundus liber continet *altiora puncta Theologiæ Myſticæ cum facili tractatu De præſentia Dei pro remedio horum abuſuum*. Ibidem 1632.

Tertii libri titulus eſt. *Divina nativitas, infantia, & progreſſus admirabilis animæ in ſancto amore IESV, & MARIAE, cum tot praxibus novis devotionis amoroſæ, quot ſunt tractatus inauditi cujuſdam devotionis non communis*. Ibidem 1633.

Tamen editio 2. quæ facta eſt anno 1640. & Tertia anno 1643. fuerunt ab eodem piiſſimo Auctore valdè locupletatæ: qui demum vitam, quam laboribus, jejuniis, victus, ac veſtitus auſteritate aſſiduè afflixit, in meliorem commutavit Pariſiis anno reparatæ ſalutis 1650. ejuſque mortem omnes illius Provinciæ Fratres indoluerunt. De hoc Auctore meminit Vvaddingus lib. vbi ſupra, & Maraccius de Script. Marianis.

ARCHANGELVS SCOTVS, Provinciæ Flandriæ Concionator, ac Diffinitor, vir generis nobilitate, ac vitę ſanctitate præclariſſimus. Natus eſt in Scotia ex Patre Hæreſum labe infecto, videlicet, Comite de Forbes, Matre verò Margarita Gordonia catholica, ac piiſſima heroina Regio ſanguine clara, ſed multis virtutibus illuſtriore: factus adoleſcens piæ matris ſectatus eſt religionem, atque à R. P. Iacobo Gordonio ejus patruo Societatis IESV Presbytero, viro doctrina, ac virtute eximio, in Fide Catholica inſtructus, roboratus, & confirmatus, ut illam, quam profundè animo hauſerat, incolumen ſervaret; prima nocte nuptiarum decoram, ac nobiliſſimam ſponſam intactam relinquens, à paterna domo, atque à toto Regno aufugit incognitus, paſtoritioque ſago contectus, alterius Alexii ad inſtar, ad ignotas ſibi terras peragravit; unde, mare trajiciendo, Antuerpiam appulſus, & pro milite fugitivo creditus, in carcerem conjectus, in vinculis,

culis, ærumnis, ac laboribus pluri-mis ejus conſtantia mirabiliter apparuit. Demum cœleſti viſione recreatus, Divino intus Numine agitante, anno ętatis ſuæ 23. in noſtro Conventu Tornacenſi Seraphicum habitum devotiſſimè ſuſcepit die 2. Auguſti anni 1593. In qua vocatione in omni virtutum genere, ac præſertim puritate, caſtitate, humilitate, patientia, oratione, & abſtinentia adeò excelluit, ut meritò alter S. Alexius ab omnibus fuerit appellatus, & habitus. Ferunt ſcripſiſſe Opuſculum, in quo per modum colloquii agit:

*De vocatione ſua ad Fidem Catholicam, & Religionem Capucinorum*. Sanctiſſimè obiit Teneramundæ anno Chriſti 1606. ętatis ſuæ 36. die 2. Auguſti, quo etiam habitum Religionis induit, & ſolemnia vota emiſit. Inſignia ejus geſta latè deſcripta ſunt Gallico Idiomate per Iacobum Brouſſeum Doctorem Theologum in alma Vniverſitate Pariſienſi, & latinè per R. P. Zachariam Boverium Tom. 2. Annal. Capucinorum, & R. P. Fauſtinum Dieſtenſem Capucinum lib. impreſs. Coloniæ Agrippinæ 1620. Illius inſuper meminerunt R. P. Ioannes Baptiſta à Peruſio in Præludio ad vitam B. Felicis à Cantalicio, Gualterius in Tabula Chronographica ſæculo 17. in Sanctis, & Illuſtribus viris, Ardinghellus in Appendice congeminatæ vocis Turturis, oſtenſione 4. Coſtæus in Elogiis Mulierum Illuſtrium pag. 471. in Margarita Gordonia, Martyrologium Franciſcanum ad diem 2. Auguſti, Raiſſa in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii Ioannis Molani, & alii.

ARCHANGELVS VALLONIENSIS (vulgò *de Valogne*) natione Gallus, Provinciæ Normanniæ alumnus, Concionator, ac Sac. Theologiæ profeſſor; vir doctrina præclarus, dono prædicationis Apoſtolicus, candidis moribus exornatus, ſalutis animarum zelo plenus: qui ſub ementito habitu, & ſpecie viri laici Miſſionarii Apoſtolici munus exercuit per aliquot annos in Inſula Greſay apud Anglos, in qua plurimum pro Dei Eccleſia, & Fide Catholica tuenda, ac propaganda laboravit, multoſq; Hęreticos utriuſque ſexus ad Ovile Chriſti aggregavit. Scripſit Gallicè Opus omnibus Miſſionariis utiliſſimum in ſex Tomos in 8. diſtributum ſub Titulo:

*Le Directeur Fidele &c. Eſt Directorium, ſeu Inſtitutio exercitiorum ad Fidem ſpectantium, & totum reducitur ad Controverſias, in quibus fuit verſatiſſimus*. Prodiit Rothomagi anno 1645. Et de illo meminit Vvadingus lib. de Scriptor. Fratrum Minor.

ARNANDVS GANDENSIS, natione Belga, Provinciæ Flandrię Concionator, ac Sac. Theologię profeſſor; vir vitæ probitate ſelectus, doctrina, ac ſapientia clarus, Divini verbi declamator ingenuus. Nonnulla reliquit poſteris M. S. eruditione, ac pietate fœcunda, & à Patribus illius Provinciæ admodum commendata; attamen ſolùm vidimus Typis evulgatum:

 *Ora-*

*Oratorium Religioſorum D. Antonii de Guevara Epiſcopi Mindonienſis ab eo translatum ex Hiſpanico in Flandricum Idioma, locupletatum, ac notis illuſtratum.* Antuertuerpiæ 1626. Tom. 1. in 4. De illo meminit Vvaddingus libro ubi ſupra.

ATHANASIVS DILINGANVS Germanus, Provinciæ Tiroli Concionator, Sacr. Theologiæ profeſſor, ac ſæpiùs Diffinitor; vir tum morum præſtantia, tum doctrinæ varietate ſpectabilis, compoſuit, ac Typis mandavit duos Tomos Concionum, quæ maximam redolent pietatem cum hac inſcriptione:

*Gemitus compeditorum &c.*

*Argonautica ſpiritus moralis, & mortalis, & temporalis ad immortalem, & æternam vitam accomodata quinque Capitibus Doctrinæ Chriſtianæ.* Auguſtæ Vvindelicorum 1686. in 4.

ATHANASIVS MOLE Pariſinus, Provinciæ Pariſienſis filius; vir doctus, in Fidei Controverſ is eruditus, ac concionandi munere præſtans, edidit duo Volumina in 8. in quibus agit.

*De Converſione ad Fidem Catholicam duorum virorum illuſtriũ;* videlicet, Iacobi Stephani, & Davidis Rhodon. Pariſiis 1685.

AVGVSTINVS Genuenſis, ejuſdem Provinciæ Concionator, vir vitæ ſanctitate celebris; ſæculo decimo ſexto poſt Chriſtum natum, Scripſit:

*Hiſtoriam B. MARIAE Virginis, quæ XV. Calendas Aprilis anno* 1570. *apparuit, Populoque Savonenſi è vicino colle benè precata eſt.*

Hæc ex Auguſtino Oldoino Soc. IESV in Athenęo Liguſtico; & de eo meminit Felix Gerardus in Ephemeride: vide etiam Boverium, qui hujus piiſſimi viri geſta deſcripſit. Tom. 2. Annal. Capuc. ad annum 1606.

AVGVSTINVS item Genuenſis, ejuſdem Provinciæ Concionator, ſæpiùs Guardianus, ac Diffinitor: vir grandi religioſæ pietatis ſigno decorus, & obſervantiæ Regularis zelator ingenuus; magno labore noſtrę Genuẽſis Provincię Chronicum attexuit ſub hoc Titulo Italico:

*Raccolta delle coſe più memorabili ſpettanti alla Provincia di Genova de' Frati Minori Capuccini.* In hoc ſpecialiter agitur de Illuſtribus, ac perfectioribus ejuſdem Provincię viris, & res memorabiles ab initio ſuæ fundationis uſque ad annum 1650. aperto calamo deſcribuntur. Habetur M. S. in plura Volumina in Archivio noſtri Conventus Genuenſis Immaculatę Conceptionis. Deſcripſit etiam Italico ſermone

*Vitam Venerab. Fratr. Thomæ Trebianenſis Capucini, viri ſanctitate conſpicui, ac viſionum, revelationum, & miraculorum gratia à Deo ditati.* Tom. 1. in fol. Hunc librum dicavit Excellentiſſimo D. D. Ioanni Lucę de Clavaro Patritio Genuenſi, olim Sereniſſimæ Reipublicę noſtræ Duci. Mortuus eſt Genuæ in Conventu noſtro ejuſdem Immaculatæ Conceptionis, dum ibi Guar-

diani

diani munere fungeretur anno 1650. ætatis ſuæ ſeptuageſimoquinto.

AVGVSTINVS Mediolanenſis, ejuſdem Provinciæ alumnus. Hic antea vocabatur Alphonſus de Oldratis, & S. Carolo Borromæo propter egregias illius virtutes, & ingenii excellentiam cariſſimus fuit: cùmq; per plures annos ſub habitu Clericali Illuſtriores Italię Vrbes Evangelica prædicatione percurriſſet, & eximii Concionatoris ſibi famam comparaſſet; Divina vocatione habitum Capucinorum aſſumpſit Mediolani anno 1592. inter quos vitæ innocentia, mentis puritate, morum elegantia, & virtutum ſplendore maximè coruſcavit. Multa ſcripſit digna Typis, & alia imprimi permiſit tacito ejus nomine; illorum tamen Titulum accipere non potuimus. De illo nihilominus, tanquam de illuſtriſſimo, ac doctiſſimo meminerunt Paulus Moriggia lib. De Nobilitate Mediolanenſi, D. Philippus Picinellus in Athenæo Mediolanenſi litt. A. & Zacharias Boverius Tom. 2. Annal. Capucinorum ad annũ 1594. §. 94.

AVGVSTINVS NARBONENSIS Gallus, Provinciæ Toloſanæ alumnus, Theologus, ac Concionator non ignoti nominis, & doctrinæ, edidit Tom. 3. in 4. ideſt:

*Conciones de Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento.*

*Conciones pro omnibus diebus Quadrageſimæ.*

*Conciones pro toto tempore Adventus.*

Inſuper evulgavit alias Conciones de SS. Euchariſtiæ Sacramento ſub hac Epigraphe:

*Ieſus Chriſtus in Euchariſtia prędicatus per octauam feſti Corporis Chriſti.* Tom. 1. in 4. anno 1688.

Item Gallicè *Ieſus Chriſtus*, ſeu *Myſteria vitæ*. Tom. 1689.

*Sermones pro Dominicis poſt Pentecoſtes*. Tom. 1690.

AVGVSTINVS A' VIGVERIA, natione Italus, Provinciæ Genuenſis filius vir doctus, & prædicationis munere clarus, diligentiſſimus Sacræ Scripturæ verſator, omniumque illarum virtutum, quæ religioſum hominem conflant, fideliſſimus proſecutor, plura poſteritati reliquiſſe ſcripta docemur, quæ Typo paraverat; inter quæ extant M. S. in noſtra Bibliotheca Genuenſi:

*Lectiones 37. ſuper viſionem Scalæ Iacob Geneſ. cap. 28.*

*Commentaria Scripturalia, & Moralia in Threnos Ieremiæ Prophetæ.* Tom. 1. *in* 4.

*Conceptus Scripturales, & Morales ſuper Miſſus eſt.* Tom. 1. in 4.

*Conciones ab Adventu vſque ad Septuageſimam.* Tom. 1. in 4.

Obiit in noſtro Conuentu Civitatis Caſalenſis anno 1617. ætatis ſuæ 69.

# B

BALTHASAR DRACVNENSIS, natione Gallus, alumnus Provinciæ S. Ludovici, Superior Miſſionum in partibus Hereticorum, in quibus fructuoſus Evangelicus diſſeminator plurimum laboravit; Confecit, ac Typis dedit:

*Deſcriptionem omnium Provinciarum, Conventuum, ac Miſſionum Fratrum Minorum Capucinorum.* Maſſiliæ apud Antonium Caſtagnetum anno 1661. Alia plura ſcripſit, & habet parata prælo evulganda.

BALTHASAR REGIENSIS Gallus, Provinciæ S. Ludovici Concionator, ac Miniſter Provincialis; vir non vulgari inſignitus doctrina, in Philoſophicis, ac Theologicis diſciplinis admodum eruditus, in lectione, & meditatione Sacrarũ Scripturarum aſſiduus: qui etiam in danda ſcientia Populo Dei Miſſionarius Apoſtolicus multum inſudavit, & Catholicæ Religionis zelo fervidus, Divinique zelotes factus honoris; multos ad ſuaue Chriſti jugum, Romanæque Eccleſiæ ſinum adduxit. Scripſit Gallico Idiomate, ac Typis dedit in honorem Immaculatæ Conceptionis Virginis MARIÆ Opus eruditiſſimum, æquè ac piiſſimum ſub hoc Titulo:

*L'Eminent Privilege de la tres Saincte Mere de Dieu, qui l'a preſeruèe du pechè Originel en ſon Immaculèe Conception.* Pariſiis apud Viduã Dionyſii Thierry anno 1663. Tom. 2. in 4. Quod Opus denuò fuit impreſſum Aquis Sextiis apud Carolũ David Typographum Regium anno 1665. Evulgavit etiam eodem Idiomate duo volumina Hiſtorica, quæ inſcripſit:

*L'Incomparable Pietè des tres Chriſtiens Roys de France, & les admirables prerogatives, qu'elle a meritèe a leurs Majeſtez, tant pour leurs Royaumes en general, que pour leurs Perſonnes Sacrèes en particulier.* Tom. 2. in 4. Primus Tomus prodiit Pariſiis apud AEgidium Allioſt anno 1672. Secundus Tomus Aquis Sextiis apud Carolum David. 1674.

BARNABAS DE GAMBELLARA, quod eſt Territorii Veronẽſis Oppidum, Provincię Venetiarum alumnus, vir integerrimæ vitæ, & omnigena ornatus virtute, Beatiſſimæ Dei Genitricis MARIÆ cultor eximius, ejuſque devotionis promulgandæ, præſertim erga illius Immaculatam Conceptionem aſſiduus, & indefeſſus. Scripſit Italicè duo Volumina ſub hoc Titulo:

*Contrarietà favorevoli all' Immaculata Concettione della Gran Madre di Dio.* Tom. 2. Laudatur Auctor, & citatur à Pagnotio lib. de Virgine Triumph. Corona 3. cap. 7. num. 172. & à Maraccio de Scriptoribus Marianis.

BAR-

BARNABAS A' GENVA, Provinciæ Genuenſis Diffinitor, ac Sacræ Theologiæ profeſſor; vir ſana eruditione decorus, de omni ſcientia benemeritus, in genere dicendi, & concionandi fervidus, eloquens, & gratioſus, uberrima facundia, promptitudine, & agilitate à Deo donatus; & ideò pluribus Italiæ Civitatibus, in quibus tempore Quadrageſimali declamavit, admodum gratus; Evulgavit Concionem ab eo habitam Lucę in Tuſcia in Aula Excellentiſſimi Senatus illius Reipublicę Sabbato 2. Quadrageſimæ ſub Titulo:

*La Libertà incatenata*. Ibid. anno 1675. in 4.

BARNABAS NEOCASTENSIS, Concionator Provinciæ Lotharingiæ, vir divinarum Scripturarum ſcientia egregiè inſtructus, ac Religioſarum virtutum gloria commendatus; edidit:

*Conciones plurimas diverſi generis*; &

*Opuſcula varia Spiritualia, & Myſtica*, quorum titulum nondum vidimus.

BARTHOLOMÆVS BAPHIVS, natione Italus, Patria a Luciniano, alumnus Provinciæ Mediolanenſis. Hic à pueritia diverſo ſcientiarum generi, & bonarum litterarum ſtudio ſe totum applicuit; ſed juvenilem nactus etatem, ut libentiùs Deo vacaret, ſæculo relicto, inter Minores Conventuales adſcribi voluit: inter quos vitam admodum religioſam aliquando profeſſus, aſſidua Sacræ Theologiæ lectione, & orationis ſtudio detentus, multo doctrinæ, ac virtutum ſplendore coruſcavit. Attamen ſtrictioris, ac perfectioris Obſervantiæ deſiderio incenſus, annos natus 33. ad Capucinos ſe contulit, & inter illos aggregari voluit. Inde poſt aliquod tempus ob ejus eximiam doctrinam Lector Generalis inſtitutus, & Mediolanum deſtinatus, quamplurimos verbi Dei Præcones, ſapientia, & virtute præſtantes Religioni efformauit. Paupertatis Seraphicæ fuit zelator ferventiſſimus, humilitate, & ſui abjectione ſublimis, orationi, ac divinorum contemplationi ſedulus; &, ob ejus in rebus arduis agendis prudentiam, ac ſapientiam, Summus Pontifex illum Concilio Tridentino intereſſe voluit; ubi habuit latinè:

*Orationem ad Patres ibi congregatos Dominica 2. Adventus*, quæ poſtea fuit impreſſa Brixiæ apud Ludovicum Sabienſem anno 1565. Ejuſdem ſunt:

*Orationes diverſæ latino ſermone ab ipſo compoſitæ, & impreſſæ in eadem Civitate Brixiæ* anno 1570.

*Opuſculum de Admirabili Dei Providentia erga Romanum Populum impreſſum* Mediolani anno 1568. in 4.

*Oratio habita ad eundem Populum Romanum in Comitiis Generalibus*. Ibidem apud Pacificum Pontium anno 1567.

Multa alia ſcripſiſſe accepimus tã ad Philoſophiam, quàm ad Theologiam ſpectantia; quia tamen illorum titulum non habemus, hic non adnotantur. Certum tamen eſt ea conſervari M. S. in variis noſtrę Re-

li-

ligionis Bibliothecis.

Sanctis Operibus coronatus extremum vitæ ſpiritum dedit in noſtro Conventu Mediolanenſi anno à Chriſto nato 1577. die 6. Ianuarii; & de illo meminerunt Zacharias Boverius Tom. 1. Annalium Capucinorum: Toſſinianus lib. 3. Hiſtoriç Seraphicç pag. 311. Vvaddingus lib. de Scriptor. Fratrum Minorum, & Martyrologium Franciſcanum ad diem 6. Ianuarii.

BARTHOLOMÆVS DE BARBERIIS, natione Italus, Patria à Caſtrovetro, Provinciæ Bononienſis Concionator, Sacræ Theologiæ profeſſor, ac Diffinitor; vir doctus, ac ſpectatiſſima eruditione decorus, Divi Bonaventuræ Doctoris Seraphici Sectator, ejuſque divinç, ac flammigerç Doctrinç ſedulus enucleator; confecit magno labore, ac Typis dedit integrum Curſum Philoſophicum ad mentem ejuſdem Seraphici Doctoris, cui hunc appoſuit Titulum.

*Flores, & Fructus Seraphici, ex Seraphico Paradiſo excerpti, Theologica, & Philoſophica ex multiplici Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ doctrina ſelecta, & in moderniorem uſum in tres partes ad trium annorum curriculum diſtributa: in qua de novo antiqua ejuſdem S. Doctoris Schola aperitur per Principia, Concluſiones, & Opiniones ſingulares, ut plurimum diſcrepantes à duabus communibus Thomiſtarum, & Scotiſtarum.*

Prima Pars continet totam Logicam cum tractatu de Formalitatibus. Pars ſecunda comprehendit totam Phyſicam, & tractatum de Cœlo, & Mundo. Tertia Pars complectitur tractatus de Generatione, & Corruptione, de Anima, & Phyſionomia hominis, de Metaphyſica, & de Maximis, ſeù Propoſitionibus univerſalibus cum ſuis explicationibus. Lugduni ſumptibus Laurentii Arnaud, Petri Bordè, Ioannis, & Petri Arnaud anno 1677. in 4. Elaboravit etiam idem Auctor:

*Tabulam generalem Seraphicam, ſeu Compendium omnium Operum Seraphici Doctoris D. Bonaventuræ ordine Alphabetico digeſtum, & concinnatum, ac in duos Tomos diſtributum.* Primus Tomus amplectitur res notabiles, & verba annotatione digna. Secundus exhibet gloſſam, & expoſitionem locorum ferè totius Scripturç ab eodem Sancto Doctore traditas; & paratum habet:

*Curſum integrum Theologicum ad mentem S. Bonaventuræ in 4. Tomos diſtributum,* qui brevi in lucem exponetur.

BARTHOLOMAEVS BERGOMENSIS, ex familia Carminati, Provinciç Brixienſis Concionator, Miſſionarius Apoſtolicus, ac pluries Diffinitor, venerandç antiquitatis admodum ſtudioſus, pietatis, ac doctrinç ſplendoribus clarus, Idiomate Italico deſcripſit:

*Vitam R. P. Laurentii Vlmi Bergomenſis, Capucinorum Provinciæ Brixiæ Miniſtri Provincialis, viri maximæ perfectionis.* Compoſuit inſuper

*Opus contra Hæreticos Lutheranos,*

*nos, & Calviniſtas, in quo eorum errores valdè impugnat.*

BARTHOLOMAEVS DE LA HAYE, natione Gallus, Patria Pariſinus, vir doctiſſimus, ac non vulgaris eloquentiæ Concionator; cujus ſacrum ingenium ſacra fuit Officina Scripturarum, cujuſq; ſpiritus multa locuples virtute, illum dedit Pariſienſi Provinciæ æterna memoria dignum. Plura ſcripſit, ex quibus relata ejuſdem Provinciæ ſolum ſequentia Titulis notata porrigunt.

*Opus perfectum Concionatorum, in quo plurima ad Conciones, & pro Concionatoribus utiliſſima recenſentur.* Tom. 1. in fol. Prodiit Pariſiis apud Dioniſyum Thierry anno 1648.

*Milleloquium Bibliothecę SS. Patrum.* Tom. 1. in fol. Ibidem apud eundem 1650.

*Milleloquium SS. Eccleſiæ Doctorum Gregorii Papæ, & Hieronymi.* Tom. 2. in fol.

*Summa Bibliorum Alphonſi Toſtati redivivi.* Tom. 1. in fol.

*Pathologia Quadrageſimalis, ſeu Conciones pro tempore Quadrageſimæ.* Tom. 2. in 4.

*Commentaria in Canticum Canticorum.* Tom. 1. in fol.

*Expoſitio in Epiſtolas B. Petri Apoſtoli.* Tom. 1. in fol.

*Triumphus trium Crucifixorum IESV, MARIAE, & Franciſci.* Tom. 1. in 4.

*Corona Eccleſiaſtica, ſive Conciones de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.* Tom. 1. in 4.

Plenus dierum, & meritorum culmine religioſæ famæ clarus, migravit à ſæculo in Conventu S. Honorati Civitatis Pariſienſis, anno 1660. ætatis ſuæ 70. & de eo meminit Vvaddingus lib. de Script. FF. Minorum.

BARTHOLOMAEVS DE VECCHIS, natione Italus, Patria Bononienſis, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor; vir doctus, & ob egregias ejus animi virtutes omnibus amabilis: qui ad Novitiorum Magiſterium per plures annos in ſua Provincia deputatus, tot novis Tyronibus virtutum ſplendoribus eluxit; quòd ſola Magiſtri vita omnis religioſæ diſciplinæ diſcipulis forma fuerit; Scripſit, ac prælo ſubmiſit:

*Praxim Novitiorũ Scholaſtico ſtylo digeſtam, in qua De Conditionibus ad ingreſſum Religionis requiſitis: De Facultatibus abſolvendi eoſdem Novitios à Cenſuris, & à quibuſcunque aliis impedimentis: De Profeſſionis emiſſione, atque ejuſdem Profeſſionis invalidæ plurimis aliis ad hanc Novitiorum materiam maximè ſpectantibus, accuratiſſimè ad extricandos dubiorum nodos diſſeritur.* Tom. 1. in 4. Forolivii apud Saporatios anno 1627. Scripſit etiam

*Dubiorum Moralium ſuper Regulam Fratrum Minorum Tomos tres* in fol. De illo meminit Vvaddingus lib. de Scriptor. FF. Minorum.

BASILIVS DE BVRGO, natione Italus, Provinciæ Neapolitanę Concionator, vir doctus, & in Poeſi eruditus, ſcripſit, ac prælis dedit

ſupreſſo nomine.

*Carmina plura heroica latina, & Epigrammata de Sanctis*. Panormi 1648.

BASILIVS DONVRSVS à Surrento, Provinciȩ Neapolitanæ filius, vir multis in Religione muneribus cũ laude functus, Philoſophiæ, & Sacræ Theologiȩ per plures annos prȩſtantiſſimus profeſſor; ac tandem ejuſdem ſuæ Provinciæ ſapiens Moderator; Scripſit, ac Typis habebat paratos:

*Integrum Curſum Philoſophicum in duos Tomos diſtributum* in fol. &

*Integrum Curſum Theologicum in tres Tomos* in fol. Ex Nicolao Toppio in ſua Bibliotheca Neapolitana pag. 41.

BASILIVS LVGDVNENSIS, ejuſdem Provinciæ alumnus, & Sacerdos venerabilis, generis nobilitate præclarus, inſigni vitæ innocentia præditus, animarum Chriſto, & Eccleſiæ lucrandarum zelo fervidus, humilitate, ac charitate potiſſimùm præſtans, Divinorum Myſteriorum contemplationi maximè addictus, à terrenorum, & propinquorum amore totus ſemotus, omniumq; Evangelicarum virtutum ornamentis prȩfulgidus; Scripſit Gallico Idiomate Opuſculum, quod poſtea in latinum convertit, & valdè utile ſub hoc Titulo:

*Diarium veri Chriſtiani &c.* impreſſum Lugduni anno 1617. apud Ludovicum Muguet, quod poſtea progreſſu temporis ab eodem Auctore auctum, ac locupletatum, decies, & amplius fuit recuſum apud varios Typographos tacito Auctoris nomine. Compoſuit etiam

*Praxim veri Chriſtiani, ac Servi Dei, præclara ad benè, & chriſtianè vivendum documenta ſuppeditantem*. Ibidem 1620 tom. 1. in 8.

*Preces, & humilem ad Deum, & Sanctos recurſum tempore peſtis graſſantis*. Ibidem 1620. Plenus dierum, ac bonorum operum dives, obiit devotiſſimè in noſtro Gratianopolitano Conventu anno 1628. ætatis ſuæ 76. De eo meminit Vvaddingus lib. de Script. FF. Min.

BASILIVS NOLANVS, Provinciæ Neapolitanæ Diffinitor, Sacræ Theologiæ profeſſor, vir eruditiſſimus, atque apud omnes ferè Italiæ Illuſtriores Civitates eximii, ac Apoſtolici Concionatoris claro nomine notus; Plura litteraria monumenta poſteris profutura conceſſit, eaque prælis parata habebat; & ſunt:

*Conciones Quadrageſimales, & per Annum*. Tom. 3. in 4.

*Conciones de Sanctis*. Tom. 2.

*Curſus Philoſophicus*. Tom. 3. &

*Curſus Theologicus ab eo maximo ſtudio elaboratus, noviſque Quæſtionibus exornatus*. Tom. 4. Obiit vir omni memoria dignus anno 1667.

BASILIVS SVESSIONENSIS, natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis Concionator, vir multiplicis doctrinæ, & ſtrenuus Catholicæ Religionis zelator; Scripſit, & Typis ſubmiſit duodecim Volumina, quorum Titulus eſt:

*Defenſio Invincibilis veritatis Orthodoxæ realis præſentiæ Chriſti in Eucbariſtia*. Pariſiis anno 1676.

*De-*

*Defenſio, ſeu Vera Religio clarè demonſtrata, & novarum Sectarum falſitas penitùs everſa*. Ibidem anno 1676.

*Compendium clariſſimum Doctrinæ Chriſtianæ cum auctoritatibus Sacræ Scripturæ*. Ibidem anno 1678.

*Condemnatio Novatorum per os eorum circa materias controverſas inter eos, & Catholicos Romanos*. Ibidem Tom. 1.

*De Exiſtentia Dei contra Infideles; ubi probat: Quòd Deus ſit, aut nihil*.

*Firmamentum immobile Doctrinæ Chriſtianæ, ubi principalia puncta noſtræ Fidei contenta in Symbolo Apoſtolorum clarè explicantur, ac probantur per verbum Dei ſcriptum ad revocandos Hæreticos in Eccleſiam*. Tom. 1. in 8.

*Fundamentum immobile Doctrinæ Chriſtianæ, ubi Septem Sacramenta clarè probantur per vetus, & novum Teſtamentum*. Tom. 1. in 8.

*Fundamentum immobile Doctrinæ Chriſtianæ, ubi Decem Præcepta Decalogi explicantur, & probantur per verbum Dei ſcriptum*. Tom. 1. in 8.

*Fundamentum immobile Doctrinæ Chriſtianæ, ubi tractatur De Oratione mentali, & vocali in genere, & in ſpecie De Oratione Dominica*. Tom. 1. in 8.

*Vera Deciſio omnium Controverſiarum per reſolutionem unius Quæſtionis*.

*Vera Directio Chriſtiani ad obtinendam ſalutem æternam. Liber in duas partes diviſus*.

*Scientia benè moriendi*.

Vivit adhuc, & varia Opera elaborat ad profectum Fidelium, & Religioſorum.

BASILIVS DE TERVEL, natione Hiſpanus, Provinciæ Valentiæ Concionator; vir clarus doctrina, qui ob inſignem Religioſæ vitæ præſtantiam, & prudentiæ fulgorem ad ſuæ Provinciæ miniſterium fuit aſſumptus; Scripſit Patrio Idiomate Opuſculum ſatis pium ſub hoc Titulo:

*Exercitium, ſive Modus ad benè juvandum illos, qui in mortis articulo ſunt conſtituti in duas partes diſtributus*.

In prima parte aſſignantur documenta pro Confeſſariis ad hoc tam pium opus exercendum vocatis. In ſecunda exponuntur media, quibus uti debent erga illos, qui ultimo ſupplicio ſunt plectendi. Valentiæ apud Hieronymum Villagraſſam anno 1669. Tom. 1. in 8.

Scripſit inſuper eodem Idiomate

*Narrationem Hiſtoricam, in qua probat S.P.N. Franciſcum non fuiſſe Religioſum, nec profeſſum Regulam S. Auguſtini*. Neapoli apud Dominicum Macerrinum anno 1660.

*Collectaneam Sacram &c.* Matriti apud Didacum Diaz de la Cartera 1658.

*Summarium Indulgentiarum, quas Summi Pontifices conceſſerunt Univerſo Ordini S.P.N. Franciſci*. Ibidem apud eundem 1658.

*Annotationes in Martyrologium Romanum.*

*Vitam R.P. Archangeli Scoti Capucini.* Matriti apud Diaz anno 1652. Tom 1. in 8.

Alia plura Opuſcula ſcripſit, quæ abſque ejus nomine in Hiſpania ſeguntur.

BASILIVS DE VICO, natione Neapolitanus, Patria à S. Severino, Provinciæ Lucaniæ alumnus, Sacræ Theologiæ eximius profeſſor, ac celeberrimus per totam Italiam verbi Dei Declamator: vir magni propter ejus eximiam doctrinam, & ſapientiam in Religione habitus; aliqua ſcripſit prælo committenda; videlicet:

*Volumina duo Concionum de Tempore*, &

*Breviarium Theologicum*. Obiit Bononiæ 1631. dum in eadem Provincia Miniſter præſideret, magnum ſui relinquens deſiderium. De eo meminit Nicolaus Toppius in Bibliotheca Neapolitana litt. B.

BASILIVS DE ZAMORA, natione Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ Diffinitor, ac Miniſter Provincialis, & in Provincia Betica Commiſſarius Generalis, Sacræ Inquiſitionis Qualificator, necnon Philippi IV. Regis Catholici Concionator: vir præſtantis ingenii, in omni ſcientiarum genere doctus, ac undequaque eruditus; Scripſit, & habet ſub prælo ingens ſatis Volumen ſermone Hiſpanico ab eo elaboratum, cujus Titulus eſt:

*Geographica Deſcriptio totius orbis; in qua non vulgari eruditione, & elegantia tractat: De Mundo, De Cœlis, & Elementis in genere, & in ſpecie. Agit compendiosè de Sphera, de tribus continentibus, ſcilicet, antiquo, novo, & incognito, in quibus totus orbis dividitur: De Aphrica, Aſia, Europa, & America: De Cherſoneſo, de ſeptem mirabilibus terræ, de Paradiſo terreſtri, de fluxu, & refluxu Oceani: De Ritibus, & Moribus omnium Nationum, & ſimilibus.*

BASILIVS SALONENSIS Gallus, Provinciæ S. Ludovici Concionator, vir virtutibus, ac rebus præclarè geſtis illuſtris. Hic, ab ipſa pueritia divina benedictione prevenṭus, tantis floruit virtutibus, ut Sancti ſibi nomen conciliaverit. Anno ætatis ſuæ 15. Seraphicum Inſtitutum eſt amplexus, expletoque annuæ probationis tempore inter Ordinis Profeſſos adnumeratus, majora, ac præſtantiora virtutum ſtudia proſecutus, maximum claro ſuo nomini lucis, ac gloriæ addidit incrementum. Beatiſſimæ Virginis MARIÆ fuit cultor eximius, ejuſque interceſſione tam excellenti dono verbum Dei diſſeminandi cœlitus fuit cumulatus, quòd ſupra fidem humanam ſint Populorum, & Hæreticorum converſiones, qui Concionum illius efficaciſſima virtute perculſi, peccata, & errores abjuraverunt. Plurima etiam in concionando ſua oratione contritæ plebi dona à Deo impetravit; eaque ſignis, ac prodigiis aſſociata, etiam Auditores invitos ad lacrymas compellebat, ac duriora corda ad penitentiam colliquabat. Ex relationibus

mihi

mihi transmiſſis conſtat ſcripſiſſe plura *de Controverſiis cum Hæreticis*, in quorum converſione ſtrenuè, ac magno cum caritatis ardore per plures annos inſudavit. Quia tamen illorum exemplar nullum vidimus, & an ſint impreſſa dubitamus; ideò hìc Titulus Lectori non exhibetur. Floruit à Chriſto nato 1621. ſub Gregorio XV. & Ludovico XIII. Rege Chriſtianiſſimo, diemque clauſit extremum clara ſanctitatis opinione in Italia in noſtro Conventu Tolfę Provinciæ Romanæ anno 1625. ętatis ſuę 58. Ejus vita, & geſta deſcribuntur à P. Marcellino de Piſe Tom. 3. Annal. Capucinorum.

BENEDICTVS BVRDIGALENSIS Gallus Aquitanus, ejuſdem Provinciæ Concionator ſtrenuus, & Paſſionis Dominicæ meditator aſſiduus, ſpiritus ſui æſtus ſpecimina non levia impreſſa tranſmiſit in volumine vernaculo ſermone conſcripto, ſub Titulo:

*Les Sentiments affectifs ſur la Paſſion de Ieſus Chriſt pour touts les jours du mois* anno 1690.

BENEDICTVS FILCHIVS, natione Anglus, Patria Canfeldenſis in Eſſexia, vir genere nobilitatis illuſtris, ſed illuſtrior vitę ſanctitate. Hic, cùm à Parentibus in Hęreſi Calviniana fuiſſet enutritus, calicemque Puritanę Sectę etiam ab ipſa pueritia ebibiſſet; factus adoleſcens, & Londini per triennium commoratus, totus voluptatibus, & mundi illecebris, totus choreis, ludis, & ſpectaculis ſe applicuit, mortuuſq; Deo, & ſoli mundo vivus videbatur: attamen nō poſt multū temporis, divini Spiritus luce ignorantiæ tenebris diſſipatis, viam veritatis agnoſcens, chariſmata meliora cępit ęmulari; ac, ſuperatis exterioribus quampluribus, pariter & interioribus difficultatibus, abjurato Calviniſmo, Eccleſiæ Catholicæ ſe adjunxit. Elapſis à ſua converſione menſibus ſex, ne ſenſuum illecebris allectus, Dęmonum pateret incurſibus, ad noſtram Capucinorum Religionem, tanquam ad tutum aſylum confugiens, in Conventu Pariſienſi, anno ętatis ſuę 24. mundi exuvias, ac pompas depoſuit, & ſoli Deo, qui ęternus eſt amor, omnem ſuum dicans amorem, cujus antea primitias blandienti ſæculo mancipaverat, præclarum Religioſæ vitæ Tyrocinium inchoavit. Inter egregias hujus viri virtutes, quibus abundè fuit cumulatus, aſſiduum orationis ſtudium potiſſimùm enituit: cujus tanta vis erat, & efficacia, ut nullius omninò rei, aut gratię, quam enixè votis, ac precibus à Deo bonorum omnium datore petiiſſet, repulſam unquam paſſus fuerit. Divino amore fuit totus accenſus, vultuque ſemper, ac animo in Cœlum ſublatis, præſentem ubique Deum contemplabatur. Martyrii flagrans deſiderio anno 1599. in Angliam eſt profectus, quò Fidem Catholicam ſuæ Patriæ reſtitueret: ubi agnitus uti Religioſus, & in carcerem juſſu Eliſabeth Reginæ detruſus, ibi ſumma animi conſtantia in doloribus, & ęrumnis, in fame, ſiti, & nuditate per totum integrum triennium perſeveravit, donec ad inſtan-

tiam Henrici III. Francorum Regis libertate donatus, Lutetiam reverti fuerit coactus: ubi Novitiorum curę Præfectus, eam ex gravi illo munere laudem eſt conſecutus; ut, qui ex ipſius diſciplina prodierunt, omni virtutum genere inſtructi, fortiores ad hoſtes ſpiritus debellandos evaderet. Anno ante ipſius obitum duodecimo, dum in oratione perſeveraret, altiſſima quædam perfectionis Evãgelicæ via, plurimaque etiam de Divinorum Attributorum excellentia illi revelata fuerunt. Quare, jubentibus Superioribus, integros de pręſtantiori Evangelicæ perfectionis ſemita Tractatus conſcripſit, tam altis Myſticæ Theologiæ ſenſibus reſperſos; quòd, qui de Spirituali animæ profectu profundiùs allocutus fuerit, haud facilè inveniri poterit. Eorum autem, qui dati ſunt prelo, Titulum exhibemus.

*Regula Perfectionis continens breve, ac lucidum compendium totius vitæ ſpiritualis redactæ ad unicum punctum Voluntatis Divinæ in tres partes diſtributa.*

1. *De Voluntate Divina exteriori complectens vitam activam.*

2. *De Voluntate Divina interiori complectens vitam contemplativam.*

3. *De Voluntate Eſſentiali agens de vita ſupereminenti.*

Fuit impreſſa primùm Anglico Idiomate, ſicut illam conſcripſit Auctor: deinde in Belgicum, & Gallicum ſermonem, poſtmodum juſſu Adm. R. P. Hieronymi à Caſtro-Ferrettorum tunc temporis Miniſtri Generalis Typis mandata Latinè eo modo, quo antea ab eodem piiſſimo Auctore ante paucos annos ab illius obitu fuerat elaborata; & prodiit Romæ apud Heredes Bartholomæi Zanetti anno 1625. & 1628. Pariſiis anno 1650. & iterum Lugduni 1658. Vertit eam in Idioma Hiſpanicum D. Bartholomæus de Leonardis de Argenzola Canonicus Eccleſię Metropolitanę Ceſarauguſtenſis, & & ibidem fuit impreſſa apud Ioannem de Lany anno 1648. Demum, translata fuit etiam in Italicum à P. Modeſto Romano Capucino, & pręlo ſubmiſſa Romæ anno 1650. Scripſit inſuper

*Equitem Chriſtianum &c.* Pariſiis apud Carolum Caſtellanum anno 1609. part. 2. in 12.

*Epiſtolam reſponſivam cuidam dubio facto circa Objectum Divinæ Voluntatis.* Ibidem 1609.

*Exemplar cujuſdam documenti traditi circa orationem pro excitatione cujuſdam perſonæ afflictæ ob defectum guſtus, & conſolationis in eadem.* Ibidem 1629.

*Librum diverſorum Exercitiorum Spiritualium.* Ibidem 1608.

*Soliloquium pium, & grave, in quo exponit converſionis ſuæ primordia.* Ibidem 1608.

Hujus præſtantiſſimi viri ſingularis modeſtia, ac vitæ ſanctitas adeò devinxerunt Henricum III. Galliæ, & Navarræ Regem, ut eum ex Anglia Pariſios revocaverit, quò & ſibi, & ſuis ſolidę, ac fortis pietatis, ac ſanctimoniæ in Benedicto pararet exemplar. Clarus miraculis, ac Spiritu Prophetico, Pariſiis à cuſtodia

carnis

carnis ſolutus, migravit ad Dominum anno 1610. ætatis ſuæ 49. ipſo die Aſsũptionis Virginis MARIÆ, quam vivens eximia ſemper devotione, ac religione percoluit. Vita ipſius copioſè deſcripta eſt per Iacobum Brouſſeum Doctorem Theologum in Alma Vniverſitate Pariſienſi lib. Lutetiæ impreſſo 1611. & etiam per Boverium Tom. 2. Annalium Capucinorum ad annum 1610.

De illo etiam meminerunt Eminentiſs. D. Io: Cardinalis Bona lib. comp. Theolog. Myſt. cap. 9. & ſeq. Gualterius in Tabula Chronologica de Sanctis, & illuſtribus viris ſecul. 17. Vvaddingus lib. de Script. FF. Minorum, Ioannes Baptiſta à Peruſio in Prologo ad vitam B. Felicis, Arturus à Monaſterio in Martyrologio Franciſcano, qui mendosè eum dicit obiiſſe die 21. Novembris. Et quędam Sanctimonialis Monaſterii Bruxellenſis nomine Agatha. Vviſman Ordinis Sancti Benedicti egregias illius laudes luculenter perſtrinxit in Rithmo, quem de eo compoſuit, cujus Initium ſic legitur:

Ad V. P. Benedictum Anglum Capucinum.

*Ave Pater perbenigne,*
*Flos roſarum Deo digne,*
*Benedicte ter Beate*
*Cœli gloria ditate &c.*

BENEDICTVS GVALDINVS de Colſtombaſſet, natione Anglus, Provinciæ Normanniæ alumnus, & Prædicator; vir clarus nobilitate, ſed virtutibus, ac meritis clarior, annos attingens 33. ſæcularem militiam deſerens, Seraphicis Caſtris nomen dedit; & paulò poſt ipſius Pater ætatis ſuæ anno 63. filium imitatus, veterem hominem exuens cum actibus ſuis, ſub nomine Eduardi, Religioſam vitam, quam aſſumpſit, non modò uſque ad mortem integram retinuit, verùm etiam præclaris virtutibus, humilitate præcipuè, admirabilique ſenſuum mortificatione cumulavit. Obiit devotiſſimè in noſtro Conventu Rothomagenſi; & moriens gratias egit Domino, quòd tota ſua Familia ſe D.P. Franciſco conſecraverit. Ipſius enim uxor defuncta eſt ſub habitu Tertii Ordinis, & tres filios dedit Religioni Capucinorum. Benedictus autem omnium natu major aſſiduè ſtudiis, ac ſaluti animarum incumbens, prælis mandavit Opus Myſticum, & magni ponderis, ipſique Titulum appoſuit Gallico Idiomate:

*L'homme de bon ſens*; Ideſt: *Homo ſenſatus, ſecundùm illa verba: Homo ſenſatus credit legi Dei, & lex illi fidelis.* Hoc Opus in 8. dividitur in 4. Tomos.

*In primo, & ſecundo oſtenditur, quòd homo per ſolum naturalem ſenſum poteſt cognoſcere, quod ſit Deus.*

*In tertio, & quarto, quòd homo ſen-*

*ſenſatus ſcrutatur, & invenit profunda Dei.*

*In quinto, & ſexto; quòd homo ſenſatus fideliter cuſtodit legem Dei.*

*In ſeptimo, & octavo; quòd homo ſenſatus per vitam interiorem manet faciliter, & continuò Deo devinctus.*

BENEDICTUS LAUGEOIS, natione Gallus, Patria Pariſinus, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Miſſionarius Apoſtolicus: vir profunditate ingenii, pietatis, ac eruditionis laude notatus; Evulgavit Opus in 3. Tomos in 4. diſtributum, cujus Titulus eſt:

*Scientia Univerſalis Scripturæ Sacræ; ſeu explicatio Litteralis Veteris, ac Novi Teſtamenti, ſecundùm Methodum IESU Chriſti Lucæ cap. 24. verſ. 44. & Omnium SS. Patrum doctrina à nemine antea ex inſtituto ſuſceptum.* Pariſiis 1685.

Edidit etiam alios duos libros ſub Titulo:

*Spiritus Veteris, ac Novi Teſtamenti.* Tom. 1. in 12.

*De Politica Chriſtiana contra Machiavellum.* Tom. 1. in 8.

BENEDICTUS LEODIENSIS, natione Belga, Provinciæ Flandriæ alumnus, Sacræ Theologię profeſſor, ac ſacri eloquii Declamator; Edidit

*Poemata varia diverſi generis in laudem aliquorum virorum Illuſtrium.* Impreſſa ſunt Coloniæ apud Arnaldum Kempens 1645.

BENEDICTUS A' MONTESARCHIO Neapolitanus, ejuſdem Provinciæ Concionator celebris; vir doctus, & excellentis ingenii, ſcripſit librum ſub Titulo Italico:

*L' Angelo della Pace.* Prodiit Neapoli apud Hyacinthum Paſſerum anno 1666. in 12.

BENEDICTUS SANBENEDICTUS, natione Italus, Patria Mediolanenſis, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Diffinitor; vir, ob ſingularem ejus doctrinam, morum probitatem, & eloquii ſuavitatem, ſatis notus: cui acceſſit modeſtia ſingularis, veneranda auctoritas, ſolidum judicium, prudentia ſumma in agendis; & obſervantiæ Regularis zelus ingenuus. Plura ſcripſiſſe ex relationibus habemus; attamen ſolùm dant prelo ſubmiſſam:

*Traductionem ab eo elaboratam ex Latino in Italicum Idioma Annalium Fratrum Minorum Capucinorum P. Zachariæ Boverii*, quos in 4. Tomos in 4. diſtribuit. Duo primi fuerunt impreſſi Taurini apud Io: Dominicum Tarinũ anno 1641. & duo noviſſimi Venetiis apud Iuntas 1645. Convertit etiam ex eodem Idiomate in Italicum:

*Tertium Volumen eorundem Annalium à P. Marcellino de Piſe compoſitum, & noviſſimè impreſſum.* Lugduni anno 1676. Tom. 2. in 4. Scripſit inſuper

*Vitam Venerabilis Fratris Bernardi à Corleone Capucini.* Mediolani, & Genuæ apud Franchellum, anno 1683. in 4. De eo meminit Vvadding, de Script. Ord. Minorum.

BENEDICTUS A' SCAPTINEA, natione Italus, quem Romana Provincia Religioſa pietate decorum,

rum, verbi Dei Præconem ſatis eruditum, ſui Capituli Diffinitorem, ac Sacræ Theologiæ profeſſorem, inter ſuos illuſtres viros meritò connumerat; Scripſit, & evulgavit Italico Idiomate tria Opuſcula, quorum Titulus eſt:

*Meditationes devotiſſimæ de Paſſione Domini noſtri IESV Chriſti.* Tom. 1. in 8. Viterbii, & Romæ apud Heredes Corbelletti anno 1651.

*Ordinationes Antiquorum Patrũ in Religione FF. Minorum, præſertim D. Bonaventuræ Doctoris Seraphici circa compoſitionem exterioris hominis.* Viterbii anno 1652. in 12.

*Fructus Seraphici; ſive, Compendium Annalium P. Zachariæ Boverii.* Romæ apud Angelum Bernabouium anno 1656. Tom. 1. in 4: Obiit Romæ anno 1659.

BENEDICTVS DE VRBINO, natione Italus, Provinciæ Picenæ alumnus, vir non tam illuſtri ſanguine genitus (ſiquidem ex Familia Paſſionea, materna verò Cybo, toto orbe percelebri originem duxit) quàm nobilioribus virtutibus exornatus. Hic in ipſo adoleſcentię flore omnes Chriſtianas virtutes generosè amplexus, Iuriſprudentiæ Patavii operam dedit, laureamque Doctoris adeptus, annos natus 23. ſęculi tędio affectus, & ſanctioris vitę deſiderio incenſus, omnibus ſuis bonis pauperibus erogatis, noſtram Religionem ingreſſus eſt anno 1589. in qua majori ex alto virtute indutus, pręclariſſimum Evangelicę vitę Tyrocinium inſtituit: tantaque diligentia ad virtutum exercitia ſe applicuit, ut ſicut perfectionis, ita & gratiarum maximis incrementis adauctus fuerit. Ex relatis illius Provincię ſcimus ſcripſiſſe:

*Tractatum de Paupertate Fratrum Minorum ſecundùm mentem B. P. N. Franciſci M. S.* Meritis, gratia curationum, ac prophetię dono clarus, obiit devotiſſimè in noſtro Conventu Foroſempronii anno 1625. die 30. Aprilis. Ejus geſta deſcribuntur à P. Marcellino de Piſę Tom. 3. Annalium Capuc. ad annum præfatum; qui ſcribit eum fuiſſe ſocium per plures annos Venerabilis P. Laurentii à Brunduſio, viri Apoſtolici, eumque ſibi comitem ſpecialiter elegiſſe, quando ad propagandam noſtram Religionem in Bohemiam profectus eſt. Illius etiam præclarę meminerunt Ardinghellus in Appendice Congeminatę vocis Turturis, oſtenſ. 4. & M.S. Provincię Piceni, & Bohemiæ.

BENIGNVS LHORANVS Germanus, Provincię Rhenanæ Cóncionator eximius, Sacræ Theologiæ profeſſor, ac Diffinitor, vir eruditus, ac religioſis virtutibus decoratus; Compoſuit librum, cujus Titulus eſt:

*Analyſis, ſive Diſcurſus* 200. *Concionatorios ſuper Pſalmum* 118. Item

*Conciones de omnibus Sanctis per annum occurrentibus* Tom. 2. Coloniæ anno 1685. *Opus Apologeticum contra quendam Novatorem.*

BERNARDINVS DE ARETIO, natione Italus, Provinciæ Etruriæ

riæ alumnus: vir ſingulari præditus indole naturæ, vivaciſſimo donatus ingenio, non vulgari in Concionibus facundia inſignitus, & ſpiritus fervore repletus, eruditus Sacræ Theologiæ profeſſor: qui licèt juvenis ętate, ſenilem tamen animum induens, prudenſque in omnibus conſilium exhibens, ad ſuæ Provincię Miniſterium Electorum ferè omnium votis ſemel, iterum, & tertiò fuit aſſumptus; & demum in Capitulo Romæ anno 1685. celebrato Diffinitor Generalis electus; Italico ſermone evulgavit:

*Concionem, quam habuit in Palatio Excellentiſſimæ Reipublicę Lucenſis Sabbato 2. Quadrageſimæ*. Lucæ apud Hyacinthum Paci anno 1670.

BERNARDINVS A' BALBANO, natione Italus, Coſentinæ Provinciæ alumnus, vir doctrina, eruditione, vitæq; ſanctitate clarus, ac divini eloquii promulgator planè mirificus: qui, veluti novus Apoſtolus, omnes ferè Apuliæ, Calabriæ, ac Salentinorum Civitates ſemper prędicando peragravit, morumque puritatem, auſteritatem, abſtinentiam, ac perfectiſſimum vitæ exemplum cum Evangelico ſpiritu conjúgens, alterius D. Bernardini ad inſtar, innumerabiles ferè peccatores ad pęnitentiam reduxit: etiam in Catholica Fide propugnanda fuit acerrimus, ſupernæque gloriæ zelo ignitus, totis viribus Hęreticos eſt inſectatus; & non ſolùm Evangelica, & Scholaſtica concertatione convicit, eorumque fallaces impoſturas, & tenebricoſas ambages, manifeſto Catholicæ veritatis gladio confodit; ſed etiam quandam illorum Sectam Aletii apud Salentinos exortam non ſine vitę magno diſcrimine anno 1553. penitùs extinxit. Nonnulla devotiſſima, ac omni pietate referta ſcripſit Opuſcula; Ea ſunt:

*Meditationes de vita Chriſti, & ejus Matris Virginis MARIÆ*. Tom. 2. in 8.

*Myſterium Flagellationis Domini noſtri IESV Chriſti in forma meditationis redactum pro ſingulis diebus hebdomadæ* Italicè primùm impreſſum Venetiis anno 1559. quod poſteà Gallico Idiomate tranſcriptum prodiit Lutetiæ Pariſiorum anno 1601. apud Robertum le Fizelier. Tom. 1. in 8.

*De novem effuſionibus Sanguinis Domini noſtri IESV Chriſti*. Pariſiis 1601. & anteà Venetiis 1559.

*De ſeptem Regulis benè vivendi*. Tom. 1. in 8.

*Speculum Orationis, in quo exprimitur ejus neceſſitas, atque utilitas*. Parmæ 1556. Venetiis 1593. & Pariſiis 1601.

*Tractatus de Prædeſtinatione, & libero hominis arbitrio*. Venetiis 1593.

*Tractatus de Gloria Paradiſi*. Tom. 1. in 16. atque alia piiſſima Opuſcula, quæ etiam nunc inter hominum manus verſantur. Plurimis in Religione magna cum ſanctimoniæ fama annis tranſactis, prophetico ſpiritu clarus, animo in eam diem omni pietate Domino pręparato, coronam, quam ſibi tot laboribus, ac vir-

virtutibus conſtruxerat, in morte accepit in Cœnobio Coſentino anno 1558. Ejus vitam deſcripſit Boverius Tom. 1. Annal. Capucinorum ad annum ſupraſignatum: & de illo etiam meminerunt Poſſevinus in Apparatu Sacro litt. B. Vvillotus in Athenis Orthodoxis, Vvaddingus lib. de Scriptor. Franciſcanis, Gonzaga lib. de Origine Seraphicæ Religionis. Moncada part. 2. lib. 1. cap. 2. in fine pag. 12. Torreçilla in Speculo Seraphicę Religionis, ubi de Capucinis.

BERNARDINVS BVRDIGALENSIS, natione Gallus, Provinciæ Aquitaniæ Concionator, vir doctus in Geographicis, & Mathematicis valdè peritus, delineavit, ac ęneis laminis ſculpſit:

*Omnes Provincias, & Conventus Religionis Capucinorum, ſervata etiam climatum conſtitutione ſecundùm veram illorum diſtantiam.* Hæc deſcriptio Chronographica fuit impreſſa Romæ anno 1646. unico volumine in fol. juſſu R. P. Ioannis à Montecalerio tunc temporis Miniſtri Generalis.

BERNARDINVS A' CILENTO, Neapolitanę Provinciæ Concionator, vir doctrina, prudentia, ac præclaris vitæ exemplis ab omnibus illius temporis commendatus: qui eandem ſuam Provinciam magna cum virtutum laude, ac Regularis obſervantiæ zelo ſedulò adminiſtravit, multoque, ac ſuavi ſanctitatis odore reſperſit. Scripſit Italicè:

*Enchiridion Religioſæ perfectionis, in quo agit De virtutibus omnibus Religioſis neceſſariis*: An fuerit impreſſum adhuc me latet. Obiit Neapoli in noſtro Conventu Sancti Euphebii anno 1586. ætatis ſuæ 63. & de eo meminit Boverius Tom. 2. Annal. Capucinorum.

BERNARDINVS A' COLLEPETRACIO, natione Italus, Provinciæ S. Franciſci alumnus. Hic anno ætatis ſuæ 16. inter Patres de Obſervantia ad habitum Seraphicum admiſſus, paruo poſt ſolemniũ votorum emiſſionem tempore elapſo, arctioris vitæ ſtudio ad Capucinos evolavit. Huic viro, quantum Crux Chriſti affinis, ac conſanguinea eſſet adfutura, miro præſagio demonſtratum fuit; quando cum Cruce in modum ſtolæ tranſverſa, è matris utero mirabiliter erupit. Et ſanè juxta Apoſtolum dici poterat cum Chriſto confixus; dum omne auſteritatis, & mortificationis genus amplexus, nullam unquam patiendi occaſionem prætermiſerit. Per totum triginta annorum ſpatium ſolo pane, & aqua victitavit; ventris, ac gulæ mortificationi nuditatem pedum adjunxit, abjectiſque omnibus ſandaliis, etiam Provincialatus munus gerens, nivem, glaciemque calcavit: ſub unica vili, ac lacera tunica cilicium ſemper geſtavit abſconditum; diraque quotidie verberum laceratione corpus excrucians, ad extinguendos pariter illius æſtus, ac Dominicæ Paſſionis dolores in ſe excitandos, nudus inter vepres, ac dumeta volutabatur. In fluctibus perſecutionum tum exterorum, tum propinquorum, ſemper permanſit

immobilis. Orationem uſque ad ſextam, & octavam horam quotidie produxit: ſępiſſimè futuros rerum eventus, ac præſertim Pontificatum Gregorii XIII. prenunciavit, pleraque in Dei nomine miracula perpetravit. Porrò vir iſte piiſſimus, cùm illa prima noſtræ Religionis tempora, quæ ſub Matthęo à *Baſcio*, & Bernardino Aſtenſi confluxerunt, propriis oculis conſpexiſſet, omnia amplà rerum narratione, juſſu P. Hieronymi à Monteflorum tunc Generalis Miniſtri, ingenti volumine eſt complexus, cui hunc affixit Titulum Italico Idiomate:

*Hiſtoria della Congregatione de' Frati Minori Capucini, della ſua origine, e progreſſo*. Tom. 1. in fol. Obiit feliciſſimè in noſtro Cęnobio Aquęſpartæ in Vmbria, fideliſque, ac ſtrenui Operarii mercedem accepit à Domino anno 1594. ętatis ſuę 81. Ejus corpus Dux Aquæſpartæ aromatibus condiri juſſit, illudque in ſua Montiſcopii Eccleſia ſarcophago incluſum ſepeliri impetravit, ubi etiamnum ſepultum jacet. Ipſius vitam fuſiùs ſcribit Boverius. Tom. 2. Annal.

BERNARDINVS HVNGARVS, Provinciæ Romanæ alumnus, vir apprimè humilis, ac ſtrenuus Chriſti Operarius; cùm in Regno Loangi in Æthiopia Miſſione inſtituta ſatis copioſam Barbarorum meſſem in horrea Eccleſiæ intuliſſet, per incredibilem malorum patientiam, Regemque ipſum cum uxore ſua Sacri Baptiſmatis undis abluiſſet, novis peregrinationibus per aſpera illius Regionis ſalvandarum animarum cauſa aſſumptis, redux in eandem Civitatem Loangi, poſt Miſſæ ſacrificium devotiſſimè celebratum, exultabundus quòd in Sancta Miſſione moreretur, placidiſſimè è vita ſublatus eſt anno 1664. die 18. Iunii. Deſcripſit:

*Hiſtoriam ſuæ peregrinationis, & Miſſionis; addita relatione; De moribus Incolarum Regni Loangi*.

BERNARDINVS A' MONTEVLMO, natione Italus, Provinciæ Picenæ Concionator, vir ſapientia, ac ſingulari vitę perfectione ſublimis. Hic ab adoleſcentia in omni bonarum litterarum, ac pietatis exercitamento nutritus, in Minorum Conventualium Ordinem aſſumptus; eam doctrinæ laudem, præſertim in via Scoti eſt adeptus, ut Scoti anima paſſim nuncupatus, in ſummis, ac Illuſtrioribus Academiis ad Publici Theologiæ Profeſſoris munus deligeretur. Hinc majoris perfectionis zelo commotus, ad noſtram Capucinorum Congregationem ſe contulit anno 1538. in qua mira vitæ auſteritate, aſſiduę orationis ſtudio, & ſplendidiſſima obſervantię luce inter alios emicans, cęleſtem quandam vitæ ſpeciem inter homines retulit. Incredibiles penè fuit ejus fervor in prædicando, eo præſertim tempore, quando corruptiſſimi hominum mores paſſim in Chriſtiano orbe graſſabantur. Nam, cùm plurimę tunc Italię Vrbes propter bellorum tumultus, & exterarum Nationum colluviem malo Hæreſum ſemine eſſent imbutæ, omnem

in

in iis expurgandis, tum in publicis concionibus, tum in privatis colloquiis laborem, ac ſtudium contulit; ita ut innumeris utriuſque ſexus extiterit cauſa ſalutis, & non exiguam ſibi apud omnes doctrinæ, ac ſanctimoniæ famam comparaverit. Porrò Bernardinus ſubtili ingenio confecit.

*Commentaria ſuper 4. libros Sententiarum juxta mentem Scoti*, quæ cum multis aliis ejus doctiſſimis elucubrationibus tam Philoſophicis, quàm Theologicis edax tempus nobis ſubripuit. Obiit anno 1565. in noſtro Conventu Maceratenſi ætatis ſuę 73. Religionis 54. ejuſque geſta deſcribuntur à Boverio Tom. 1. Annal. Capuc. ad annum datum.

BERNARDINVS PALLADIVS, natione Italus, Patria Aſtenſis, Religionis noſtræ ſecundus Generalis. Hic illuſtri Genere natus, ab adoleſcentia ad veram ſpiritus nobilitatem à Domino vocatus, anno ętatis ſuæ 16. in Fratrum Minorum de Obſervantia familiam adſcribi voluit: in qua Deo ſtrenuè militans, tantum in regularis diſciplinæ, ac cęterarum virtutum ſtudio profecit, ut inter præcipuos illius Religionis Patres doctrina, prudentia, ac vitæ ſanctitate celebres meritò fuerit cooptatus. Vir fuit admodum eruditus, ac eloquentia magna præditus, eaq; de cauſa plurimum in Ordine valens exiſtimatione, ſæpè Romanæ Provinciæ Miniſtri Provincialis, ac tandem in Romana Curia Procuratoris Generalis onus ſubivit. Quo tempore vna cum multis aliis ex Fratribus de Obſervantia, iiſque illuſtrioribus, ad Religionem noſtram advolavit; indeque altero poſt ipſius ingreſſum anno peracto, qui fuit 1535. Romam ad Comitia Generalia vocatus, nemine diſcrepante, omnium votis naſcentis Congregationis ſecundus Generalis fuit electus; eoque in munere tanta prudentiæ laude, tanta animi conſtantia, tamque pręclaris vitę exemplis excelluit, ut nominis immortalitatem, ac perpetuę gloriæ memoriam ſua virtute, ac rebus ſapientiſſimè geſtis, fuerit adeptus. Adfuit Concilio Generali in Tridentina Vrbe à Pontifice indicto, in quo propter ſingularem ejus vitę ſanctitatem, doctrinæ gravitatem, ac conſilii prudentiam, magnam apud illius Synodi Patres habuit auctoritatem, teſte Antonio Poſſevino in Apparatu ſuo litt. B. Nonnulla ſcripſit Opuſcula, eaque ſunt:

*Volumen unicum Orationum Spiritualium*. Mediolani apud Antonium Caſtilioneum 1535. & Genuę apud Antonium Bellonum 1557.

*Epiſtola graviſſima ad Religionis noſtræ Fratres*.

*Iudicium de Minoritani pallii uſu*.

Generalatus officio ter repetito, in Romano Conventu Theologiam expoſuit, ibique poſt triennium ſupremo morbo correptus, in oratione ſpiritum Deo reddidit, annos natus 69. quarto idus Maii, anno reparatæ ſalutis 1554. ejuſque ſanctitas tam in vita, quàm poſt mortem multis, maximiſque fuit illuſtrata miraculis.

Hujus præclariſſimi viri, præter

Poſſevinum ſupracitatum, etiam honorificè meminerunt Rodulphus Toſſinianus Epiſcop. Senogall. in Hiſtoria Seraphica, Vvillotus in Athenis Orthodoxis, Vvaddingus de Scriptoribus Franciſcanis, Gonzaga lib. de Origine Seraphicæ Religionis, Marcus Vlyſſiponenſis part. 3 Chron. FF. Minorum lib. 9. cap. 15. Baretius 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 57. Manipulus FF. Minorum cap. 7. Regulæ Franciſcanæ, Appendix ad Galliam Chriſtianiſſimam in Generalibus Capucinorum, Ioannes Baptiſta à Peruſio in Præludio ad vitam B. Felicis, Tilmanſius Tom. 1. Vitarum Sanctorum Seraphici Ordinis, Gravina in Voce Turturis part. 2. cap. 24. Moncada. Tom. 1. Virorum illuſtrium, Torreçilla in Speculo Seraphicæ Religionis, ubi de Capucinis, Martyrologium Franciſcanum die 12. Maii, & fuſiùs omnibus Boverius. Tom. 1. Annal. Capucinorum ad annum 1554.

BERNARDINVS PARISINVS, natione Gallus, alumnus Provinciæ Pariſienſis, verbi Dei Declamator ſatis notus, Magiſter Novitiorum, ac Monialium Capucinarum in eadem Vrbe Confeſſarius, & Director: vir devotus, ac religioſis moribus nitens: orationi aſſiduus, atque in evolvendis libris ſacris intentus; Plura ſcripſit Opuſcula Religioſis omnibus utilia, præſertim Capucinis, illaque Idiomate Gallico evulgavit; & ſunt:

*L'Eſprit de S. Francois formè ſur celuy de IESVS Chriſt, ou ſes Enfans ſont inſtruicts des voyes, qu'ils doivent tenir pour concevoir le primier eſprit de leur Saint Perè, le conſerven en ſa puretè.* Tom. 1. in 4. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1660.

*Le Religieux Interieur diviſè in trois Parties*, Tom. 1. in 12. Ibidem apud eundem 1661.

*La Iournèe Interieur du Religieux.* Tom. 1. in 12. Ibidem 1660.

*L'Eſprit de la Mendicitè Evangelique, ou les Entretiens celeſtes, & familieres des Enfans de S. Francois, avec une conduite pour la Confeſſion, & Cõmunion.* Ibidem 1662. Tom. 1. in 8.

*La Cõmunion de la Mere de Dieu MARIE Vierge recevant le corps de ſon propre Fils en l'Euchariſtie dediee a la Reyne de France.* Tom. 1. in 8 Ibidem 1672. Scripſit etiam

*Tractatum De Communione Chriſti IESV in Cœnaculo*, in quo probat Chriſtum corpus ſuum proprium in Sacramento ſumpſiſſe, ut daret regulam præparationis ad Euchariſtiam. Tom. 1. in 8. Ibidem apud eundem Thierry 1658.

*De Cœleſti amore Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, dum in terris viveret.* Tom. 1. in 8. Ibidem 1659.

*De Sanctitate Sacerdotum.* Tom. 1. in 8. Ibidem 1675.

*De Vita interiori Filiorum Sancti Franciſci.* Tom. 1. in 8. Ibidem 1677.

*Inſtructiones pro Miſſionariis.* Tom. 1. in 8. Ibidem 1677.

*Regulæ Interiores.* Ibidem Tom. 1. in 8. 1677.

Mo-

*Moniales in ſuo Clauſtro*. Tom. 1. in 8. Ibidem 1677.

*Vita pœnitens Domini noſtri IESV Chriſti* 1679. Tom. 1. in 8. & alia plura, quæ adhuc me latent.

BERNARDINVS PICTAVIENSIS, Gallus, Provinciæ Turoniæ Concionator, & Miſſionarius Apoſtolicus; vir in divinis litteris, ac in Fidei Controverſiis inſigniter verſatus, qui ſæpiùs pro domo Dei ſe murum objiciens, multa opportunè ſcripſit contra Novatores, eoſque fortiter, & variè exagitavit; Edidit Gallico Idiomate:

*Theſes Royales adreſſèes a Meſſieurs de la Religion pretenduè Reformèe*. Pictavii apud Ioannem Fleuriau 1660. in 8.

BERNARDINVS A' RHEGIO Calabriæ Civitate, ob ingenii excellentiam, & perſpicacitatem Georgius appellatus. Hic, dum adhuc inter Patres de Obſervantia moraretur, eam ſibi divinarum litterarum præſtantiam eſt aſſecutus; ut ſumma cum ejus doctrinæ laude à Facultate Pariſienſi ſacram Doctoratus lauream acceperit. Græci ſermonis fuit peritiſſimus, plureſque Sanctorum libros illius Idiomatis eſt interpretatus tanta facilitate, ut Græcus natus videretur. Mirabilis erat huic viro ad ſummas, & difficillimas diſciplinas capeſsēdas promptitudo, & in Scoti doctrina, ſubtilitatibus, diſtinctionibus, ac argutiis ſummè verſatus, maximam in iis explicandis admirationem auditoribus excitabat. Quò fiebat, ut qui ſemel cum eo congreſſi eſſent, illius deinceps ingenium pertimeſcerent. Cùmque animum aſſiduè ad divinam ſapientiam, ac pietatem transferret; regularemque obſervantiam puriorem deſideraret, conſilio cum Fr. Ludovico Rhegino ejus amico, & ſocio cariſſimo inito, ad Congregationem noſtram ſimul cum ipſo confugit anno 1532. ubi tanta vitæ auſteritate, tanto paupertatis ſtudio, ac ceteris religioſæ vitæ diſciplinæ virtutibus coruſcavit, ut reliquos ſui exemplo ad perfectæ obſervantiæ formam inſtrueret. Fuit etiam eximius Concionator, ſuaque vi dicendi, & facundia corda audientium ita penetrabat, ut unanimes ad pœnitentiam mouerentur, magnumque exindè animarum ſequeretur emolumentum. Præter publicas Philoſophicas, ac Theologicas elucubrationes, alia plura doctiſſimè ſcripſit, inter quæ, ut notat Vvaddingus, extant adhuc:

*Commentaria doctiſſima in Librū primum Scripti Oxonienſis in tria Volumina diſtributa*.

Gratus Deo, & hominibus inter Crucifixi oſcula, & Angelorum concentus, volavit ad aſtra in noſtro Conventu Rhegii in Calabria anno 1536. ætatis ſuæ ſexageſimo ſupra nonum expleto duodecimo Kal. Ianuarii circa 4. Dominicam Adventus. Ejus vita inſerta eſt Tom. 1. Annalium Capucinorum ad annum prædictum; & de illo meminerunt Gonzaga par. 2. Originis Seraphicæ Religionis in Conventu Rhegienſi, qui eſt primus in Provincia ſeptem BB. Martyrum Ordinis Minorum: Vvad-

Vvaddingus Tom.8. Annal. FF. Minorum, & De Script. Franciſcanis: Vvillotus in Athenis Orthodoxis, verbo Bernardinus: Gravina in Voce Turturis par. 2. cap. 24. Romæus lib. de ſeptem Protectoribus Vrbis Neapolitanæ: Proſper Pariſius in Deſcriptione Calabriæ, ubi de viris illuſtribus: Marcus Vlyſſiponenſis tertia par. Chronic. FF. Minorum, & Martyrologium Franciſcanum ad diem 21. Decembris.

BERNARDINVS A' RVPE, natione Italus, alumnus Provinciæ Picenæ ex Nobiliſſima Vrſinorum Familia. Hic, more ſuorum Progenitorum, in ipſo adoleſcentiæ flore armis ſe totum devovit; & profectus in Belgium ſub Alexandro Farneſio Duce Parmenſi, deinde in Galliam ſub Sfondrato Eccleſiaſticæ militiæ Generali illuc miſſo, ut perduelles Hereticos frangeret, tandem ſub eodem Anteſignano in Patriam reverſus, atq; ibidem Dux Cohortis conſtitutus, in hoc munere obeundo decus ſibi inſigne conciliavit. Cęleſti demum luce irradiante, hujus Mundi tædio affectus, divitiis omnibus, ac honoribus ſpretis, pauperem, & deſpectam ſibi vitam in Religione Capucinorum delegit anno ætatis ſuæ 36. Inter quos eximio fervore Novitiatum auſpicatus, & ad profeſſionem admiſſus, adeò in omnium virtutum ſtudio profecit, quòd perfecti, & illibati Seraphicæ Regulæ ſectatoris in ſeipſo typum exprimeret. Singulari affectu Sacratiſſimam Cęlorum Reginam eſt proſecutus, nec unquam, quoad vixit, à piis ejus obſequiis ſe ſe detraxit. In ipſius honorem ſcripſit Opuſculum valdè pium, in quo agit:

*De Patrocinio ejuſdem Beatiſſimę Virginis, additis variis precationibus devotiſſimis, ſuavique erga Deiparam affectu repletis*. Fuit impreſſum Maceratæ, & pluries Venetiis ſuppreſſo ejus nomine. Obiit in noſtro Conventu Maceratenſi anno 1621. ætatis ſuæ 63. Ejus vita deſcribitur à Matiſconenſi Tom. 3. Annal. Capuc. ad eundem annum.

BERNARDVS AVXIMIENSIS, natione Italus, Provinciæ Marchiæ alumnus, vir ob præclaram vitę ſanctimoniam venerabilis, & ob eximiam ejus prudentiam, doctrinam, ſeveram regularis diſciplinæ obſervantiam, ac ingentes animi ſui dotes; non ſolùm apud gregarios homines, verùm apud Reges ipſos admirabilis. Hic anno 1586. ſecundus Provincialis Provincię Pariſienſis electus fuit, & anno ſequenti die 4. Septembris P. Angelum Ioyoſæum ad habitum Seraphicum admiſit, & maxima charitate in ſuo Regimine enituit. Scripſit, ſicut habemus ex relatis:

*Tractatum de Paſſione Domini in varias meditationes per hebdomadam diſtributum*. Fuit impreſſus Venetiis anno 1589. ſub nomine cujuſdam ſervi Dei. Obiit devotiſſimè in noſtro Cęnobio Anconitano 1591. cùm redux eſſet ex Gallia in ſuam Provinciam Marchiæ ætatis ſuæ 64. illiuſque corpus diù poſt mortem repertum eſt abſque ulla lęſione, aut corruptione fragrantiſſimum

mum redolens odorem. Agunt de eo Iacobus Brouſſeus Doctor Theologus Pariſienſis cap. 4. vitæ Fr. Angeli Ioyoſęi, & cap. 15. vitę Fr. Benedicti à Canfridio: Martyrologium Franciſcanum die 28. Maii, & Boverius Tom. 2. Annal. Capuc. qui ejus vitam deſcripſit ad annum 1591.

BERNARDVS ÆMILIANVS, natione Italus, Patria Piſaurienſis, Provinciæ Picenæ alumnus, vir affabilis, benignus, candidis moribus, egregiè doctus, eloquentia magna præditus, divini verbi declamatione per totam Italiam ſatis famoſus; Edidit:

*Concionem de Laudibus S. Geminiani Epiſcopi, Protectoris Civitatis Mutinæ ab ipſo habitam in Eccleſia Cathedrali ejuſdem Vrbis in ejus aie feſto.* Mutinæ apud Impreſſores Ducales anno 1671.

BERNARDVS LANTERIVS, natione Italus, Patria à Portu Mauritio, Provinciæ Genuenſis alumnus, vir religioſis moribus venuſtus, eloquii ſuavitate compoſitus, & fervidus divini verbi Declamator. Hic in ſæculo Doctoratus laurea inſignitus, ac in utroque Iure peritiſſimus, anno ætatis ſuæ 24. cœleſti ſpiritu afflatus, & deſiderio perfectionis incenſus, habitum Seraphicum induit in noſtro Cęnobio S. Barnabæ anno 1581. ubi poſt emiſſa vota ſolemnia, cùm in dies magis, magiſque perfectionis omnigenæ prębere exempla, atque in oculis Patrum prudentia ſimul, ac regularis Inſtituti exacta obſervantia clarus effulgeret, ad Magiſterium Novitiorum deputatus, plurimos ſuæ virtutis alumnos, ſuique imitatores effecit. Deinde in Galliam Subalpinã ad Miſſiones in partibus Hereticorum deſtinatus, in ipſis per aliquot annos ſemper indefeſſus, nunc concionando, & diſputando, nunc pro viribus congrua utrique homini, & interiori, & exteriori ſubſidia ſubminiſtrando, ſtantes roboravit, vacillantes confirmavit, lapſos reduxit, & veluti Apoſtolicus Nauclerus, multos utriuſque ſexus ad tutam Catholicæ Fidei ſtationem perduxit. Aliqua ſcripſit Opuſcula, pręſertim ad Miſſiones ſpectantia, quæ noſtrorum incuria perierunt; ſolummodò extant:

*Expoſitio devotiſſima ſuper Pſalmum 44. Eructavit cor meum &c.* quę habetur M. S. in noſtra Bibliotheca Portus Mauritii, &

*Conſtitutiones, Regulæ, & Canones pro bono Regimine cujuſdam Congregationis ab illo erectæ, & inſtitutæ contra Hæreticos in Oppido Cadralio, quæ ad hanc uſque diem, non ſine magno animarum fructu, & Eccleſiæ Catholicæ honore perſeverat.* Alia ejus geſta, & labores in Miſſionibus latè deſcribuntur à P. Mathia à Caballo-Majori in ſuo Rationario Chronographico Miſſionis Evangelicę. Tom. 2. Obiit Genuę in Conventu Immaculatę Conceptionis anno 1614. ętatis ſuę 58. magno ſui deſiderio omnibus relicto.

BERNARDVS PARISINVS Gallus, Pariſienſis Provinciæ filius, vir apprimè doctus, in Sacris Scriptu-

tu-

turis, Sanctorumque Patrum lectione abundè verſatus, & aſſiduus: qui Miſſionarii Apoſtolici munus Aleppii, Conſtantinopoli, & Paleſtinæ per plures annos exercuit non ſine magno, ac uberrimo animarum lucro; Elaboravit, ac imprimi fecit lib.4. ſub Titulo:

*Vocabularium Italicum, & Arabicum pro uſu Miſſionariorum*. Romæ ex Typographia Sacr. Congreg. De Propaganda Fide anno 1665.

BERNARDVS ROBERTI, natione Italus, Patria à Crypta-Minervæ in Regno Neapolitano; vir probus, providus, ac prudens, in Theologica ſcientia admodum eruditus, Concionator diſertus, ac ſatis famoſus: qui etiam ad ſuæ Provinciæ Neapolitanæ Miniſterium evectus, non vulgarem de ſe optimi, ac piiſſimi Prȩſulis famam reliquit. Suum erga Beatiſſimam Virginem MARIAM Dei Genitricem affectú, & obſervantiam ſingularem, debita pietate, tam apud vivos, quàm apud poſteros, teſtatam reliquit; ſcribendo, ac Typis mandando Opus devotiſſimum in ejus honorem ſub hac Epigraphe:

*Itinerarium animæ ad Palmam Virgineam continentem ſeptuaginta duos ramuſculos juxta numerum annorum ejuſdem Sacratiſſimæ Virginis MARIÆ*. Tom. 1. in fol. Neapoli apud Octavium Beltramum anno 1647. De hoc Auctore meninerunt Hyppolitus Maraccius lib. de Scriptoribus Marianis, Vvaddingus lib. de Scriptorib. Franciſcanis, & Nicolaus Toppius in ſua Bibliotheca Neapolitana.

BERNARDVS MARIA GIOFFIVS Neapolitanus; hic in diſciplinis Philoſophicis, atque Theologicis optimè excultus, Concionatoris ferventioris ſpiritus nomen ſortitus, Miſſionarii Apoſtolici in Georgia per plures annos munus obivit, & aliquando ſuæ Neapolitanæ Provinciæ Regimini admotus, & noſtris præfuit, & exteris profuit. Scripſit Italicè teſte Nicolao Toppio:

*Narrationem ſui itineris in Regionem Georgiæ*. Tom. 1. in 4.

BONAGRATIA HABSENSIS, natione Alſata, Provinciæ Anterioris Auſtriæ alumnus, Sac. Theologiæ profeſſor, ſuæ Provinciæ Diffinitor, ac in divinis litteris eruditus, longaque temporis exercitatione peritus: qui ſermonum Declamator fervidus, etiam in Miſſionibus in partibus Hȩreticorum pro Fide Catholica ſtabilienda, ac propaganda plurimùm inſudavit; &, quòd erat Evangelici ſui muneris, ſedulò præſtare ſtuduit. Elaboravit, ac Typis ſubmiſit latinè:

*Summam Selectarum Quæſtionum Regularium in ſpecialem FF. Minorum Capucinorum uſum*. Friburgi in Briſgovia anno 1665. Tom. 1. in 8. Quæ poſtea ab eodem Auctore locupletata particularibus Ordinis Deciſionibus, aliiſque Reſolutionibus novis quamplurimis, impreſſa eſt Coloniæ apud Ioannem Buſæum anno 1667. & Lugduni apud Arnaud, & Bordè anno 1671.

Evulgavit etiam, ac imprimi fecit

in

in 16. Compendiolum earundem Quæſtionum, cui hunc appoſuit Titulum:

*Breviculus Selectarum Quæſtionum Regularium*. Coloniæ anno 1668. Compoſuit inſuper, ac Typis dedit:

*Elucidationem quarundam Quæſtionum, & locorum Theologicorum De Sacramentis, in quibus S. Bonaventura Doctor Seraphicus à quibuſdam Doctoribus graviori cenſura perſtringitur*. Coloniæ 1659. in 8.

*Diſceptationem de Matrimoniis Hæreticorum*. Ibidem 1669.

*Libros duos Quæſtionum, in quibus quæritur cauſa: Cur hodie multi Religioſi à Religione Catholica deficiant?* Coloniæ 1660. Tom. 1. in 8.

BONAVENTVRA DE ANTIQVERA, natione Hiſpanus, Provinciæ Beticę Diffinitor, ac Sacræ Theologię profeſſor; vir doctrina, ac concionandi munere illuſtris; edidit Patrio Idiomate, ac imprimi permiſit:

*Sermonem de Seraphico P. N. S. Franciſco ab eo habitum in noſtro Capitulo Provinciali Provinciæ Andaluſiæ di 9. Octobris* 1670. Prodiit Secalę de Luz apud Matthęum Lopez eodem anno in 4.

BONAVENTVRA ARAGONIVS Neapolitanus, ex pręclariſſima Aragoniæ, & Ajarbè Familia, ejuſdem Provincię Concionator, profundę doctrinę Theologus, pręlis ſubmiſit Italicè:

*Oratione fatta dopo la proceſſione per rendimento di gratie alla Maeſtà Divina nella Vittoria conſeguita dall' Eccellentiſſimo Sig. D. Fabritio Caraffa Principe della Rocella contro l' Armata Turcheſca à 9. di Settembre l'anno* 1594. Neapoli apud Io: Iacobum Carlinum, & Antonium Paci anno 1596. Ex Nicolao Toppio in ſua Bibliotheca.

BONAVENTVRA BELLOMONTANVS, Provincię Gallo-Belgicę, ſive Valloniæ Concionator, Sacræ Theologię Profeſſor, ac Diffinitor; vir fęcundi ingenii, ac in Poetica facultate verſatus: in quo cum præclaris naturæ dotibus Religioſæ virtutes emicant. Deſcripſit Carmine Heroico in duodecim libros:

*Vitam Domini noſtri IESV Chriſti*.

BONAVENTVRA CARPENTORATENSIS, natione Gallus, Provincię S. Ludovici Concionator, qui pluriès apud noſtros Theologicas Facultates maxima cum ingenii, ac doctrinę laude expoſuit, religioſique hominis virtutès cum ſumma eruditione conjunxit. Confecit, ac Typis commiſit:

*Compendium Controverſiarum Cardinalis Bellarmini*. Tom. 1. in 4. Arelate apud Franciſcum Sminer anno 1653.

BONAVENTVRA CASALENSIS, natione Italus, Provincię Genuenſis Concionator, Sacrę Theologiæ profeſſor, ac Miniſter Provincialis; vir ob ejus ſingularem prudentiam, & animi magnitudinem in ſua Provincia ſatis notus: ſapientię, ac pietatis laude conſpicuus, obſervantiæ regularis propagandæ, at-

I que

que tuendæ zelo fervidus, ſalutis animarum ſtudio deditus, adeò ut in declamandis ad Populum concionibus feliciſſimum habuerit nomen, & omen. Plura ſcripſit ad uſum Concionatorum, eaque valdè utilia, & ſunt:

*Conceptus Prædicabiles pro tempore Quadrageſimali.* Tom. 8. in 4.

*Sylva Conceptuum Prædicabilium pro tempore Adventus.* Tom. 4. in 4.

*Sylva Conceptuum Prædicabilium pro Dominicis totius anni.* Tom. 6. in 4.

*Sylva Conceptuum Prædicabilium pro Feſtivitatibus Sanctorum per annum occurrentibus.* Tom. 5. in 4. Habentur M. S. in noſtra Bibliotheca Genuenſi. Bonis operibus dives, ac plenus dierum deceſſit Genuæ anno ſalutis 1641. & in noſtra Eccleſia Immaculatæ Conceptionis ſepultus, ibi tubam magni diei expectat.

BONAVENTURA DE CATANZARO, Civitate Calabriæ, ex nobiliſſima Familia Aragoniæ, & Ajerbę, Provinciæ Rhegii Miniſter Provincialis, ac in variis Provinciis Italię, Hiſpaniæ, & Galliæ Commiſſarius Generalis: qui in rebus agendis ſapientię, ac prudentiæ lumine clarus, multiplici etiam eruditione, & pietate magnam ſibi laudem apud omnes comparavit. Multa ſcripſit *Theologica, & Poſitiva* ex Gualterio; ea tamen Typis mandata non vidimus.

BONAVENTURA LINGONIENSIS, natione Gallus, Provinciæ Lugdunenſis alumnus, vir doctus, ac perſpicacioris intellectus ſubtilitate pollens: qui Theologicas Diſciplinas per plures annos in ſua Provincia ſecundùm mentem D. Bonaventuræ Doctoris Seraphici feliciſſimè expoſuit; & expeditiori ſermocinatione excellens, ardens, & efficax in concionando, vehemens pariter fuit in ſuadendo, & diſputando; magno ſtudio confecit integrum Curſum Theologicum in tres Tomos in folio diſtributum ſub hoc Titulo:

*Bonaventura Bonaventuræ; ſcilicet, Bonaventura, & Thomas: ſive Summa Theologica ex omnibus ferè Sanctorum Thomæ, & Bonaventuræ placitis concinnata: inter quos, ſi aliquando videatur eſſe diſſenſio, aut benigna explicatione componitur, aut problematica diſputatione ventilatur, difficultateſque omnes in Scholis, ut plurimùm agitari ſolitæ, de mente illorum Sanctorum reſolvuntur.* Prodiit Lugduni ſumptibus Laurentii Aniſſon 1653. Scripſit etiam.

*Integrum Curſum Philoſophicum ſecundùm mentem ejuſdem Doctoris Seraphici.* Ita teſtatur idemmet Auctor in fine diviſionis, quam porrigit de Sacra Theologia in primo Tomo.

BONAVENTURA LINGONIENSIS alter, Gallus, Provincię Campaniæ Concionator, vir in divinis litteris eruditus, in declamandis concionibus ſpectabilis, necnon vita, & converſatione laudabilis, poſteris tranſmiſit Volumen Concio-

cionum ſub Titulo:

*Paradiſus Temporis &c.*

BONAVENTVRA MONCADA, natione Hiſpanus, Provinciæ Valentinæ alumnus; vir virtutis emeritę, ac præclaris naturæ, & gratiæ dotibus exornatus, magna ingenii felicitate præditus; ita ut nihil invium fuerit ejus ſpiritui. Hunc, cùm Theologus in ipſo adoleſcentiæ flore inſignis evaſiſſet, Patres ſuæ Provinciæ Philoſophię, ac Theologiæ Prælectorem inſtituerunt; & paulò poſt ad Diffinitoratus, ac Provincialatus munus omnium calculis aſſumptum, in omnibus ita ſe geſſit, ut exemplo, & doctrina plures ad ſcientiæ apicem evexerit, & ad cultum inclytę pietatis inſtruxerit. Scripſit, & edidit.

*Sermonem de B. Thereſia Virgine.* Valentiæ 1623.

*Sermonem alterum de B. Iſidoro Agricola.* Ibidem 1623.

Fatis ceſſit in noſtro Cænobio Murcienſi anno 1627. ſuæ ętatis 46. & non vulgare poſt ſe perfecti viri nomen reliquit.

BONAVENTVRA A' MONTEREGALI, natione Italus, Provinciæ S. Franciſci Concionator; vir omnigena prudentiæ, doctrinæ, ac virtutum merce inſtructus: qui ſuam Provinciam per ſex annorum ſpatiū maximo cum Regularis obſervantię incremento ſolicitè adminiſtravit. Prælectoris Generalis Neapoli onus ſuſtinuit, ſæpè Commiſſarii, ac Viſitatoris Generalis, ac tandem in Romana Curia Procuratoris magna cum laude munus obivit. Scripſit:

*Commentaria Paraphraſtica in Pſalmos.* Aſſervatur originale in noſtra Bibliotheca Conventus Fulginii. Obiit ſancto fine in eodem Cænobio anno 1604. & de eo meminit Boverius Tom. 2. Annal. Capuc. pag. 750. §. 59. Qui addit illum Sixto V. Pontifici Maximo ægrotanti vitę ſuę occaſum prænunciaſſe, atque opportunè animam agenti ſuprema exolviſſe.

BONAVENTVRA AB OCCIMIANO, natione Italus, Provinciæ Genuenſis Concionator, Sacræ Theologiæ profeſſor, ac pluries Diffinitor; vir æquè doctus, & prudens, nec non Regularis diſciplinæ integerrimus zelator: qui pietatis operibus ſemper inhærendo, ſeipſum bonorum operum exemplar, tam Fratribus, quàm ſæcularibus exhibuit. Varia ſcripſit Opuſcula, quæ tamen M. S. reliquit. Ea ſunt:

*Tractatus de Portione Canonica, & Quarta funerali.*

*Reſponſiones ad nonnulla quæſita propoſita occaſione ſepulturæ electæ in Eccleſia Regularium.*

*Reſolutiones aliquarum Quæſtionum, ſeu Difficultatum circa munera, & largitiones, quæ à Regularibus fiunt tam ſæcularibus, quàm inter ipſos Regulares, non ſervatis Conſtitutionum conditionibus Clementis VIII. & Vrbani pariter VIII. De Largitione Munerum.* Habentur in noſtra Bibliotheca Genuenſi. Obiit Genuæ in Conventu Immaculatæ Conceptionis anno 1675. ætatis ſuæ 89. Religionis 69. ſeptimo Kalendas Auguſti.

BONAVENTVRA A' RECINETO, Picenæ Provinciæ alumnus, in Romana Curia Procurator Generalis, & totius Ordinis Diffinitor: vir ob inculpatæ vitæ innocentiam, inſignem doctrinam, religioſam prudentiam, plenaque decoris, ac candoris conſilia, non modò S. R. E. Prælatis, ac Purpuratis Patribus carus, ſed etiam ipſiſmet Summis Pontificibus, præſertim Clementi X. admodum familiaris: à quo Sacri Palatii Apoſtolici Concionator anno 1673. inſtitutus, & in hoc munere ſub Innocentio XI. adhuc perſeverans, adeò in perorando, ac dicendi genere excelluit, ut vulgare ſit apud Auditores illum Prophetæ, & Apoſtoli nomine virum efficaciſſimum appellare. Nec mirum, cum illi præſto ſint ad opus miniſterii eruditiſſimè, ac fructuoſiſſimè peragendum perpulchra eloquentiæ facies, ſtatus rectus, os decorum, ac canitie venerabile, canora vox, dicendi gravitas, ac ceterarum virtutum ornamenta, quę in viris Apoſtolicis maximè expetuntur. Pręlo ſubjiciendas permittit, opera, & hortatu A. R. P. Franciſci Marcheſii Sacri Oratorii in Vrbe Presbyteri, viri eruditiſſimi, ac ſibi intima familiaritate conjunctiſſimi, penès quem extant:

*Conciones Adventus, & Quadrageſimæ, quas per 16. annorum decurſum habuit in Palatio Apoſtolico coràm Summo Pontifice, & Sacro Cardinalium Collegio.*

BONAVENTVRA A' RHEGIO, Civitate Calabrię, Picenæ Provincię Vicarius Provincialis, ac in Romana Curia totius noſtrę Congregationis Procurator Generalis. Hic ex Ordine FF. Minorum Conventualium anno ętatis ſuę 29. ad Capucinos migravit: inter quos, veluti hortulus Domini Evangelicis floribus exornatus, omnium in ſeipſo virtutum odoramenta collegit. Ferventiſſimo charitatis zelo munus Concionatoris exercuit, ſalutemque animarum ardentiſſimè ſitiens, cunctos ſuis ſermonibus lucrari, cunctos ſalvos facere, pro cunctis mundo, & hominibus anathema eſſe deſideravit. Eapropter tanto ſpiritus fervore evangelicum verbum eructabat, quòd ſępiùs prę audientium gemitibus, & lacrymoſis clamoribus ex ingenti peccatorum luctu erumpentibus, vix illius vox inter prædicandum exaudiri poſſet. Hinc factum eſt, ut penè innumeros ad pęnitentiam provocaverit, provocatos pęnitentes charitativè exceperit, in viam tutiorem direxerit, & directos à vinculis criminum abſolutos dimiſerit. Plurimas per Nobiliores Italię Civitates Sodalitates inſtituit, Confraternitates erexit, Orationemque 40. Horarum iam à P. Ioſepho Ferrnenſi inſtitutam plurimùm ſua prædicatione illuſtravit. Scripſit, & poſteris reliquit Opuſculum ſub Titulo:

*Methodus celebrandi cum fructu Orationem 40. Horarum, præſertim tempore Quadrageſimæ.* Deſcripſit etiam

*Vitam Fr. Bonaventuræ Rhegini, viri maximæ ſanctitatis, multaque alia*

*alia monumenta Theologica poſteris reliquit*. Hæc ex Paulo Gualterio in Hiſtoria Sacra Calabriæ.

Vitæ ſuæ curſum devotiſſimè conſummavit in Civitate Senogallienſi anno 1572. fermè ſexagenarius, ejuſque corpus toto Senogallienſium Clero, ac Regularium Ordinibus ad funus confluentibus, Scapetianum magna cum totius Populi devotione delatum, ſexto poſt ipſius obitum anno, integrum, & incorruptum repertum, ſpiritum apud Deum vivere, ac cęleſti corona gaudere, non obſcurè nobis ſignificat. Ejus geſta deſcribuntur à Boverio Tom. I. Annal. Capucinorum ad annum notatum, illiuſque meminit Martyrologium Franciſcanum ad diem 7. Septembris.

BONAVENTVRA SPECHAERT, natione Belga, Patria Bruxellenſis, Provinciæ Flandriæ Concionator, vir admodum devotus, religioſa pietate venerabilis, & omni præditus decore virtutum; Scripſit Idiomate Belgico Opuſculum mira devotione refertum ſub Titulo:

*Speculum Patientiæ Domini Noſtri IESV Chriſti*. Tom. I. in 8. Prodiit Antuerpiæ apud Ioannem Combaert anno 1632. De eo meminerunt Vvadingus lib. de Script. Franciſcanis, & Valerius Andreas Veſſallius in Bibliotheca Belgica.

BONAVENTVRA VRBEVETANVS, natione Italus, Provinciæ Romanæ alumnus, Caroli Cartarii Advocatorum Conciſtorialium in Vrbe Decani patruus, Iuris utriuſque Doctor; ſub nomine Rutilii Cartarii, quo audiebat in ſæculo, Edidit:

*Conſilia varia Legalia, & in Iure Canonico*. Ex Bibliotheca Aproſiana.

BONAVENTVRA ZAMPIZONVS, natione Italus, Patria Parmenſis, Bononienſis Provinciæ Concionator, ac Magiſter Novitiorum; vir devotiſſimus, totus ad obſervantiam Regulę Seraphicæ applicitus, ad virtutum ſtudium compoſitus, divinis meditationibus aſſiduus, ſed potiſſimùm pietate, ac religione erga Beatiſſimam Dei Genitricem Virginem MARIAM maximè celebris. Tanta fuit apud omnes in opinione ſanctitatis, ut, ſicut ad ipſius adhuc viventis virtutum odorem gentes undique fluebant; ita quoque vita functo ad ejus exequias turbæ Populorum concurrerent. Scripſit Italicè, & imprimi permiſit:

*Conſiderationes centum trigintaquinque ex Sacris litteris collectas*. Parmæ apud Marium Vignam anno 1650. Tom. I. in 4.

*Hiſtoriam de vita, & geſtis SS. Virginum, & Martyrum Catharinæ, Ceciliæ, & Margaritæ*. Ibidem apud eundem 1650. Tom. I. in 4.

*De Converſione, & Pęnitentia David Prophetæ, & Regis*. Tom. I. in 4. Mutinæ apud Bartholomęum Solianum 1647. Obiit Parmæ anno reparatæ ſalutis 1658. ætatis ſuæ 72.

BRITIVS RHEDONENSIS, natione Gallus, Provinciæ Britanniæ alumnus, vir doctrina excellens,

ac religioſis moribus nitidus: qui in Miſſionibus Paleſtinæ, & Ægypti Superior deſtinatus, in eo munere per plures annos, non ſolùm laboribus multis, ſudoribus, atque ærumnoſis angoribus Infidelium converſioni ſolicitè inſtitit; ſed etiam pro illis ſalvandis vitam propriam profundere, fervoroſa cordis contentione deſideraverit. Ex Latino in Arabicum Idioma, in quo fuit egregiè verſatus, tranſtulit non ſine magno labore, & confecit:

*Epitome Annalium Eccleſiaſticorum Cardinalis Baronii in duos Tomos in 4. diſtributa*. Romæ ex Typographia Congregationis De Propaganda Fide 1653. Et etiam

*Epitome Annalium Veteris Teſtamenti Iacobi Saliani ab Adamo uſque ad Chriſtum*. Tom. 2. in 4. Ibidem ex eadem Typographia 1653.

BRITIVS A' RVBROMONTE, natione Gallus, Pariſienſis Provinciæ alumnus, vir regularis obſervantia zelo inſignis, abſtinentia, & carnis maceratione ſingularis, divino amore totus accenſus, & præcipuè erga Sanctiſſimam crucem Chriſti ita affectus devotione, ut de cruce omnia ſua texeret eloquia, & ſcripta. Ad hoc, quòd Sacratiſſimæ ejuſdem Crucis ſpecies hominum, & maximè Religioſorum mentibus inſideret, Confecit:

*Opuſculum ad modum Meditationum de myſteriis, & virtutibus Crucis Domini noſtri IESV Chriſti*: quo loco ſit impreſſum ex relationibus non habemus. Obiit devotiſſimè in noſtro Conventu Pariſienſi inter oſcula, & amplexus S. Crucis anno 1627.

BRVNO NECSTADIENSIS Germanus, in Provincia Auſtriæ anterioris, cujus fuit alumnus, Concionator magni nominis, ac ſalutis animarum zelotes; edidit Patrio Idiomate:

*Conciones per totum anni decurſum in quinque Tomos diſtributas*.

BRVNO PATTENSIS, natione Siculus, Panormitanæ Provinciæ Miniſter Provincialis, ac in Provinciis Sancti Angeli, & Aragoniæ Commiſſarius Generalis: Vir doctrina, prudentia, conſilio, & animi magnitudine præditus, Scripſit librum:

*De Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*.

Meminit de illo P. Martinus de Torreçilla Hiſpanus in Speculo Seraphicæ Religionis pag. 230. Vbi de viris illuſtribus Capucinis.

# C

CAROLVS ABAVILLÆVS, natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis Diffinitor, ac divini verbi Declamator piiſſimus; vir doctrina

na animi prudentia, morum compoſitione,ac religioſa pietate ſatis commendatus; Scripſit, ac prælis dedit Gallico Idiomate:

*Tractatum de Sacramento Matrimonii, in quo ſunt plurima, ac piiſſima documenta pro perſonis conjugatis, unà cum exercitiis pietatis erga Beatiſſimam Virginem Mariam, & S. Ioſeph, verſibus, & carminibus variis illuſtratum.* Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1659.

CAROLVS DE AREMBERGH, natione Belga, Patria Bruxellenſis, in ſæculo dictus Antonius, Comes de Senaghen, nobiliſſima ortus progenie (utpotè filius Principis de Arembergh,& Ducis de Areſcot) Concionator eximius, & eruditus, Sacræ Theologiæ, ac Divinarum litterarum ſapientiſſimus Interpres, Provinciæ Flandriæ pluriès Miniſter Provincialis, atquè totius Ordinis iterùm, atque tertiò Diffinitor Generalis. Vir iſte præclarus, quamvis propter ſingularem ejus doctrinam, animi conſtantiam, generis nobilitatem, religioſam, & apoſtolicam vitam, in rebus arduis, ac difficillimis pertractandis prudentia, & dexteritate præcipuis Europæ Regibus, & Principibus fuerit cariſſimus, & ideò toto ferè Chriſtiano Orbi venerabilis; ab omnibus tamen honoribus, ac dignitatibus extra Religionem tantùm abhorruit, ut ſępiùs multas oblatas,etiam in Eccleſia Dei primarias, generoſo mentis contemptu omnes deſpexerit. Scripſit latinè, & evulgavit librum ſub hac Epigraphe:

*Clypeus Seraphicus,ſive Scutum veritatis in defenſionem Annalium Fratrum Minorum Capucinorum.* Coloniæ apud Munichum anno 1643. Inſuper elaboravit, ac ingentibus ſuorum Conſanguineorum ſumptibus excudi, & incidi laminis ęneis curavit Tom. 2. in fol. quibus Titulum ſequens appoſuit:

*Flores Seraphici, ſive Icones, in quibus continentur Vitæ, & geſta Virorum Illuſtrium Capucinorum, qui ab anno 1525. uſque ad annum 1612. in eodem Ordine miraculis,ac vitæ ſanctimonia floruerunt.* Coloniæ Agrippinæ apud Conſtantinum Munichum anno 1640. & iterùm Antuerpiæ eodem anno, poſtremò Mediolani anno 1648.

In huius Operis Encomium, & Auctoris laudem P. Benedictus Leodienſis ſic cecinit:

*Laudatur alti conſilii Parens,*
*Interminata qui Sapientia*
*Telluris, & Cœli, mariſque*
*Vnus opus fecit, & gubernat.*
*Nec ullus eſt, qui ſit ſimilis Deo,*
*Nemo ſecundus condere vel velit:*

Non

*Non ante cuique exordia orbi*
*Viſa, vel impoſuiſſe finem.*
*Miramur aras, Carole, & altiùs*
*Parata magnis Templa laboribus,*
*Lucoſque, totque Ducta Diuùm*
*Innumeris ſimulacra formis.*
*Aſt ex humanis, cui dabo te parem*
*Longos Parentum ſanguine Principum,*
*Qui ducis ortus, hoſque ſpernens*
*Patre Deo, ac Duce gloriaris?*
*Res pro me; clarum te pietas facit,*
*Virtuſque ſacro pectore condita,*
*Mens nata Cœlis, portioque*
*Numinis, ingeniique pondus.*
*Munus Deorum eſt: Fana Penatibus*
*Aptare, Cœlum jungere cum ſolo,*
*Rurſuſque mortuos Beatis*
*Germinibus renovare Flores.*
*Munus Deorum eſt: dum modica manu*
*Trophæa Patrum Seraphici Ordinis*
*Imagines, Vitaſque, & Acta*
*Claudis honoribus Æviternis.*

Multis decorus virtutibus, piiſq; pro Eccleſia, & Religione Seraphica perfunctus laboribus, ad præmia evocatus eſt in noſtro Cęnobio Antuerpienſi anno 1669. ſeptimo Kal. Septembris annos natus 69. De illo meminerunt Vvaddingus lib. de Script. Franciſc. Torreçilla ubi ſupra, & alii.

CAROLVS BOVLANGER, natione Gallus, Patria Pariſinus, Provinciæ Pariſienſis alumnus; vir piiſſimus, prædicationis munere clarus, Theologiæ Myſticę titulis illuſtris, multiſque naturæ, & gratiæ donis à Deo decoratus; Scripſit Gallico Idiomate:

*Tractatum de decem Solitudinibus*. Pariſiis apud Viduam Nicolai Buon, & Dionyſium Thierry anno 1645.

*Tractatum de Vnione amoris cum Deo*. Ibidem anno 1646. Eſt etiam Auctor cujuſdam Opuſculi abſque ejus nomine ſic inſcripti, Gallico tamen Idiomate:

*Exercitium trium clavorum amoroſorum, & doloroſorum ad meditandum IESVM Chriſtum in Calvario cruci affixum, & nos illi vniendum*. Pariſiis apud Ioannnem Clamoſet, aliis Camuſat, anno 1636. De illo meminit Vvaddingus lib. de Scriptoribus Franciſcanis.

CAROLVS A' COMPLANO, natione Italus, Concinator Provinciæ

ciæ Genuenſis, vir per omnia ſatis laudabilis, & de Animabus Purgatorii benemeritus: qui earum juvandarum ſingularis curæ, & ſolicitudinis exemplo, nec laboribus, nec difficultatibus fractus, plurimas Societates (vulgò *De Suffragio*) per plurima loca non ſolùm inſtituit, & promovit; ſed etiam Pontificia auctoritate communiri curavit; nihilque non promovendi commodi communis Defunctorum cauſa faciendum ſibi exiſtimaret, & ſuſciperet. Edidit Italico idiomate:

*Conſtitutiones, & Statuta ad benè inſtituendam, regendam, conſervandam, ac reſtaurandam Societatem de Suffragio.* Genuæ apud Calenzanum anno 1647. & iterum ibidem apud Io: Baptiſtam Tiboldum anno 1668.

Prædictas Conſtitutiones viderũt, & approbarũt, & imprimendi facultatem conceſſerunt plurimi Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Epiſcopi, & præſertim Eminentiſſimus Cardinalis Antonius Barberinus, qui de hoc Auctore in Bulla approbationis ſic loquitur: *Glorioſa pietatis, & prudentiæ veſtigia reliquit, ubicunque ſacras diſertiſſimas habuit conciones A. R. P. Carolus de Complano Religionis Capucinorum: cujus eloquentiam, ac pro animarum ſalute ſtudiũ quælibet Civitas, quæ aliquando demirata fuit, iterùm ſacro illum è ſuggeſtu perorantem pia civium acclamatione audire exoptat. Et hæc etiam Vrbium Regina Roma tantæ pietatis, tantæque eloquentiæ, & virtutum deſiderio affecta, eundem in ſe ſuorum meritorum curru triumphantem excipere jamdiù ſperat. Quapropter &c.* Obiit vir piiſſimus in noſtro Conventu Sigeſtri anno 1676.

CAROLVS A' CREMONA Italus, Provinciæ Mediolanenſis filius, Moralis Theologiæ profeſſor, ac olim in Aphrica Miſſionarius Apoſtolicus; Edidit Tomos duos in 4. Opuſculorum Moralium, in quorum primo continentur:

*Tractatus omnes de Actionibus humanis, earumque cauſis, & principiis*: & in ſecundo ponuntur

*Diſceptationes diverſæ circa adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ: ubi etiam aliæ Quæſtiones Morales dilucidantur pro caſibus occurrentibus.* Cremonæ apud Franciſcum de Zannis anno 1676.

CAROLVS HIDELSIENSIS Germanus, Provinciæ Coloniæ alũnus, Concionator eruditus, fervidus ſalutis animarum zelator, ac Hæreticorum acerrimus Agoniſta. Scripſit Opera varia ſub ſequentibus Titulis.

*Contra criminatores Eccleſiæ Dei.* Item: *De Octiduana recollectione à Religioſis facienda.*

*Novus homo*; Ideſt, *Exercitia Spiritualia pro Religioſis.* Tom. 1. Coloniæ 1686. Latinè, & Germanicè.

*Cambre bis cocta in Diſſertationem Simonis ab Heonolies Batavi.* Ibidem 1684.

*Valerianus Redivivus*; Ideſt: *Elucidatio in Regulam credendi P. Valeriani Magni.* Ibidem 1683.

*Annales Ephemerici Provinciæ*

*Coloniæ*. Latinè.

*Inſcitia Caroli in Dominicas totius anni*.

*Pallium Eliæ in Dominicas*.

*Procopius ſublimatus in Dominicas*.

*Procopius exceptus in Dominicas*.

*Apilegium ſpirituale in Dominicas*.

*Byſſus, & Purpura in Feria totius anni*.

*Epiſtolare Evangelicum*.

*Strenæ Caroli*.

*Sonitus Summi Pontificis ingredientis Sanctuarium*; Ideſt, *Sermones Quadrageſimales*.

CAROLVS DE SALE Italus, Provinciæ Brixienſis, vir obſervantiæ, ac regularis diſciplinæ ſtudioſus, in concionando fervidus, pietate, ac eruditione commendabilis, qui multis ſuæ Provinciæ Conventibus præfuit; Italicè ſcripſit librum ſub Titulo:

*Lo Spoſalitio della Santa Povertà*: ove tratta, come foſſe ſpoſata, & amata dal Patriarca de' Poveri S. Franceſco. Venetiis in 8. 1679. Evulgavit etiam eodem Idiomate aliud Opuſculum cum hac inſcriptione:

*Lo Spirituale Guerriero d'Aſſiſi &c*. Ibidem apud Ioannem Parè in 8. 1683.

CAROLVS FRANCISCVS DE SAVILIANO, Pedemontanæ Provinciæ alumnus, Sacræ Theologiæ profeſſor, ac divini verbi Declamator illuſtris, non vulgari inſignitus eruditione: qui etiam in Miſſionibus Subalpinis per integrum biennium Apoſtolicum munus intrepidè exercuit, non parvo Catholicę Fidei incremento. Plura ſcripſit Theologica, atque ad Conciones ſpectantia, eaque prælo digna; Solùm damus impreſſam Concionem eruditiſſimam ſub hoc Titulo:

*Idea di Benedittioni*. Eſt Sermo de laudibus S. Benedicti Monachorum Patriarchæ ab eo habitus in Civitate Camerini in Eccleſia Monialium S. Salvatoris in die feſto ejuſdem Sancti Patris die 21. Maii. Camerini 1653.

CAROLVS IOSEPH TRICASS[illegible], natione Gallus, Patria Trecenſis (vu[illegible] *de Troye*) Provinciæ Pariſienſis alumn[illegible] & eruditiſſimus Eccleſiaſtes: vir in Philoſophicis, ac Theologicis diſciplinis admodum excultus, & in illis explanandis acumine ingenii planè admirandus: in Sacris litteris, Sanctorumque Patrum libris cumulatè verſatus, omnigenaque ferè Scientiarum prole fęcundus. Multa ſcripſit, in quibus ſui intellectus acumen aperuit, & religioſæ pietatis ſuæ, magnæque doctrinæ clara lumina dedit. Inter quæ extant impreſſa aliqua Volumina Theologica ſub Titulo ſequenti:

*De Prædeſtinatione hominum ad gloriam. Diſputatio Theologica, in qua clarè demonſtratur Prædeſtinationem illam factam eſſe poſt præviſa merita; idque potiſſimùm ex doctrina D. Auguſtini, & D. Bonaventuræ Doctoris Seraphici*. Tom. 1. in 4. Pariſiis apud Edmundum Cauterot anno 1669. & 1673.

*Supplementum Auguſtinianum ad*

*ad illuſtrandam, & confirmandam prædictæ Prædeſtinationis non gratuitè, ſed poſt prævisa merita factæ veritatem*. Ibidem apud eundem. 1673.

*Tractatum de indifferenti lapſi hominis arbitrio ſub gratia, & concupiſcentia ſecundùm D. Auguſtinum: ubi octoginta rationibus ex Auguſtiniana doctrina depromptis, oſtenditur eſſe in nobis veriſſimam, atque indeterminatiſſimam ad omnes actus noſtros tam bonos, quàm malos ſub gratia, & concupiſcentia indifferentiam. In quo Tractatu explicantur multæ phraſes Auguſtinianæ; ut E.G. Quid ſit agi à Deo? Quid ſit trahi à Deo? Quid ſit ex nolentibus volentes fieri? & alia multa difficillima, ac ſcitu digniſſima*; videlicet: *De Gratia, De Libertate, De Peccato, ac de veris, & genuinis erroribus, qui fuerunt contra gratiam ex eodem Auguſtino*. Tom. 1. in 4. Pariſiis apud Ægidium Allioit anno 1673.

*De neceſſaria ad ſalutem gratia omnibus, & ſingulis data, ſecundùm Auguſtinum; ubi tam in genere, quàm in ſpecie oſtenditur, dari gratiam vere ſufficientem omnibus, & ſingulis hominibus*. Item *explicatur modus peculiaris, quo ille deſcendit ad ſingulas quaſi hominum ſpecies V.G. ad Chriſtianos, Infideles, Hæreticos, Induratos &c. & tandem multa produntur ſingularia, & arcana Auguſtini principia, ex quorum cognitione plena pendet, & perfecta totius illius doctrinæ, præſertim quoad gratiam intelligentia*. Pariſiis apud Ægidium Allioit Bibliopolam Iuratum, via Iacobæa ſub ſigno S. Norberti anno 1673. Tom. 1. in 4.

*De natura peccati originalis ſecundùm mentem Auguſtini Tractatus unicus: ubi clarè demonſtratur iſtud peccatum ullo modo ſpecie non differre à peccato Adæ; ſed eſſe idem Adæ peccatum: ſeu peccati ejus actualis maculam poſteris ejus communicatam in ſingulis ſingulam; & ab ipſa peccati Adæ macula numero diverſam, non verò eſſe concupiſcentiam, aut merum pœnæ reatum, ut quidam falsò putaverunt cenſuiſſe Auguſtinum*. Ibidem apud eundem anno 1677. Tom. 1. in 4.

*De cauſa bonorum operum ſecundùm mentem D. Auguſtini Tractatus unicus: ubi præcipuè de bonitate Spei vitæ æternæ, & Timore gehennæ differitur*. Ibidem anno 1677. Tom. 1. in 4.

*Supplementum ad Tractatum de cauſa bonorum operum: ubi agitur De ſufficientia attritionis conceptæ ex metu gehennæ cum Sacramento Pænitentiæ ſecundùm mentem D. Auguſtini, & Concilii Tridentini*. Ibidem 1679. Tom. 1. in 4.

*Commentarius brevis, & continuus in libros D. Auguſtini contra Pelagianos*. Ibidem 1680.

*Commentarius in lib. de Gratia, & Libero arbitrio, & in lib. De Correptione, & Gratia*. Ibidem 1680.

*Commentarius brevis, & continuus in lib. D. Auguſtini contra Semipelagianos*; ideſt, *in lib. De Prædeſtinatione Sanctorum, & in lib. De Dono perſeverantiæ*. Hic eſt ſub

prælo. Omnia latino Idiomate. Gallicè verò ſcripſit, & Typis dedit:

*Reſponſionem ad reſponſionem Auctoris epiſtolæ directæ ad omnes Doctores Galliæ. In qua reſponſione ad reſponſionem breviter exponitur tota D. Auguſtini doctrina De Gratia, & Libero arbitrio.* Pariſiis anno 1678.

*Reſponſionem ad quendam Illuſtriſſimum Dominum &c. qui illum conſuluerat de quadam difficultate quoad Prædeſtinationem, & gloriam* Ibidem 1678.

*Philoſophia Domini Carthesii contra Fidem Catholicam.* Tom. 1. in 12.

*Traductio libri D. Auguſtini De Gratia, & Libero arbitrio ex Latino in Gallicum Idioma, cum reflexionibus, & applicationibus neceſſariis.* Tom. 1. in 12.

*Traductio libri D. Auguſtini De Correptione, & Gratia, cum reflexionibus &c.* Tom. 1. in 12.

*Reſponſoria Epiſtola ad quandam Illuſtrem Dominam quærentem aliqua dubia de Prædeſtinatione.* In 4.

*Commentarius brevis, & continuus in lib. D. Auguſtini De Gratia Chriſti.* In 4.

*Opuſculum De Gratia Efficaci.* In 4.

CASIMIRVS TOLOSANVS, natione Gallus, Provinciæ Occitaniæ alumnus; vir præclaris naturæ donis præornatus, ſuavi, & affabili converſatione, amicabili benevolentia, pacifica manſuetudine, ſed & perſpicacioris intellectus acumine, & firmioris propoſiti robore præditus. Hic congenitas acquiſitis virtutibus cumulans, Theologus inſignis, divinique verbi Declamator fervidus evaſit, & Theologalem Cathedram in ipſo juventutis flore ſumma cum doctrinæ laude per octo integros annos ſuſtinuit. Scripſit, ac Typis dedit Integrum Curſum Philoſophicum, cui hunc appoſuit Titulum.

*Atomi Philoſophicæ, ſive, tum veterum, tum recentiorum Atomiſtarum Placita: ubi de novo excogitatas opiniones validiſſime propugnat.* Tom. 6. in 8. *Pr.. ius Tomus complectitur Logicam: Secundus primam partem Phyſicæ: Tertius ſecundam partem ejuſdem Phyſicę: Quartus ipſiuſmet Phyſicę tertiam partem: Quintus Metaphyſicam intentionalem: Sextus Metaphyſicam realem.* Bitterris apud Henricum Martellum anno 1674.

Scripſit etiam, & evulgavit Gallico Idiomate Vitam P. Io: Baptiſtæ Eſtenſis Capucini, olim Ducis Mutinæ ſub hac Epigraphe:

*Le Triomphe de la Croix ſur les attraicts de la ſouueraineté: ou la Vie du Duc de Modene Capucin.* Bitterris apud Iacobum Barbantum. Tom. 1. in 8. Inſuper confecit eodem Idiomate, ac prælo ſubmiſit:

*Vitam, & geſta Ven. Iacobillæ de Bachelier Tertii Ordinis Sancti Franciſci, converſione, & ſanctis moribus ſpectatiſſimæ.* Ibidem apud eundem anno 1669. Tom. 1. in 8. & in 16. Obiit Toloſæ anno 1674. ætatis ſuę 40. Et quamvis vegeto fue-

rit

rit corpore, & firma potiretur valetudine; nihilominus, Deo ſic diſponente, immania, & immatura eum Fata terris eripuerunt. Dolendum maximè acerbum illius funus, quippe qui vir erat in ætatis flore ſcientiis propemodùm omnibus locupletatus, iiſque ſumma in Deum pietas adjungebatur; mœrentibus cunctis Provinciæ Religioſis, & Sęcularibus, quibus ejus mentis ſagacitas, felix genius, & facilis indoles perſpecta erant.

CHERVBINVS AVRELIANENSIS Gallus, Provinciæ Turoniæ alumnus; vir in Philoſophicis, Mathematicis, Aſtronomicis, Geographicis Facultatibus, aliarumque Scientiarum ſuppellectile dives, Regi Chriſtianiſſimo Ludovico XIV. cariſſimus; Evulgavit Opus noviſſimum, in quo ingenii ſui ſubtilitatem, ac perſpicacitatem oſtendit ſub Titulo Gallico;

*Le Dioptrique Oculaire &c.* Pariſiis apud Thierry. Tom. 1. in fol. anno 1675. Edidit etiam alia Opera, quorum Titulus eſt:

*L'Effect de la force de la contiguitè des corps.* Ibidem 1679.

*De Impenetrabilitate vitri.*

*De Teleſcopio Binoculo.*

*De Machina Teoloſgraphica.*

*De Natura, & Conſtructione Teleſcopii.*

*De Microſcopio Binoculo.*

*De Viſione perfecta; ſeu, De amborum viſionis axium concurſu in eodem objecti puncto.* Pariſiis apud Cauteroth 1679. in fol.

CHERVBINVS Genuenſis, ejuſdem Provinciæ Concionator; vir non vulgariter doctus, aperto, ac profundo ingenio ditatus, qui Philoſophicas, ac Theologicas Diſciplinas per plures annos Noſtris explicuit; Edidit Italicè:

*Il ſegno Reale de' Mantovani: Diſcorſo Panegirico fatto in Mantova nel giorno dell' Inventione del pretioſiſſimo Sangue di Gieſù Chriſto: & un' altro Diſcorſo fatto ivi nella feſta di S. Longino.* In Mantova per gli Oſanna 1684. in 4. Obiit Genuæ anno 1687. die 29. Iulii ętatis ſuæ 43. Religionis 28.

CHERVBINVS MAVRIANENSIS, natione Sabaudus, Provinciæ Genuenſis alumnus; vir pietate, ac ſanctis moribus clarus, ingenio, doctrina, animi fortitudine, in agendis prudentia admodum prçſtans: qui Catholicæ Fidei dilatandę zelo exęſtuans, & ad converſionem Hęreticorum aſpirans, ad Cabalaſii Ducatus Populos Miſſionarius deſtinatus, illos magna ex parte ab Eccleſia Catholica aberrantes, verbi Dei prædicatione, ſacræ doctrinæ expoſitione, aſſiduis laboribus, vigiliis, jejuniis, & orationibus ad Fidem Orthodoxam perduxit; & viriliter per plurimos annos adverſus Prædicantes militans, cor, & viſcera Dei zelo, & Divini ſpiritus ardore exuſta monſtravit, ac in priuatis, publiciſque colloquiis, & diſputationibus vehementer in eos invehens, nullum reliquit immotum lapidem, quò non ſe infenſiſſimum Hęreſum contuſorem exhibuerit. Plura ferunt ſcripſiſſe, tum ad Controverſias, tum

ad

ad Conciones Catethicas ſpectantia; nihil tamen Typis vidimus, niſi:

*Acta Diſputationis habitæ cum quodam Miniſtro Hæretico circa Diviniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum* anno 1593. ſine loco impreſſionis. Ab hoc Apoſtolico Operario inſtituta fuit Sacra Domus Beatæ MARIÆ Virginis de Compaſſione in Oppido Tononii pro Hęreticorũ converſione, quæ uſque modò perſeverat, non ſine uberi Eccleſiæ meſſe. Sepultus eſt in Loco noſtro Taurinenſi, ubi magna cum pietatis laude, ac ſanctimoniæ fama, præclariſſimè vitæ curſum conſummavit anno ſalutis 1609. ipſiuſque merita pluribus poſt mortem ſignis à Deo fuerunt illuſtrata: quæ deſcribuntur à Boverio in ejus vita, Tomo 2. Annalium Capuc. De illo etiam meminerunt honorificè Aidinghellus in Appendice congeminatæ vocis Turturis; ubi de florentiſſima vinea S. Franciſci: Pignonius in Auguſt. Taurinenſi: Baldeſſanus lib. 53. ſuæ Hiſtoriæ, & Mathias à Caballo-majori in Rationario Chronographico Tom. 2. Miſſionum Apoſtolicarum.

CHERVBINVS NICIENSIS, celebri Pedemontani Principatus Vrbe, Provinciæ Pedemontanæ alumnus, vir doctus, regularis obſervantiæ ſtudioſus, paupertatis Seraphicæ zelator, ac piiſſimis moribus inſignitus; Scripſit:

*Relationem Cęnobii Sanctæ MARIAE Gratiarum*; &

*Vitam, & geſta Ven. P. Petri Venti Nicienſis Inſtituti Capucinorum profeſſoris, in Oppido S. Romuli beata morte ſublati anno* 1631. De hoc Auctore meminit D. Andreas Roſſottus Monachus S. Bernardi Congreg. Fulienſis in Syllabo Script. Pedemont. litt. C.

CHERVBINVS DE NVCIBVS, natione Italus, Provinciæ Barienſis alumnus; vir angelica puritate, & honeſtatis candore decorus, altiſſimæ paupertatis zelans amator, orationis aſſiduus excultor, humilitatis, patientiæ, carnis mortificationis, totiuſque vitæ evangelicæ vividum exemplar: qui Apoſtolico ſpiritu imbutus, per Illuſtriores Italiæ Vrbes verbum Dei evangelizando, & Orationem 40. Horarum celebrando, innumera animarum ſpolia ex manibus Sathanæ ad Chriſtum reportavit. Ex relatis habemus ſcripſiſſe Opus devotiſſimum.

*De Paſſione Domini, ejuſque neceſſaria meditatione* impreſſum Neapoli anno 1598. ſuppreſſo nomine Auctoris. Eſt etiam Auctor cujuſdam Opuſculi, in quo tractatur

*De Sacramentali Confeſſione*: Neapoli 1596.

Fuit Provincialis Provincię Barienſis per integrum ſexennium, indèque Luteriam Pariſiorum miſſus, eam quoque Provinciam prudentiſſimè, ac ſanctiſſimè gubernavit. Obiit ſancto fine in noſtro Conventu Aquęvivę anno 1592. in quo ſolemni hominum pompa, ac innumera Populi multitudine viri ſuffragia implorante, à Clero illius Vrbis funera illi celebrata fuerunt. Videndus Boverius Tom. 2. Annal. Capucin. qui ejus geſta copioſè deſcribit ad

ad annum 1592.

CHERVBINVS SANDOLINVS, natione Italus, Patria Vtinenſis, Provinciæ Venetiarum alumnus; vir doctus, ingenio profundus, in Aſtronomicis, ac Mathematicis Facultatibus admodum verſatus, ſicut teſtantur multa ejus generis Volumina, quę M. S. reliquit. Inter iſta ſolùm imprimi permiſit librum, cujus Epigraphe eſt:

*Taulemma Cherubicum Catholicum univerſalia, ac particularia continens principia, ſive inſtrumenta ad horas omnes Italicas, Bohemicas, Gallicas, Babylonicas djurnas, atq; nocturnas dignoſcendas, & ad componendum per Vniverſum Orbem earum multiformia horologia exquiſitiſſimum*. Ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Iulium Antonium Sanctorium S. R. E. Cardinalem ampliſſimum. Venetiis apud Robertum Majertum anno 1598. Tom. 1. in fol. & in libros duodecim diviſus.

CHRISTOPHORVS FACCIARDVS, cognomento Verrucchinus, à Verrucchio Territorij Ariminenſis Oppido, Provincię Bononienſis alumnus; vir non minus pietate, mentis puritate, vitę innocentia, morum diſciplina, Regulæ Seraphicę exacta obſervantia, quàm litteris, prędicationis dono, ac divinarum rerum, Sacrarumque Scripturarum contemplatione comparatus; ac proindè ab Antonio Poſſevino Societatis Ieſu, viro eruditiſſimo in Apparatu Sacro, *ſanctitatis, ac doctrinæ Specimen appellatus*. Collegit ex Sanctis Patribus, ac Typis mandavit Italicè:

*Exercitiorum Spiritualium Volumina tria. Primum pertinet ad communiores animæ actiones. Alterum De miris Dei Omnipotentis operibus. Tertium De Vita, & Paſſione Domini noſtri IESV Chriſti; ac De Vita Beatiſſimæ Virginis Dei Genitricis MARIÆ*. Impreſſa ſunt primò Lugduni anno 1590. in 8. Secundo Venetiis apud Miſſerinum anno 1597. & denuò Ibidem apud Guerilios 1605. Tertium tamen Volumen in tertia editione Veneta valdè locupletatum fuit ab Auctore, additis Meditationibus De Paſſione Domini per ſingulos hebdomadę dies. Dignus quidem liber, ut ait Poſſevinus, qui legatur, & attentè perpendatur, ſi quis in hoc genere argumenti alius. Scripſit etiam:

*Vitas, & geſta Sanctorum Eccleſiæ Verrucchinæ*. Venetiis apud Miſſerinum anno 1600. Tom. 1. in 8.

*Tractatum De Excellentiis B. Catharinæ Virginis Bononienſis S. Clarę*. Bononiæ 1600.

*Meditationes De præcipuis ſpiritualis vitæ Myſteriis*. Tom. 1. in 4. Venetiis apud Miſſerinum 1599. quę poſteà ab Antonio Dulchenio Monacho Carthuſiano latino Idiomate traductæ prodierunt Coloniæ anno 1605.

*Compendium centum Meditationum ſacrarum*. Venetiis 1602. 1608. & 1643. Theodorus Petrejus Monachus Carthuſianus has Meditationes latinas fecit, & edidit Coloniæ

niæ apud Butgenium anno 1611.

*Cæremoniale Sacrum ad uſum ſpecialem FF. Minorum Capucinorum.* Venetiis apud Miſſerinum 1614. Reliquit etiam aliud Opus latinè conſcriptum ſub Titulo:

*Porta Aurea, & Sanctuarium S. Theologiæ tum Scholaſticæ, tum Poſitiuæ aperta.*

Plenus dierum in ſenectute bona diem extremum concluſit in noſtro Conventu Ariminenſi anno ætatis ſuæ 75. & de illo præter Poſſevinum meminerũt honorificè Lucas Vvaddingus De Script. Franciſcanis, Vvillotus in Athenis Orthodoxis, Maraccius De Scriptor. Marianis; Pagnotius de B. Virgine Corona 3. & alii plures.

CLAVDIVS ABBA-VILLÆVS, natione Gallus, Concionator Provinciæ Pariſienſis, Miſſionarius Apoſtolicus in Inſulis Americæ in nova Gallia, ubi, per decennium infatigabiliter operando multas Infidelium animas è Sathanæ manibus eripuit, illaſque Regiones ſuis virtutibus, atq; Apoſtolicæ vitæ exemplis illuſtravit; Scripſit Gallicè:

*Hiſtoriam navigationis, & adventus Capucinorum cum Nobilibus de Regno Galliæ in Inſulam de Marangam, & adjacentia loca.* Pariſiis apud Franciſcum Hubium anno 1614.

*Hiſtoriam Chronologicam in vita B. Colettæ Virginis Reformatricis Ordinis S. Claræ.* Ibidem 1619. De eo meminit Arturus à Monaſterio in Martyrologio Franciſcano die 25. Ianuarii in Annotationibus pag. 33. & die 1. Maii §. 13. pag. 171. P. Marcus de Guardalaxara part. 5. Hiſtoriæ Pontificalis pag. 247. Maraccius in Append. de Script. Marianis.

CLAVDIVS ATHENSIS, natione Belga, Provinciæ Valloniæ Concionator, in divinis litteris optimè verſatus; vir pius, ac religioſis moribus ornatus; Edidit:

*Meditationes ſuper Myſteria Paſſionis Domini N. IESV Chriſti.* Namurci 1683.

CLAVDIVS FRANCISCVS MAISTRE Burgundus, Concionator celebris, Philoſophiæ, ac S. Theologiæ Prælector eximius; vir in divinis litteris maximè eruditus, pietate, ac animarum zelo clarus: qui ſuam Provinciam Burgundiæ accuratè adminiſtravit, & ob innatam clementiam in regendo, & humanitatem, fuit omnibus amabilis; Edidit Latino ſermone Opus prænotatum hac Epigraphe:

*Breviarium Hiſtoricum Integerrimæ, & Sanctiſſimæ Virginis MARIAE Vitæ per varias, & veras plurium Salutationum Angelicarum Paraphraſes ex Scriptura, & Patribus acceptas diſtributum, & in ſeptem Decades ſeptem hebdomadæ diebus reſpondentes partitum.* Lugduni ſumptibus Iacobi Cauteron anno 1655. De eo meminit Maraccius in Appendice de Script. Marianis.

CLEMENS BRIXIENSIS, ejuſdem Provinciæ Concionator, vir doctus, ac varia eruditionis forma decoratus; Scripſit:

*Poemata varia, & Elogia.* Brixiæ 1675. & Lugduni 1676.

CLE-

CLEMENS A' IVLIANO, natione Neapolitanus, ex Illuſtri Simonellorum Familia, ac proindè Simonellus communiter appellatus: vir pius, ac moribus benè compoſitus, & in tota ſua Provincia ab omnibus laudatus; non minus eruditè, quàm utiliter compoſuit Opuſculum in duos Tom in 8. diviſum, ſub hoc Titulo Italico:

*Guida de' Moribondi diviſa in tre parti; cioè, in Soggetti Predicabili, in Soliloquii, & Avuertimenti Morali ſecondo il biſogno di ciaſcuno Infermo dal principio della malatia ſino allo ſpirare dell'anima.* Neapoli apud Heredes Franciſci Thomaſii anno 1622.

CLEMENS A' NOTO, ſeu Netinenſis, natione Siculus, Provinciæ Syracuſanæ alumnus; vir ſingulari ſapientia præditus, ac moribus omnibus probatiſſimus. Hic ſexdecim annorum natus, generosè rebus cunctis hujus ſæculi ſpretis, pauperemque Capucinorum vivendi formam amplexatus, magnum ſibi virtutum, ac meritorum acervum congeſſit. Eapropter Provincia Syracuſana quater illum in Miniſtrum Provincialem elegit, & Coſentina ejus nominis fama illecta, ſemel & ipſa illum, quamvis abſentem, ſibi in Patrem inſtituit. Fuit etiam Commiſſarius Generalis in Provinciis Meſſanenſi, Panormitana, & Hydruntina; & Romæ Procuratoris Generalis munus exercuit: ubi Paulo V. Pontifici Maximo tam carus extitit, ut eum Patris amore deperiret, ſæpiùſque in Palatium advocans, has voces frequenter repetere auditus ſit: *Inveni hominem ſecundùm cor meum.* Denique ipſe de Religione optimè meritus totius Ordinis Miniſter fuit electus anno 1618. Quo in munere omne ſtudium, conſilium, mentem in ſtabilienda, firmanda, ac augenda Regulari obſervantia ſedulò adhibuit; & prædeceſſorum ſuorum zelum, ac ſolicitudinem attentè perpendens, ab eis vel in minimo degenerare nefas exiſtimavit. Imperator, Reges, & Principes, ad quos acceſſit, illum, uti hominem cœlo ſatum, honorificè exceperunt: Populorum turbæ ei obviam procedebant, quaſi uni ex Prophetis: plures ægros ſola benedictione ſanavit, & plerique à malignis Spiritibus obſeſſis illicò liberati fuère. Antequam ad ſupremum Generalatus apicem fuiſſet evectus, Philoſophiæ, ac Theologię Cathedram doctiſſimè tenuit; & plura de ejuſdem generis Facultatibus elucubravit, quæ uſque nunc M. S. aſſervantur. Vidimus tamen:

*Tractatum ſuper Regulam FF. Minorum, præſertim ſuper Votum paupertatis Seraphicæ,* in quo illius zelus in ea tuenda mirificè innoteſcit. Obiit Syracuſis anno 1631. die 22. Septembr. ætatis ſuæ 73. & ad ejus funera magna Populorum turba illius ſanctimoniæ odore allecta devotiſſimè confluxit. Vide Tom. 3. Annal. Capucinorum ad annum præfatum §. 14.

COELESTINVS COLEONIVS, natione Italus, Patria Bergomenſis, ex Nobiliſſima illius Vrbis familia; vir non tam generis ſplendore

dore, quàm perfecta Seraphicæ Regulæ obſervantia, ſanctiſque moribus præclarus, ſummo, jugi, ac infatigabili ſtudio congeſſit, ac Typis evulgavit:

*Hiſtoriam Vrbis, & Territorii Bergomenſis Tom. 4. in quatuor partes diſtributam; quarum prima continet decem libros, & repræſentat Statum Bergomenſium ſub ſervitute Idololatriæ, & ea, quæ acciderunt ab initio ſuæ ædificationis uſque ad annum 1600 adjunctis etiam aliis rebus ad naturam, & ingenium habitantium ſpectantibus.* Secunda pars *habet libros 25. & in ipſis deſcribuntur Vitæ, & geſta SS. Epiſcoporum, Veteres Traditiones, Conſtitutiones Apoſtolicæ, Cæſarea, & Regia Privilegia, & omnia, quæ ad Statum Eccleſiaſticum ſpectare poſſunt.* In tertia parte *deſcribuntur Eccleſiæ, Conventus, Monaſteria, Oratoria, Hoſpitalia, & cætera hujuſmodi: quæ omnia etiam in quarta parte continuantur.* Prima, & ſecunda pars fuerunt impreſſæ Brixię apud Sabbios anno 1618. in 4. Tertia, & quarta Bergomi apud Valerium Venturam anno 1619. Scripſit etiam Italicè, ac prælis ſubmiſit:

*Narrationem adventus Capucinorum in Vrbem Bergomenſem, Cœnobiorum pro eiſdem à Bergomenſibus erectorum; & De origine, & habitu eorundem.* Bergomi apud Bartholomęum Fontanam anno 1622. in 12.

*Annotationes ſuper Compendium Privilegiorum FF. Minorum à P. Hieronymo à Sorbo elaboratum.*

*Tractatum De Vero, & legitimo matrimonio Sanctæ Gnatæ Virginis.* Bergomi anno 1618. in 8.

*Vitam SS. Martyrum Firmi, & Ruſtici.* Ibidem apud Fontanam 1618. in 8.

*Hiſtoriam B. MARIÆ Virginis Gratiarum nuncupatæ in Oppido Andeſino.* Ibidem 1617. Tom. 1. in 8.

*Vitam S. Patritii Apoſtoli, & primi Archiepiſcopi Hybernenſis, additis triginta conſiderationibus ſuper ipſam.* Brixiæ anno 1617. Tom. 1. in 8.

De hoc Auctore meminerunt Vvaddingus lib. de Script. FF. Minor. R.P. Donatus Calvus ex D. Auguſtini Familia in Scena litteraria Scriptorum Bergomenſium part. 2. & Maraccius in Appendice Bibliothecæ Marianæ.

COELESTINVS DE MONTEMARSANO, natione Gallus, Provinciæ Aquitaniæ alumnus, vir virtutibus religioſis venerandus, ac ſapientia multa ſublimis, divini verbi Declamator egregius, clarus eloquio, in legendo, & ſcribendo aſſiduus, in indagandis Sacræ Scripturę arcanis ſtudioſiſſimus, Philoſophiæ, ac Theologiæ eximius Profeſſor. Poſteritatem ſequentibus ingenii ſui illuſtravit monumentis. Ea ſunt:

*Synopſis Proſopochronica Hiſtorię Eccleſiaſticæ.* Toloſæ apud Ioannem Bondè 1644. Tom. 1. in fol.

*Proſopochronica Sacræ Scripturæ.* Tom. 1. in fol. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1648.

*Clavis David pro Sacra Scriptu-*

ra

*ra aperienda in quinque libros diſtributa.* Primus liber *univerſam Hiſtoriam Sacram per ſeptem Mundi ætates expenſam ordine Chronologico diſpungit, & ſelectis obſervationibus illuſtrat.* Secundus liber *prædictis obſervationibus decem generales addit Tractatus univerſæ paſſim Scripturæ intelligendæ accommodatos. 1. De Sacra Chriſti Genealogia. 2. De partibus temporis Hiſtoriæ Sacræ ſubſervientibus, ut puta: De horis, diebus, hebdomadibus, menſibus, annis, periodis, & ævis. 3. De quatuor Orbis Monarchiis, ut Sacræ Scripturæ congruunt 4. De Republica Iudæorum. 5. De Iure belli eorundem, cæterorumque ſub vexillis Dei Sabbaoth militantium. 6. De triplici Chaldæorum, AEgyptiorum, & Græcorum ſapientia. 7. De Numinibus commentitiis in ſacra pagina commemoratis. 8. De tribus rerum magicarum ſpeciebus, quarum frequentior in Sacra Scriptura fit mentio. 9. De Dæmoniacis. 10. De Spiritibus, & ſpectris vivos infeſtantibus.* Tertius liber *quæcunque ad libros Canonicos ſpectant, ſeriò diſcutit, eoſque ab Apocryphis ſecernens, iſtorum quoque eam, quam rei conditio poſtulat, quin & aliorum quorumcumque, de quibus in ſacra pagina fit mentio, librorum, aut ſcripturarum, rationem clarè explicat. Ejus generis ſunt: Liber Bellorum Domini: liber Iuſtorum, liber Legis Regni, volumen volans, chirographum Decreti, & his ſimilia.* Quartus liber *in univerſum ſuppeditat ea, quæ ad totius Scripturæ ſenſum tam litteralem, quàm myſticum inveſtigandum conducunt.* Quintus liber *copioſum ſatis, & accuratum SS. Patrum, Doctorumq; qui Scripturam Sacram, vel aliquas ejus partes juxta quemvis ſenſum, aut exponendi modum feliciùs interpretati ſunt, Catalogum exponit.* Sextus liber, & ultimus *per modum coronidis ſacrum exhibet Onomaſticum omnem perſonarum, & locorum, quæ in ſacris Codicibus memorantur, Homonymiam, & Polionymiam obſervans, & explicans, adnotata paſſim Hæbrea, aut Græca eorundem ſignificatione.* Inſuper & de *Locis piis, Vrbibuſque celebrioribus aliqua profert non injucunda.* Omnes iſti libri, & tractatus reſtricti ſunt in unicum Volumen in fol. impreſſum Lugduni ſumptibus Philippi Bordè anno 1659. & Burdigalæ Typis Bergenanis 1650. ex Vvaddingo.

*Speculum ſine macula, in quo Eccleſiæ facies in triplici ſtatu Naturæ, Legis, & Gratiæ exhibetur.* Ibidem 1651.

*Duo Volumina in folio, in quibus pro integro curſu Theologiæ electiſſima D. Thomæ, & S. Bonaventuræ ſacra doctrina in catenam redacta continetur: ubi videtur diſcors ad concordiam pro viribus revocatur, & novæ Quæſtiones noviſſimis ſæculis ſuſcitatæ practicantur.* Tom. 2. in fol.

*Enchiridion breviſſimum Theologiæ Myſticæ ſtylo Gallico confectum, ut & illiteratis ſit uſui.* Quia enim pietas hoc ſæculo, maximè hac tempeſtate variè à variis effingitur:

alii namque veluti Aulæ aſſuetam, expolientes, hoc molli apparatu crucem Chriſti evacuant: alii è contra, totam ſemper ciliciis hiſpidam, & flagellis ſauciam oſtentantes, eo horrore infirmiores terrent animas, & à primo ad eam acceſſu avertunt; ideò Auctor utriuſque extremi medio inhęrens, ad primum cum Chriſti Domini in agonia ita perorantis: *Pater non mea ſed tua voluntas fiat*: exemplar intendens, totam Chriſtiani, ac Religioſi hominis praxim ſpiritualem, ad Divinam redigit Voluntatem. His accedit eodem Idiomate:

*Induſtria, ac familiaris Controverſiarum Analyſis ex propriis Hæreticorum petita principiis, ut ſic perduellis ſuomet pugione pereat Holofernes, eoque, quo accinctus eſt gladio, ſpurius Goliath obtruncetur.* Obiit vir præclariſſimus in noſtro Conventu Toloſano anno à Tartaro devicto 1659. ætatis ſuæ 63.

Hunc Auctorem magni fecit, illumque ſummis laudibus affecit Sacra Religio Carmelitarum Excalceatorum in quodam memoriali, quod porrexit Sacroſancto Fidei Tribunali in Hiſpania in defenſionem Hiſtoriæ Propheticæ: & R. P. Petrus de Angelis vir eruditiſſimus (ſicut ejus ſcripta teſtantur) illius honorificè meminit in quodam libro his verbis: *Il muy R. y docto P. Celeſtino à Montemarſano muy verſado en las divinas lettras, ſaço a Luz el' anno* 1659. *un Tomo en fol. cuyo titulos es: Clavis David, digno de toda eſtimaçion.* Memoratur etiam à Vvaddingo lib. de Script. Franciſc. litt. C. & in Appendice.

COELESTINVS DE QVIMERCH Gallus, Provinciæ Britannię Concionator, in Divinis Scripturis admodum verſatus, necnon modeſtia, ac morum gravitate ſpectabilis; Scripſit duo Opuſcula Gallico Idiomate in 8. ſub Titulo:

*L' heure, le jour, la ſemaine, le mois, l'annèe, e toute la vie d'une ſeculiere veritablement religieuſe.*

*Le Colyre Royal.*

CONRADVS SALYSBVRGENSIS, natione Germanus, Provinciæ Tirolenſis alumnus, magni nominis Concionator, ac Sac. Theologiæ exmius Profeſſor, ſuæq; Provinciæ per plures annos Præfectus: vir multa eruditione, pietate, converſandi modeſtia, prudentia agendi, ac morum gravitate præclarus; Edidit Idiomate patrio Conciones plurimas in quatuor Voluminibus compræhenſas; ſcilicet:

*Conciones pro Dominicis totius anni*. Tom. 1. in 4.

*Conciones de Sanctis per annum.* Tom. 1. in 4.

*Conciones Quadrageſimales.* Tom. 1. in 4.

*Conciones pro toto tempore Adventus.* Tom. 1. in 4. Omnes tamen habent pro Titulo poſito in Operis principio;

*Fidus ſalutis Monitor exterius rigans, Deo incrementum dante.* Salysburgi apud Ioannem Muyum anno 1683.

CONSTANTINVS A' BARBANZONE, natione Flandro-Belgicus, in Provincia Colonienſi Concio-

cionator, ac pluriès Diffinitor; vir in Myſtica Theologia longa temporis exercitatione verſatus: qui etiam ad Novitiorum Magiſterium, & inſtitutionem deputatus, eo in munere vitæ auſteritate, carnis mortificatione, oratione, humilitate, omniumq; virtutum ſplendoribus emicans; illis non verbis tantùm, ſed Apoſtolicę etiam vitæ exemplis verę perfectionis Magiſtrum, ac formam ſe præbuit. Scripſit Patrio, poſtea Gallico, & Latino Idiomate:

*Anotomiam animæ, & divinarum operationum pro iis omnibus, qui ſeſe divinæ contemplationi totaliter dederunt.* Leodii apud Leonardum Stroel de Ieuſnes anno 1635. Tom. 1. in 8. & denuò Coloniæ 1648. ſumptibus Bernardi Gualterii. Scripſit pariter eodem Idiomate aliud Opuſculum valdè pium ſub hoc Titulo:

*Occultæ Semitæ Divini amoris* in 8. Pariſiis lat. 1628. & Coloniæ 1623. & 1648. ſumptibus ejuſdem Gualterii, & Pariſiis apud Nicolaum Nurrecchèet, *ſeu Hurè in* 8. Obiit Coloniæ, Religionemque, & ſuam Provinciam ſuavi ſanctitatis odore reſperſam deferens, ad beatam cœleſtium Regionem conſcendit anno 1635. ætatis ſuæ 71. & de eo meminerunt Eminentiſſimus D. D. Io: Cardin. Bona in Compend. Theologiæ Myſticæ cap. 4. & ſeq. Vvaddingus lib. ubi ſupra, & alii.

CONSTANTINVS NEAPOLITANVS, ejuſdem Provinciæ alumnus, Iuris utriuſque Doctor in ſæculo, Philoſophus, ac Theologus profundus, necnon concionandi munere clarus, aliqua ſcripſiſſe ferunt *Theologica, & Moralia, tum etiam ad Conciones ſpectantia*, eorum tamen Titulum non habemus.

CONSTANTINVS A' PANORMO Siculus, Panormitanæ Provinciæ alumnus, Concionator, ac S. Theologiæ Profeſſor; vir in humanis, ac divinis litteris eruditus, religioſa morum gravitate notatus; Scripſit varia Opuſcula, inter quæ extant impreſſa:

*Compendium Privilegiorum, atque Indulgentiarum à Summis Pontificibus conceſſarum tam Fratribus, quàm Monialibus Ordinis S. Franciſci, & S. Claræ, quàm etiam ſæcularibus eorundem Ordinum Benefactoribus.* Panormi apud Didacum Buam 1650.

*Sacrum Viridarium omnibus Benedictionibus refertum &c.* Ibidem 1684.

CORNELIVS CASTELLVCCIVS, natione Italus, Patria de Vrbino, illius Ducatus Metropoli, Provinciæ Picenæ Concionator, ac Diffinitor: vir ob præclaras naturæ, ac gratiæ dotes, ob ſingularem vitæ integritatem, perfectum regularis obſervantiæ zelum, necnon juge, aſſiduumq; orationis ſtudium ab omnibus illius Provinciæ Patribus admodum commendatus. Scripſit Latino, & poſteà Italico Idiomate, prę-loq; ſubmiſit Opuſculum magnum exhalans devotionis odorem ſub Titulo:

*Iacula Divini amoris, in quibus verba cœleſtis ſapientiæ, & Regnum Dei,*

*Dei, quod intra nos eſt, latens, in duas partes diſtributum*. Prima pars *continet plurima documenta maximè neceſſaria illis, qui proficere cupiunt in via virtutis*: ſecunda pars *continet deſcriptionem integram totius orationis mentalis*. Venetiis 1593. apud Bartholomęum Caſapellum in 8. Obiit feliciſſimus in Chriſto Firmi in Piceno annos natus 79. Religionis 62. anno 1603. Et de illo meminerunt Vvaddingus lib. de Scriptor. Franciſc.& Ludovicus Iacobillus lib. de Scriptoribus Vmbriæ.

CORNELIVS RECINETENSIS, natione Italus, Provinciæ Picenæ Concionator; vir ob vitæ ejus perfectionem, & res præclarè geſtas in Religione conſpicuus. Hic adoleſcens annorum 16. noſtræ Congregationi nomen dedit, omniumque ferè virtutum ſplendoribus refulgens; & ob id ad præcipuas ſuæ Provinciæ dignitates evectus, quanto clarior ob merita, & titulos honorum in Religione apparuit, tanto major humilitati ejus facta eſt acceſſio. Commiſſarii Generalis in Provinciis Sabaudiæ, & Coloniæ munus exercuit, ubi ab ipſis etiam Hęreticis virtutum ejus amore captis, veluti inſignis Dei ſervus fuit honoratus, eorumque non pauci Calvini erroribus abjuratis, Catholicæ Eccleſiæ manus dederunt. P. Hieronymus à Caſtroferrettorum Miniſter Generalis eũ etiam delegavit in Belgium, ut noſtræ Religionis nuper ibi erectę primos fętus educaret; ſtatimque Guardianus Antuerpienſis creatus, ſe verę ſanctitatis exemplar oſtendens, puram, & ſinceram Regulæ obſervantiam in ea Provincia propagavit. In oratione fuit aſſiduus, in paupertate nudus, in arcta rerum omnium penuria vixit; à gulæ illecebris ſemper abhorruit; divina charitate efferbuit, proximorũ ſaluti incubuit, infirmi corporis dolores, & angores invicta conſtantia tulit; totoq; vitæ ſuæ tempore apoſtolicis inhærens veſtigiis, ſe virum planè Apoſtolicum oſtendit. Plura ſcripſit ex habitis relationibus, inter quæ extant M.S.

*Tractatus de Paupertate Regulari, & Seraphica Fratribus Minoribus à S. P. N Franciſco per Regulam præſcripta*: &

*Quæſtiones Regulares circa Caſus reſervatos ſecundùm Bullam Clementis VIII.* Obiit Recineti anno 1632. illique in agone Cardinalis Roma tunc Epiſcopus Recinetenſis Apoſtolicam Benedictionem juxta facultatem ſibi ab Vrbano VIII. conceſſam impertiit: eoque defuncto omnes Religioſi in Civitate degentes, magno Populi confluxu piis ejus exequiis interfuerunt: in quibus Concionator eximius ex Societate IESV funebri oratione demortui virtutes, & merita multis encomiis eſt proſecutus. Vitam ejus deſcripſit Marcellinus de Piſè Tom.3. Annal. Capuc. pag. 898. §. 1. & de eo meminit Ardinghellus in Append. Congeminatę vocis Turturis.

CYPRIANVS CROVSERS, natione Belga, Patria Antuerpienſis, Provinciæ Flandriæ Miniſter Provincialis, totius noſtri Ordinis Diffini-

finitor, necnon per tractum Rheni Commiſſarius Generalis: vir egregiis animæ, & corporis dotibus prędirus, in omnibus ſcientiis, præcipuè Theologicis, paribus ingenio, doctrina, ac pietate præſtantiſſimus. Scripſit, & poſteris porrexit:

*Lectiones Paręneticas in Regulam FF. Minorum, in quibus non vulgaria ad formandos mores Religioſorum, vel aliarum ſpiritualium perſonarum documenta ſuggeruntur.* Coloniæ apud Arnoldum Kempens, & Ioannem Kinkium anno 1625. Tom. 1. in 4. Obiit Genuæ in noſtro Conventu Immaculatæ Conceptionis, dum Roma ex Capitulo Generali regrederetur in ſuam Provinciã anno 1637. ætatis ſuæ 68. De illo meminerunt Vvillotus in Athenis Orthodoxis: Vvaddingus lib. de Scriptoribus, ut ſupra: Torreçilla in ſpeculo Seraphicæ Religionis, ubi de Capucinis, & alii.

CYPRIANVS GAMMACHENSIS, natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis alumnus, evangelici verbi Declamator non vulgaris, Sacræ Theologiæ Profeſſor eruditus, ob eximium ejus Fidei Catholicæ zelum, ac innocentioris converſationis amabilitatem Miſſionarius Apoſtolicus in Angliam à Summo Pontifice ſpecialiter deſtinatus, Henrichettæ Magnæ Britanniæ Reginæ Oratorii Præfectus, necnon Sereniſſimæ Duciſſæ Aurelianenſium ejus filiæ Confeſſarius. Vir conſcientiæ candore, & angelica propemodum puritate ditatus: qui per plurimos annos in Aula prędictę Reginæ ſumma cum virtutum laude, religioſęq; vitæ exemplo eſt commoratus. Scripſit Gallico Idiomate duo Volumina in 4. in quibus continentur Exercitia animę Regię, ſeu, Officia propria hominis Chriſtiani, & pręcipua. Eorum Titulum Gallicè hic exponimus:

*Exercices d' vn' Ame Royale, ou les devoirs les plus importans du Chreſtien, enſeignes a Son Alteſſe Royale Madame Henriette Princeſſe de la gran Bertagne.* Tom. 2. Pariſiis ex Typographia Regia anno 1631. & denuò 1655. Scripſit etiam, & evulgavit eodem Idiomate alia duo Volumina ſub Titulo:

*La vie, e la mort chreſtienne, ou les Moins familiers du bien vivre, e bien mourir chreſtiennement.* Pariſiis apud Cramoiſy anno 1658.

*De Miſſione Capucinorum in Angliam ab anno* 1630. *uſque ad annum* 1658. Ibidem 1659.

CYRILLVS AB ALICANTE, natione Hiſpanus, Provincię Valentię Miniſter Provincialis, ac Sac. Inquiſitionis Qualificator; vir felicis ingenii, Theologus profundus, ac fructuoſus evangelicus Operator; Edidit Hiſpanico Idiomate:

*Sermones diverſos de Sanctis.* Valentię, 1659. & 1663.

CYRILLVS BERGOMENSIS Italus, Brixienſis Provincię alumnus; vir in concionibus eruditus, Sacrę Theologię Profeſſor ingenuus, in humanis, ſacriſque litteris excultus, ac in Arte Poetica excellens: qui ſcientię eminentiam, & conſcientię innocentiam copulare edoctus,

verę

verę virtutis iter inoffenſo pede, ſolicitoque greſſu calcare ſemper ſtuduit. Scripſit:

*Centuriam Epigrammatum, duplexque Carmen Elegiacum, Genethliacum ſuper Chriſti patientis amorem: Opuſculum meditantis animæ pęnitentis.* Brixię anno 1681. Tom. 1. in 8. & antea Carolopoli anno 1683. apud Thomam Poncelet.

*De Morientium Eleemoſynis, iis nempè, quæ Fratribus Minoribus S. Franciſci Regulam profitentibus interdum in ultimis voluntatibus legato, fideivè commiſſo præſtandæ relinquuntur, præſertim annuatim, & in perpetuum. Conſilia Iuridico-moralia.* Tom. 1. in fol. Lugduni in officina Aniſſoniana anno 1680.

Habet paratum pro pręlo Opus Theologicum Scholaſtico-myſticū ſub Titulo:

*De Obligatione procurandæ perfectionis tum ſpecialiter Religioſis pro cujuſcunque profeſſionis modulo, tum communiter cunctis Chriſtifidelibus ex vi Divini mandati &c.*

CYRILLVS A' SANCTA CRVCE, natione Hiſpanus, Provincię Cathalonię Concionator, famoſus olim in Academia Barcinonenſi Eloquentię Profeſſor, quam per 14. annos publicè docuit. Hic annos natus 39. ea, quę ſunt mundi, faſtidiens, altioris eloquentię deſiderio illectus, quam in Seraphica Academia edoceri exiſtimabat, totum ſe Capucinis imbuendum tradidit; & qui alios in arte diſertè loquendi inſtruxerat, rationem benè agendi diſcere propoſuit. Vir fuit maximæ humilitatis, & aſſiduę orationis: paupertatem, charitatem in proximos, carnis mortificationem, ac ſolitudinem ſummoperè excoluit. Sed diuturna ejus abſtinentia ſupra vires hominum extitit, quippe plures agebat dies abſque omni cibo, & potu; ita ut quandoq; illi robur omne penitùs exciderit. Antequam Religionem ingrederetur plurima ſcripſit, eaque magnam eloquentiam, ingeniique præſtantiam redundantia; ſolùm tamen poſt habitum ſuſceptum Typis dari permiſit latino Idiomate.

*Volumen Epiſtolarum Familiarium*, &

*Compendium Artis Rhetoricæ*: quæ fuerunt impreſſa Barcinone anno 1619. Meritis, & virtutibus clarus obiit in noſtro Conventu Villæ (vulgò *Maturo*) anno 1630. magnamque poſt ſe famam ſanctitatis reliquit. Ejus geſta deſcribuntur à Marcellino de Pisè Tom. 3. Annal. Capucinorum §. 136.

DANIEL

# D

DANIEL ANTVERPIENSIS, natione Belga, Provinciæ Flandriæ alumnus, vir devotis moribus compoſitus, Concionator fervidus, & eruditus, orationis, divinorumque contemplationis ſtudioſus; Scripſit Gallico Idiomate:

*Meditationes de Paſſione Domini pro ſingulis diebus totius anni.* Tom. 2. in 8. Antuerpiæ 1673.

*Meditationes pro diebus feſtis Sanctorum per anni circulum occurrentibus.* Ibidem 1674. Tom. 1. in 8.

DANIEL A' SANCTO-SEVERO, natione Gallus, Provinciæ Aquitaniæ alumnus; vir maximo ingenio, excellenti memoria, omniumque ferè linguarum peritia excultus, Sacræ Theologiæ Profeſſor eximius, ſtrenuus Catholicæ Fidei propugnator, Evangelicæ veritatis defenſor, ac regularis obſervantiæ zelator. Scripſit, præloque ſubmiſit Gallico Idiomate Opus ſub hac Epigraphe.

*Chriſtomachia expugnata, ſive de deſcenſu Chriſti ad Inferos adverſus Calviniſtas.* Tom. 1. in 8. Lugduni apud Pilehottum 1618. Evulgavit etiam latinè:

*Acta diſputationis Bearnenſis contra quendam Miniſtrum Carolum nuncupatum.* Toloſæ apud Colomiez anno 1620. in 8.

*Epiſtolam valdè prolixam ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. D. Coſmam Bardans Epiſcopum Carpentoratenſem Vicelegatum Legationis Avenionenſis de Collatione, & Diſputatione cum Nomauſenſibus, & Septimaniis factionis Calviniana.* Avenione apud Iacobum Bremereau anno 1625.

Mortuus eſt Provincialis ſuæ Provinciæ Aquitaniæ anno 1635. cùm fracta navi, in qua ferebatur, immerſus aquis omnes alios in eodem caſu pereuntes, uſque ad extremum vitæ halitum ferens præ manibus Crucifixum, ad benè moriendum adhortaretur. De eo meminit Vvaddingus lib. de Scriptor. FF. Minorum litt. D.

DESIDERIVS DE BELLAGRANDIS, natione Italus, Patria ab Oriano, Provinciæ Brixienſis alumnus. Hic in Miſſionibus contra Hæreticos in Rhetia munus Apoſtolicum per plures annos fideliſſimè ſuſtinuit, & ſolicitus in Chriſti evangelio explicando, ignaros pro catecheſi docendo, morum reformationem, & chriſtianam pietatem promovendo, infatigabiliter perduravit. Scripſit latinè Opuſculum ſub Titulo:

*Refectio ſpiritualis Sacerdotum, ſive, Præparatio ad Miſſam, & gratiarum actio, cum aliis monitis pro Confeſſione, & Communione omnibus Chriſtifidelibus neceſſariis.*

M Bri-

Brixiæ apud Ricciardos anno 1667. Tom. 1. in 8.

DIDACVS DE BILLON, natione Gallus, Provinciæ Britanniæ Concionator, ac Miſſionarius Apoſtolicus in pluribus locis Pictavienſium, in quibus non infructuoſè laboravit; Deſcripſit, ac edidit:

*Narrationem plurium converſionum virorum illuſtrium, quæ factæ ſunt opera Capucinorum in Miſſionibus Pictavienſibus*. Tom. 1. in 12.

DIDACVS DE QVIROGA, Provinciæ Caſtellæ Miniſter Provincialis, & Sac. Inquiſitionis Qualificator; vir generis nobilitate, ſapientiæ culmine, doctrinæ præſtantia, & ingenii ſubtilitate Sapientum primorum numero coæquandus, ad omnium humanarum, divinarumque litterarum ſtudium progenitus, ſumma in pertractandis, ac gerendis difficillimis illius temporis negotiis dexteritate, conſtantiâ, ac prudentia præditus, ita ut, ob ejus præclarè res geſtas, & merita, Ferdinandus III. Imperator, & Philippus IV. Rex Catholicus eum ſibi à ſacratiſſimis Conſiliis elegerint; ſimulque Maria Auſtriæ Imperatrix, Maria Anna ejuſdem Philippi IV. conjux, necnon Maria Thereſia ejus filia Regina Galliæ à Confeſſionibus ſibi adſciverint, inſtantiſſimèque ab Vrbano VIII. Pontifice Maximo poſtulaverint, ut illum in S. Cardinalium Collegio adſcriberet, quamvis ille eam dignitatem magna animi conſtantia, & mentis humilitate recuſaverit. Multa ſcripſit tã *Philoſophica*, quàm *Theologica*, ſicut teſtatur Ioannes Caramuel, quia tamen illorum Operum Titulum non habemus hìc notanda relinquimus.

De hoc eximio, ac doctiſſimo viro idem Ioannes Caramuel Epiſcopus in primo Tomo ſuæ Theologiæ Fundamentalis Fundam. 5. Titulo Syntheſes Regulares num. 825. pag. 394. impreſſionis Francofordienſis in Quæſtione: An Theologi viventes poſſint citari, quamvis nullos libros Typis dederint? ſic honorificè loquitur. *Reverendiſſimum Patrem Didacum de Quiroga inter intimos habui, dum Viennæ viveret; & modò dum triumphat inter Cælites [ſic ſpero] inter maximos Patronos veneror; ſubtiliſſimum, doctiſſimum, ingenioſiſſimum. In Philoſophia habebat multa præclarè cogitata: in Theologia multa magni momenti; & ut inſinuem aliquid, in materia de Auxiliis, rejecta ſcientia media, & phyſicis prædeterminationibus, pulchrè, & clare exponebat, quæ Thomiſtæ, & quæ Moliniſtæ non clare. In Politicis ſummus: tota enim ille vita negotia publica tractaverat; & iam octogenarius, aut ferè, erat auxilio Regi, & directioni univerſis Legatis. At, quia confidebat memoriæ, etiam in illa ætate prodigioſæ, nihil ſcribebat omninò*. Hæc Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Caramuel. Obiit Quiroga Matriti anno 1648. ætatis ſuæ 82. pro cujus morte omnes viri docti in Hiſpania ingemuerunt; ejuſque funera cuncti Hiſpaniarum Principes, & Magnates, & idem Apoſtolicus Nuntius Iulius Roſpilioſus (quem poſteà ad Sum-

Summum Romani Sacerdotii Culmen evectum ſub Clementis IX. nomine venerati ſumus) magna Nobilium ipſius cadaver ſectantium frequentia aſſociati, ſummo honore, & devotione ſunt proſecuti.

DIDACVS SGROY, natione Siculus, Patria Meſſanenſis, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Sacræ Theologię Profeſſor, vir doctus, & rara ſelectioris ſtudii notitia perpolitus: qui etiam Diffinitoratus, ac Provincialatus magna cum prudentiæ, ac obſervantiæ regularis laude munus obivit: Scripſit latinè, ac prælis ſubmiſit Opus ſub hoc Titulo:

*Lux Prælatorum, præſertim Regularium, necnon Curiæ ſæcularis foro criminali, tum theoricè, tum practicè accenſa.* Venetiis Typis Brigoncii anno 1675. Tom. 1. in 4.

DIDACVS TOLETANVS, natione Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ alumnus, Sac. Theologiæ Profeſſor, ac Concionator celebris. Edidit Hiſpanico Idiomate:

*Sermones diverſos de Sanctis.* Matriti anno 1668.

DIONYSIVS DE ABBATIBVS, natione Italus, Patria à Montefalchio, Vallis Spoletanæ Oppido, Provinciæ S. Franciſci alumnus. Hic, cùm eſſet Iuris utriuſque laurea decoratus, & Aloyſii Cardinalis Capponii Secretarius, temporali generis nobilitate neglecta, ac omnibus mundi honoribus nobiliori animo calcatis, divinam ſibi in Religione Capucinorum ſervitutem elegit, & in eo pro ingenii excellentia in Theologica Facultate, ac concionandi munere præſtans, omnibuſque virtutibus, quæ virum perfectum, & apoſtolicum componunt, emicans; magnum ſibi apud univerſos nomen comparavit. Vir fuit honoris Dei, & animarum lucrandarum zelo plenus, totuſque divino amore flagrans, adeò ut ſemper vultu, ac animo in cœlum ſublatis incederet, & ubique Deum ſemper præſentem contemplaretur. Scripſit, & in meliorem formam redegit Italico Idiomate:

*Artem unionis cum Deo, olim editam latinè à P. Ioanne de Fano,* quam anno 1622. Romæ iterùm cum ſua reſtauratione, & additione Typis mandavit unà cum vita ſupradicti P. Ioannis. De eo meminerunt Vvaddingus lib. ut ſupra, & Ludovicus Iacobillus lib. de Scriptoribus Vmbriæ: qui addit eum obiiſſe Peruſiis anno 1623. & poſteris ſanctimoniæ famam reliquiſſe.

DIONYSIVS DE CARLIS, natione Italus, Patria Placentinus, Bononienſis Provinciæ Concionator, & olim Miſſionarius Apoſtolicus ad Regnum Congi; Scripſit vulgari Idiomate.

*Narrationem ſui itineris ad ſupradictum Regnum, addita relatione De moribus illius Nationis.* Prodiit primùm Rhegii apud Proſperum Vedrottum anno 1672. deinde Bononiæ apud Ioſephum Longum anno 1674. in 8. & in 12.

DIONYSIVS LVXEMBVRGENSIS, natione Germanus, Provinciæ Rhenanę filius; vir, non minus in declamandis concionibus fer-

vens, & eruditus, quàm doctrinę auctoritate in ſua Provincia commendatus: Edidit Opus inſcriptum:

*Inſpectio Bibliorum, in quo fundamenta Hæreticorum egregiè convellit*. Coloniæ 1684. Prælo ſubmiſit etiam:

*Cōciones Quadrageſimales*. Tom. 1. Ibidem 1684.

*Conciones Annuales*. Tom. 1. 1686.

*Conciones de Sanctis*. Tom. 2. Ibidem 1685.

*Liber de Antichriſto Germanico Idiomate*. Tom. 1.

*Blateramentum Prædicantium*. Tom. 1.

*De Quatuor Noviſſimis Germ.* Idiom. 1685.

*Legendam Sanctorum per totum anni decurſum* 1684.

*De Sextiduana recollectione*. Tom. 1.

*Conciones de Ieſu Chriſto*. Tom. 1. 1689.

*Lata porta, & ſpatioſa via, quæ ducit ad perditionem* anno 1690.

*Fuga viæ infernalis*. Tom. 1. 1690.

DIONYSIVS MASSILIENSIS Gallus, alumnus Provinciæ S. Ludovici, ac ſæpiùs Guardianus; vir non ſolùm doctrina, ſed etiam morum perfecta compoſitione ornatus: qui publicis, & privatis diſputationibus Calviniſtarum perfidiam ſæpiſſimè deteſtatus, zelotem Fidei Catholicę propugnatorem ſeſe oſtendit. Scripſit latinè, & evulgavit:

*Reſponſiones quaſdam ab eo datas contra falſam doctrinam nonnullorum Hæreticorum Sectæ Calviniſticæ*. Maſſiliæ 1657. in 8.

DIONYSIVS DE RIVES, natione Gallus, Patria Avenionenſis, divini verbi fervidus Declamator, in Sacris Scripturis abundè verſatus: cujus ingenii, doctrinæ, ac ſapientię præclara extant in Provincia S. Ludovici teſtimonia. Scripſit, ac pręlis commiſit Latino Idiomate Opus doctiſſimum, in quo agit:

*De Primatu S. Petri, & Eccleſię viſibilis infallibilitate contra Athęos, Iudæos, & Hæreticos*. Lugduni ſumptibus Benedicti Caroli anno 1662. Tom. 1. in fol. Scripſit inſuper, & edidit:

*Triplicem Tractatum Sacrę Scripturæ, in quibus multa præclarè dilucidat ad Sacrum Textum ſpectantia*. Ibidem apud eundem anno 1660. Tom. 1. in fol.

*Tractatum de mutatione ſabbati in Dominicam*. Ibidem in 8. 1661. apud eundem.

*Tractatum de ſignificatione verbi Creo*. Ibidem 1661.

DIONYSIVS VVEILENSIS Germanus, quem Provincia Colonienſis, virum pium, & eruditum, Diffinitorem, Sacræ Theologię Lectorem, ac Concionatorem ſalutis animarum ſtudioſiſſimū nobis exhibet; Edidit librum de vera Pęnitentia Germanicè inſcriptum: Redlicher Teutſcher; Ideſt:

*Tractatus de vera pœnitentia ex cana, venerandaque Antiquitate collectus, perditiſſimis hiſce temporibus, quibus innumeri per falſas, & in-*

con-

*congruas pœnitentias miſerrimè decipiuntur, maximè neceſſarius*. Coloniæ 1684.

Item edidit Germanicè:

*Librum De Virtutibus antiquorum Germanorum, in quo graviores Fidei Controverſiæ pacificè pertractantur*. Item evulgavit alia duo Opuſcula latino Idiomate, quorum Titulus eſt:

*Philanton, ſive Animadverſio in Animadverſionem, quam Dominus Hermannus Coringius Profeſſor Helmoſtadienſis in Novenam S. Antonii de Padua anno* 1675. *Hannovaræ editam infeliciſſimè attentavit: cui inſerta eſt curioſa, & ſolida pertractatio totius materiæ controverſæ De Invocatione Sanctorum*. Hannovarę Typis Vvolffagangi Schevvendimani 1676.

*Philanton vindicatus, ſive Hermannus Coringius ob Andabaticam ſuam* 1677. *Helmoſtadii editam diſcuſſionem juſte, ſed tamen miſericorditer, caſtigatus*. Ibidem anno 1678. Inſuper typis dedit Opera, quorum Titulus eſt,

*Pſeudopœnitens*. Tom. I. Coloniæ 1688.

*De falſa Pœnitentia*. Tom. I. Ibidem 1688.

DIONYSIVS VIRIENSIS, natione Gallus, Provincię Normanniæ Concionator, ac Diffinitor; vir doctrinę, ac ſapientię nomine clarus, clarior autem ſpirituali virtutum omnium exercitamento. Hic per 18. annorum ſpatium Sacram Theologiam in eadem Provincia, Divinamque Scripturam interpretatus, quamplurimos verbi Dei Pręcones Eccleſiæ, & Religioni Seraphicæ doctrina, ac pietate illuſtres, ſuique imitatores inſtituit. Totus Catholicę Fdei propagandæ, animarumque ſalvandarum zelo efferbuit, ac Converſionem Hæreticorum ſemper inhians, quatuor & amplius illorum millia concionibus, colloquiis, ac diſputationibus ad Eccleſię Romanę ſinum reduxit. Et, ut magis, magiſque Catholica, & Apoſtolica Veritas inter Hæreſum tenebras eluceſceret, per triginta & unum annos quotidie ſemper habuit concionem de Controverſiis in eximio, ac regio Divi Audeni Monaſterio Rothomagenſi. Doctrina ejus ſibi potiùs infuſa, quàm humanis viribus acquiſita erat; & hanc oratione aſſidua, vitæ auſteritate, carnis maceratione, ac mirabili abſtinentia ſummoperè illuſtrans [ſex enim luſtra peregit, in quibus omninò à carnibus, ovis, & piſcibus ſemper abſtinuit] lucerna lucens, & ardens, ac neque manducans, neque bibens, communiter appellabatur. Vitam denique, quam in aſſiduis, ac piiſſimis laboribus pro Eccleſiæ exaltatione, & animarum ſalute duxerat indefeſſam, cupiens diſſolvere; enixè à Deo poſtulavit ultimum diem obire in Miſſionibus Hęreticorum converſioni occupatus: quare in Pago Bellimontio, ad octavam Rothomago leucam, magno ſapientiæ, doctrinæ, ac ſanctimonię nomine celebris, in ipſo actu concionandi placidiſſimè animam reddidit ſuo Creatori. Hujus corpus omnes Loci Magiſtratus Eccleſiaſticorum,

&

& Nobilium Ordinibus conjunctiꝯ à Capucinis illud Rothomagum deportare volentibus, vi, & conatibus ſanctis erectum, piiſſima, ac ſolemni funerum pompa, Populorumque etiam exterorum concurſu, ſepulcro ſupra terram elevato, honorificè condiderunt, & uſque in hodiernum diem magno, & continuo devotæ plebis confluxu decoratur. Scripſit latinè:

*Schedulam charitativæ provocationis ad certamen ſimulatæ Synodo Quivillianæ menſe majo anno 1650. celebratę, & toti univerſaliter Hugonotiſmo ſui erroris venenum reſpergenti.* Opuſculum quidem parvum mole, ſed magni ponderis, ac utilitatis, plurimiſque Idiomatibus ſæpiùs impreſſum. Pariſiis anno 1650. & ſequentibus apud Ioannem Nauclerum. Obiit ipſo die Feſti S. Dionyſii ſexto Idus Octobris anno reparatæ ſalutis 1656. Ad cujus ſepulcrum ab Incolis Bellimontis in ipſius honorem ſequens Epitaphium fuit appoſitum.

I. M. F.

*Siſte viator,*
*Et, quod inſcius calcas, reverere, & time:*
*Suo quippe ſepultus Trjumpho*
*Illa ſub tumba quieſcit, qui nunquam quievit*
*R. P. Dionyſius Virienſis Concionator Capucinus,*
*Eccleſiæ propugnaculum, Hæreticorum fulmen,*
*Donec excitetur tuba Dei ſonante.*
*Hunc Sorbona formavit Theologum,*
*Religio Seraphica reddidit Seraphinum,*
*Et Sancta Sedes Miſſionarium Apoſtolicum delegavit.*
*Vixit, ut alter Io: Baptiſta, neque manducans, neque bibens,*
*Solis leguminibus contentus*
*Per triginta tres annos:*
*Converſatus eſt ut alter Paulus, omnibus omnia factus,*
*Vt omnes Chriſto lucrifaceret:*
*Quotidie ſibi moriens, ut alter Franciſcus,*
*Soli ſuo vixit Ordini.*
*Quem unum ſibi Con[illegible]natorem fecit,*
*Magiſtrum Novitiorum, Guardianum, Lectorem*
*Tum in Philoſophia, tum in Theologia.*
*Qua[illegible]or millia, & ampliùs virorum, ac mulierum,*
*Quos Calviniana Hæreſis eripuerat Chriſto,*
*Eccleſiæ ejus Sponſæ reſtituit:*
*Ac tandem Defnitor tertiò electus,*

*Et*

*Et Bellimontis cum duodecim aliis Capucinis*
*Miſſionem exercens per quadraginta dies,*
*Raptus eſt in Cęlum tempore Autumni an.* 1658.
*Quaſi mortuus Æternitati*
*In libra, quia Iuſtus, die Sabbati tanquam ad requiem deſtinatus,*
*Et die nona Octobris, ut nominis omen impleret,*
*Ætatis an.* 65. *Relig.* 42. *Vade, & ipſum imitare.*

DOMINICVS A' BVSCHETTO, natione Italus, Provinciæ S. Franciſci alumnus; vir ob ejus compoſitam morum integritatem, mentis humilitatem, ſpiritus paupertatem, pudicitiæ candorem, vultus verecundiam, oculorum demiſſionem, carnis mortificationem, Angelus paſſim ab omnibus appellatus. In cujus corde, præter aſſiduum orationis ſtudium, ardentes ſagittæ conflabantur, tum ad divini amoris incendium in ſeipſo excitandum, tum ad penetrandum hominum corda, ac Dei verba inflammanda. Qui copioſo cęleſtium donorum rore reſperſus, ſpiritu prophetico, multarum rerum revelatione, plurimis, maximiſque miraculis fuit illuſtratus: Qui erga Beatiſſimam Virginem Dei Matrem admiranda devotione affectus, & ab illa ſæpiùs ſuis aſpectibus, & colloquiis recreatus; non ſolùm multis, & diurnis obſequiis eam excoluit, ſed etiam ad illius obſequium, amorem, & devotionem Populos, tum in privatis ſermonibus, tum publicè in concionibus aſſiduè provocavit. Scripſit Italicè Opuſculum cęleſtem ſpirans devotionis odorem ſub hoc Titulo:

*De Sanctiſſimæ Virginis Dei Genitricis MARIÆ Nominis invocatione* impreſſum Romæ anno 1610. & anteà Venetiis anno 1580. Obiit ſanctiſſimè in noſtro Cœnobio Tiphernenſi anno 1589. die 8. Septembris ætatis ſuæ 76 Religionis 56. cum tota Vmbria lugente, quam ſibi arctè devinxerat innumeris actibus beneficis, quos etiam defunctus præſtare non deſinit. Illius vita admiranda deſcripta eſt ſatis luculenter more ſuo à Boverio Tom. 2. Annal. Capucinorum ad annum prædictum. De eo pariter meminerunt Hyppolitus Maraccius lib. de Scriptor. Marianis, Vvaddingus lib. de Scriptor. Ordinis Minorum, & Ludovicus Iacobillus de Scriptor. Vmbriæ.

DOMINICVS DE FRANCAVILLA, natione Italus, Provincię Hydruntinæ Concionator, Diffinitor, ac Miniſter Provincialis; Edidit Opuſculum Latino Idiomate compoſitum ſub Titulo:

*Directorium quotidianum, tam Religioſi Sacerdotis, quàm ſęcularis.* Neapoli 1687.

DOMINICVS INTERIANVS Genuenſis, ejuſdem Provincię alumnus, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor, vir doctus, & eruditus, ad omnes ſcientias facilis, ac prompti ingenii: qui in pluribus Italiæ Civitatibus facundiſſimi, ac admirandę memoriæ

Con-

Concionatoris nomen ſortitus eſt, & famam. Evulgavit Opuſculum ſub hac Epigraphe:

*Genova Illuſtrata, Panegirico Poetico, con un Diſcorſo intorno alla Poeſia, dedicata all' Illuſtriſſimo Sig. Anſaldo Mari.* Prodiit Genuę ſub nomine Ioannis Antonii Interiani, apud Petrum Io: Calenzanum 1644. Edidit etiam Latinè:

*Orationem ab eo habitam Genuæ in adventu PP. Diffinitorum illius Provinciæ.* Mediolani anno 1641. Scripſit inſuper, & elaboravit Italico Idiomate Volumen in duas partes diſtributum ſub hoc Titulo:

*Teatro de' Principi della Famiglia Cybo.*

DOMINICVS PAMPELONENSIS, natione Hiſpanus, Provinciæ Navarræ Definitor; vir doctus in variis ſcientiis, & præcipuè in Sacris Canonibus eruditus, religioſis moribus decorus; Scripſit, & edidit:

*Allegationes varias valdè copioſas, & eruditas.* Quo loco ſint impreſſæ adhuc me latet. Citatur à Torreçilla in ſua Apologia Queſt. 6. n. 693.

DONATVS A' CORTENO, natione Italus, Provinciæ Brixiæ alumnus, Concionator fervidus, & ſalutis animarum zelator; qui doctrina, & apoſtolicis virtutibus prærornatus, ad Fidem Catholicam in Rhetiam propagandam à Superioribus deſtinatus, ſedulus, ac Evangelicus Operarius per plures annos circuivit Oppida, Caſtella, & Pagos, & ad juga montium nudis ſemper pedibus, eaque nive cooperta perrexit, ut Concionibus, & Catechiſmo turbas de his, quæ ad Fidem pertinent, erudiret: necnon potens opere, & ſermone pleroſque prius pertinaces Sectarios induxit, ut ab erroribus anteà propugnatis reſilirent, & Catholicæ Fidei manus darent. Scripſit:

*Opuſculum Catethicum de Controverſiis ad Fidem ſpectantibus pro uſu Miſſionum.* Obiit devotiſſimè in Rhetia in Oppido Centi, dum converſioni Hæreticorum inſudaret, Sacramenta peſte morientibus magno cum charitatis ardore Catholicis miniſtrando anno 1630. De eo meminit Marcellinus de Piſè Tom. 3. Annal. Capuc.

DOROTHÆVS AQVENSIS, natione Gallus, Provinciæ S. Ludovici alumnus; vir candidis moribus præditus, regularis diſciplinæ ſtudioſus, & ſingulari in Divam Mariam Magdalenam devotione affectus. Scripſit Gallico Idiomate:

*Tractatum de pęnitentia Sanctæ Mariæ Magdalenæ.* Prodiit Aquisſextiis anno 1649. in 12.

DOROTHÆVS BETERRA, natione Italus, Patria Brixienſis; vir egregiè doctus, & morum perfecta compoſitione ſpectabilis, qui munus Concionatoris, ac Sacræ Theologię Lectoris per plures annos in ea Provincia obivit, maximiſque virtutibus, quæ decent Evangelicum Declamatorem, ac ſacrarum doctrinarum Profeſſorem, ſemper enituit: cujuſque ſapientiam, doctrinam, prudentiam, Fideique Catholicæ zelum agnoſcentes Eminentiſſimi

Pa-

Patres Congregationis de Propagandafide, eum ſibi Romę in Theologum adſciverunt. Scripſit Italico ſermone:

*Expoſitionem ſuper Regulam FF. Minorum, quæ paſſim legitur in Provincia Brixienſi*; &

*Septem Monita præcipua, cuilibet Chriſtiano neceſſaria ad ſecurè incedendum in viam ſalutis*. Brixiæ apud Vincentium Sabbium anno 1590. Bonis operibus plenus Brixię corporis ſarcinam depoſuit anno 1624. pridie Kalendas Iunii, ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſecundo. De eo meminit Vvaddingus lib. de Script. FF. Minorum.

# E

ELECTVS LAVFFEMBVRGENSIS, natione Germanus, Provinciæ Auſtriæ Anterioris, in qua ſe religioſo ſtatui mancipavit, Concionator non vulgaris, Miſſionarius Apoſtolicus in Regionibus Orientis, ſcripſit Germanicè:

*Chronicon Provinciæ Capucinorum anterioris Auſtriæ*, &

*Relationem de ſua Miſſione in Archipelagum*. Obiit anno 1672.

ELIGIVS BASSÆVS, natione Belga, Provinciæ Vallonię alumnus; vir in Moralibus doctrinis noſtro ęuo ſatis notus; qui pluribus naturæ, & gratiæ prærogativis inter multos excellens, regulatæ obſervantiæ, & obſervantioris profeſſionis æmulator, compoſitis moribus, & vitæ integritate fuit ſemper laudabilis; inter multa laboris ſui, ſuo ingenio, & genio digna Opera, & ſtudio profutura poſteritati; Confecit, & in lucem emiſit duo Volumina in folio Theologiæ Moralis, quibus hunc appoſuit Titulum:

*Flores totius Theologiæ Practicæ, tum Sacramentalis, tum Moralis ex probatiſſimis Doctoribus fideli manu collectos*. Primus Tomus prodiit primùm Antuerpiæ apud Petrum Bellerum anno 1643. ſecundò ibidem 1645. tertiò Venetiis 1648. & poſtremò Lugduni 1653. ſumptibus Hieronymi de la Garde.

Secundus Tomus, qui eſt Supplementũ primi prodiit Lugduni ſumptibus Laurentii Aniſſon, & Io: Baptiſtæ Devenet 1659. & noviſſimè novo ordine Alphabetico compilati, & locupletati prodierunt Ibidem 1663.

ELISEVS DE BELLAGRANDIS, natione Italus, Patria ab Oriano, Provinciæ Brixienſis Concionator, Sac. Theologiæ Profeſſor, atq; Iuris utriuſque Doctor; qui in pluribus Italiæ Civitatibus lumine prædicationis emicuit, ac religioſis virtutibus, ſingulari prudentia, & Seraphicæ diſciplinæ obſervantia refulgens; eandem ſuam Provinciam ſe-

mel, & iterùm per integrum triennium gubernavit. Scripſit, & edidit:

*Compendium rerum criminalium theoricè, ac practicè digeſtum.* Venetiis ex Officina Petri Antonii Brigoncii 1672. Tom. 1. in 4. Scripſit etiam.

*Quæſtionum Criminalium ſtylo ſcholaſtico digeſtarum Volumina duo in folio.* An verò ſint impreſſa ex relationibus non habemus. Obiit devotiſſimè anno 1675.

ELISEVS PESENTIVS, natione Italus, Patria Bergomenſis, Provinciæ Brixienſis alumnus; vir nobili ortus progenie, ſed nobiliori divinarum litterarum, ac virtutum corona exornatus. Hic poſt Theologica ſtudia ad munus prædicationis aſſumptus, cùm eſſet ingenio profundus, in addiſcenda lingua Hębrea, ejuſque percipiendis myſteriis totus incubuit. Quare in hoc ſtudii genere tantum profecit, & excelluit, ut non ſolùm per totam triginta annorum ſeriem illam quotidie publicè explicaverit; quinimmò, propter explicationum ſubtilitatem, ſenſuum acumen, verſionum excellentiam, vocum interpretationem, omnes alios Doctores, qui ante illum Gloſſas, Lexica, & Dictionaria de lingua ſancta ſcripſerunt, longè ſuperare communi omnium opinione, ſingulari præconio fuerit exiſtimatus. Extant de hac veritate præclariſſima monumenta in ingentibus Voluminibus, quę M. S. reliquit poſteritati, noſtramque Brixienſem Bibliothecam decorantibus: in quibus ſignificationes, Arcana, Myſteria, Ethymologias commentando, ſimul & explicando, & etiam inſtrumenta ad formandas, & articulandas in eadem lingua voces exhibendo, meritò à D. Ioanne Baptiſta Campiono Clerico Regulari Somaſchenſi, Ambroſio Calepino viro incomparabili, fuit coęquatus in hoc nobili, & erudito Epigrammate, quod initio ſuorum Operum appoſuit.

*Bergomeæ Ambroſius quondam Vrbis Civis, altis*
*Auguſtini aluit, quem Sacra Eremus agris,*
*Explicuit voces libro uberiore latinas,*
*Auſonidum haud paſſus ſcripta latere virum.*
*At nunc Bergomea Civis Peſentus in ora*
*Altera Franciſci, quem nova Eremus alit.*
*Eruit, explicuitque novo Myſteria libro*
*Abdita Iudaicis, quæ latuère, notis.*
*Vt par ſit labor, atque opus utriuſque profanis,*
*Ille tamen ſtudiis profuit, iſte ſacris.*
*Ille etiam externa magis auctus luce niteſcit.*
*Externa alterius non eget iſte face.*

Porrò

Porrò hujus Doctiſſimi viri Opera ſic intitulantur:

*Sal Eliſei viri Divini, ſive, Dictionarium Hebraicum ſtudio, ac labore Fr. Eliſei Peſentis Bergomatis Capucini Theologi confectum, & in quatuor Tomos in folio diſtributum, atque diſſectum.*

*Favus mellis ex floribus delibatus. Horti clauſi, ſive, Grammatica Hæbrea, Auctore, Lectore, & Opifice Fratre Eliſeo Peſente Bergomate Capucino Theologo, Oratore Eccleſiaſtico.* Tom. 1. in fol.

*Anotomia Alphabeti Hæbraici, addita Phyſica pronunciationis, & ratione ſymbolica litterarum.* Tom. 1. in fol.

*Cabala Proſelyta, & Cana.* Tom. 1.

*Canones Grammaticales unà cum Scripturalibus advertentiis ad legitimam Sacræ Scripturæ intelligentiam.* Tom. 1. in 4.

*Tropi, Figuræ, & Schemmata linguæ ſanctæ.* Tom. 1.

*Phraſes Communes, & vulgares, & Claves ſacrorum arcanorum, atque myſteriorum.* Tom. 1.

*Methodus ad difficultates Scripturales diſſolvendas, additis variis obſervationibus.* Tom. 1. in 4.

*Parænesis ad Doctores, & Diſcipulos Hæbreorum.* Tom. 1.

*Lectiones de Antiquitate, nobilitate, neceſſitate, & facilitate linguæ ſanctæ.* Tom. 1.

*Commentaria Litteralia ſuper Pſalmos.* Tom. 1.

Clarus meritis, & bonis operibus cumulatus, poſt plurimos, & plus quàm quingentos ex Iudęis ſuis concionibus, & evidentibus argumentis ad Chriſtianam Fidem converſos, atque ad Baptiſmum adductos, ad præmia evolavit in noſtro Cœnobio Iſæi anno 1637. dum in majori illius Oppidi Eccleſia Conciones Quadrageſimales haberet; & ſicut vivendo integerrimæ vitæ ſpecimina dederat, ſic devota morte decumbens, deſiderium reliquit aſtantibus moriendi eo planè modo, quo ipſe animam exhalavit. De hoc Illuſtri viro ſcribit luculenter R.P. Donatus Calvus ex Ordine S. Auguſtini in ſua Scena litteraria Script. Bergomenſ. lib. 2.

ELISEVS VIROLENSIS, natione Italus, ejuſdem Brixienſis Provinciæ filius, vir omnigenæ perfectionis exemplar. Ingreſſus eſt noſtram Religionem anno ſuæ ætatis 19. & vitam Capucinorum, quam ab ipſa adoleſcentia, & etiam pueritia eſt æmulatus, eamque ab omni labe alienam tranſegerat, in Religione maximis virtutibus decoravit. Divinis meditationibus, & orationi fuit ſemper intentus; miram, quoad vixit, abſtinentiam ſervavit, prolixa fuerunt ejus jejunia, humilitatis, æquanimitatis, & patientiæ omninò ſupra fidem humanam ſpecies extitit; & præcipuè erga Sacratiſſimam Virginem Dei Matrem ſingulari devotione, ac pietate excelluit, ejuſque præclara encomia ſuis ſemper ſermonibus inſerens, tanto lepore hanc Immaculatam Virginem congruis extollebat eloquiis, ut eundem pium affectum, & cultum ſuis auditoribus

inſtillaverit . Scripſit in honorem ejuſdem Dei Genitricis:

*Hymnos plures diverſi generis ſed devotos, Idiomate tamen Italico, pro excitandis Fidelibus ad amorem Beatiſſimæ Virginis MARIAE*, qui fuerunt impreſſi Brixiæ, & alibi abſque ejus nomine. Prænunciato ſui obitus die, corporeę molis ſarcinam depoſuit, ubi vitam exceperat, nempe Virolę in Territorio Brixienſi anno 1625. die 23. Ianuarii, ejuſque vitę ſanctitas pluribus à Deo fuit illuſtrata miraculis. Illius vitam deſcribit Marcellinus de Pisè Tom. 3. Annal. Capucinorum ad annum pręſignatum.

EMMANVEL DE NIZA Luſitanus, Theologus, & Concionator, &, ut arbitror, Provinciæ Andaluſiæ filius; Scripſit Hiſpanico Idiomate:

*Hiſtoriam ſuæ Provinciæ*, quam M. S. adhuc exiſtere legitur apud Georgium Cardoſo *Agiologii Luſitani* die 3. Maii littera C. & 8. ejuſdem menſis litt. G. Ita habetur in Appendice Bibliothecæ Hiſpanicæ Auctore D. Nicolao Antonio Hiſpalenſi I. C. Ordinis S. Iacobi Equite. Tom. 2. fol. 322. An verò ſupradictus Emmanuel fuerit Capucinus tota fides ſit penès Auctorem citatum, qui ſic refert.

EMMANVEL ORCHIVS, natione Italus, Patria Novocomenſis, Provinciæ Mediolanenſis Definitor, ac Sacræ Theologiæ in eadem Provincia generalis Interpres: cujus ingenii ſubtilitas, mentis felicitas, doctrinæ puritas, ingenua morum honeſtas, miranda in concionibus facundia, lepor, & eloquentia in evangelicis ſuggeſtibus ſui temporis illi primatum obtinuerunt, tantamque illi famam in tota Italia comparaverunt, ut adhuc hodie omnium ſit maximè concupitus, ac celebratus votis: Italico Idiomate multa compoſuit ad Poeſim ſpectantia: extant adhuc M. S.

*Lectiones Philoſophicæ, & Theologicæ in pluribus Tomis in 4. diſtributę*, &

*Conciones Quadrageſimales*, quæ fuerunt impreſſæ Mediolani, & Venetiis apud Iuntas anno 1650. in 4. opera, & labore P. Benedicti Mediolanenſis Capucini. Obiit anno 1649. in Inſula Procidæ, dum pro Quadrageſimali tempore concionaturus Melitam adnavigaret.

EPIPHANIVS DE MOYRANS Burgundus, Provinciæ Comitatus Burgundiæ Concionator, ac Miſſionarius Apoſtolicus in Regionibus Indiarum, ubi multa paſſus eſt adverſa propter ſalutem animarum procurandam, libertatemque Eccleſiaſticam defendendam. Plura ſcripſit Opera, quæ ſub his Titulis nobis fuerunt exhibita:

*Chriſtianus Crucifixus in quinque partes diviſus.* Hic liber practicè continet omnem perfectionem vitæ Chriſtianæ per aſſimilationem ad Chriſtum Crucifixum.

*Myſticę Theologiæ libr. 4.*

*Sententiarum Myſticarum practicæ ſententiæ*. Eſt liber Sapientialis ad modum Proverbiorum Salomonis per ſententias digeſtus.

*Hi-*

*Hiſtoria Apoſtolica, in qua continentur glorioſa Capucinorum opera in nova Andaluſia, in qua ad Fidem Indos converterunt*. Tom. 1.

*Appendix ad Expoſitionem Litteralem Apocalypſis*. Tom. 1.

*Conventio Chriſti ad Belial; ſeu, Catholicorum Indorum impietas*. Eſt liber in deſtructionem impietatis Demolatriæ, quæ ſtabilita eſt in Indis ſuper baſem ſuam. Tom. 1.

*Servi liberi; ſeu, naturalis mancipiorum Aphricæ libertatis juſta defenſio*. Tom. 1.

*De vita S. Ioſeph Sponſi Beatiſſimæ Virginis*: Liber Theologicus, & Hiſtoricus. Tom. 1.

*Clavis Myſticæ Civitatis Dei*, in quo libro demonſtrantur veras eſſe Revelationes factas B. Mariæ à IESV de Agroda de Vita Beatiſſimæ Virginis MARIAE. Tom. 1.

*Clavis Apocalypſis futura reſerans Prophetarum*. Tom. 1.

*Fatum Religionis Seraphicæ*. Tom. 1.

*De vera Humilitate* Lib. 2.

*Ars memoriæ admirabilis omnium neſcientium excedens captum*.

*Reſponſum ad quandam Epiſtolam amici continens reſolutionem Quæſtionum difficillium Theologiæ, quæ ſunt in Controverſia*.

*Litteræ ad Miniſtrum Claudium Calviniſtam Pariſienſem, ut vincens intellectum ejus argumentis ad hominem ex ſcriptis illius depromptis, ſecretò moveret affectum*.

*Vera Via perfectionis breviſſima, & facillima*. Eſt liber totus de Divino amore in praxi dirigendo. Vivebat anno 1685. pluraque alia elaborabat ad ſui nominis memoriam, & poſterorum vtilitatem.

EPIPHANIVS SYLVANECTENSIS, natione Gallus, Provinciæ Lutetiarum Concionator; vir pietate, ac ſanctis moribus venerandus. Hic, cùm eſſet Miles Prætoriæ Cohortis Regis Chriſtianiſſimi, eoque in munere, etiam in floridiori ætate, vitam in ſumma corporis, & animæ puritate ad prodigium tranſegiſſet, ſacræ poſteà Dei militiæ in Caſtris Capucinorum adſcriptus, propter ſingularem ejus caſtitatis prerogativam ampliori Dei dilectione dignus effectus, magnos divinæ gratiæ cumulos ſibi comparavit. Sicut habemus ex Relationibus, Scriſit:

*Opuſculum Meditationum de Vita, & Paſſione Domini*, quod, morte præventus, perficere, & Typis ſubmittere haud potuit. Mortuus eſt in Civitate Carnotenſi anno 1629. pro ſalute proximorum ſuorum peſte laborantibus inſerviendo, & Sacramenta Eccleſiæ miniſtrando; ejuſque obitum omnes Carnotenſes ingemuerunt, & Canonici Eccleſię Primariæ ipſius funus ad tumulum proſecuti, ſolemni Officio celebrato, ſuam gratitudinem erga Defuncti merita commendarunt. De eo meminit Marcellinus de Piſe Tom. 3. Annal. Cap. ad annum prænotatum.

ERNESTVS HELVETVS, Concionator Provinciæ Auſtriæ, vir pius, ac perfectionis religioſæ zelo fervidus; Edidit Germ. Idiom.

*Tractatum de Perfectione Religio-*

*gioſa pro Novitiis*. Tom. 2.

EVANGELISTA A' CANOBIO [ quod eſt Oppidum in Ducatu Mediolanenſi ] Provinciæ S. Franciſci alumnus. Hic, cùm ob præclaram ejus doctrinam, prudentiam, multarum rerum peritiam, & ſingularem vitæ ſanctimoniam; tam in Vmbriæ, quàm in pleriſque aliis Ordinis Provinciis ad ſupremos honores fuiſſet aſſumptus, magnamque inde laudem, ac nominis celebritatem ſibi comparaſſet, anno 1564. in Generalem Miniſtrum Ordinis communi omnium conſenſu electus, ſanctiſſimè commiſſam ſibi Religionem gubernando, ſummamque in Regulari obſervantia ubique ſervanda, & amplificanda ſolicitudinem præſeferendo, perfectiſſimi Evangelici Paſtoris ſimulacrum prætulit. Gregorio XIII. Pontifici Maximo fuit admodum familiaris, magnoque ab illo habitus eſt in honore. Interfuit Concilio Tridentino, & in difficillimis Sacræ Synodi rebus, præſertim contra Hęreticos, enodandis plurimùm Patres illos ſuo conſilio, doctrina, ac prudentia juvit, atque in Religionis negotiis pertractandis, & pro dignitate graviſſimis, ſapientiſſimum virum ſe oſtendit. Antequam Seraphicum habitum induiſſet Clericali militiæ nomen dedit, & inter primos ſui temporis Canoniſtas, ac Sacri Juriſconſultos conſultiſſimus habebatur. Quare ſcripſit, & elaboravit Latinè:

*Conſulta varia in Jure Canonico*, &

*Annotationes in libros Decretaliũ*. Mediolani anno 1591. Obiit Peruſiæ anno 1595. ætatis ſuæ 84. Ejus vitam deſcripſit Boverius Tom. 2. Annalium Capucinorum.

EVGENIVS BVRGENSIS, Sacerdos Provinciæ Flandriæ, Scripſit Opuſculum ſub Titulo:

*Vltima vox zelatricis innocentiæ indignè patientis*; ſive, *Libellus ſupplex*, *indignè patientis ad Innocentium XI.P.M.* Colonię anno 1689.

EVGENIVS AB OLIVA, natione Hiſpanus, Valentinæ Provinciæ Fundator, ac primus Miniſter Provincialis; vir celebris doctrina, ac vitæ ſanctitate. Hic à pueritia in benedictionibus præventus, ſe totum Chriſto impendit, omniſq; perfectionis ſtudioſus, ſub tenello pectore animum ſenilem geſtans, ſe tanquam divinę gratię purum ſacrarium omnibus oſtendebat. Sub auſpiciis PP. Societatis IESV eloquentiæ, ac Philoſophiæ operam dedit; inde ſpiritu Religionis concepto, patre etiam reluctante, Sacrum Minorum de Obſervantia Ordinem ſibi delegit: ex quo poſt aliquot annos ad Capucinos tranſiens, tam egregium, & ſtabile evangelicæ perfectionis fundamentum poſuit, ut ab omnibus deſpici, & pro Chriſti amore omnia aſpera, & dura pati pro delitiis haberet. Paupertatis, ac auſteritatis fuit cultor eximius, omneque, quoad vixit, etiam in decrepita ſenecta ſolatium ſibi, & levamen interdixit. Orandi aſſiduitate familiarem Dei præſentiam ſibi conciliavit; & frequenter in ecſtaſim raptus divinis amplexibus fruebatur. Vberrimos

in

in concionando animarum fructus retulit, illiuſque verba, veluti ſagittæ in manu potentis, quorumcunque animos feriebant, nulluſque erat tam duro corde, qui ſapientiæ, & ſpiritui, qui in ipſo loquebatur, poſſet reſiſtere. Singularis fuit in eluendis difficultatibus circa Seraphicę Regulæ intelligentiam emergentibus, omneſque Fratres ad ipſum, tanquam ad Oraculum, confluebant; quare ad eorum conſolationem, & preces Scripſit:

*Expoſitionem ſuper Regulam FF. Minorum ſecundùm mentem S. P. N. Franciſci M. S.* Senio confectus, copioſiſq; donis à Deo cumulatus, inter Crucifixi oſcula, & amplexus, Fratribus omnibus mœrentibus, & lugentibus, ſpiritum Deo reddidit Valentiæ anno 1613. ætatis ſuæ 78. Videndus Marcellinus de Piſè Tom. 3. Annal. ad annum ſignatum n. 33. qui ejus vitam copioſè deſcribit.

EVGENIVS A' PETRA-RVBEA, natione Italus, alumnus Provinciæ Bononienſis. Hic, necdum Sacerdotali charactere inſignitus, ad diſſeminandum Dei verbum ſpeciali Dei inſtinctu à P. Mario à Forolarzinio, tunc Generali Miniſtro deputatus, aſſidua oratione, crebriſque jejuniis ſuas conciones inſtruens, tantam ſibi ſanctitatis famam conciliavit, quòd ad illum audiendum Populi turmatim ex diſtantibus etiam locis confluerent, omneſque alii Concionatores, ipſo prædicante, ſilere cogerentur. Ad ejus ſermones urgebantur turbæ non aurium prurigine, ſed ſtudio ſanctioris vitę inſtituendę, frequentiſſimaque erat hominum converſio, qui anteactam in ſceleribus vitam execrati, copioſis lacrymis, ac pęnitentiæ Sacramentalis lavacro omnes animæ ſordes detergebant. Epiſcopus Mutinenſis eum aliquando aſſumpſit in partem ſuę Diœceſis viſitandæ, & illius zelum in animarum ſalute procuranda admiratus, nunquam ſibi ſatisfacere videbatur; & dicebat ſe in Eugenio nactum fuiſſe virum è Cęlo delapſum, eoque ſpiritu afflatum, quo Apoſtoli in die Pentecoſtes imbuti prædicabant. In extinguendis diſcordiis, & litibus componendis fuit eximius, illorumque animos, quos odia inteſtina diſſecabant, ſuavitate ſui eloquii faciebat, ut deinceps eſſent cor unum, & anima una. Scripſit, & poſteris reliquit digna Typis:

*Volumina plura Sermonum, & Concionum de Tempore M. S.* Mortuus eſt Bononiæ anno 1616. ibique magno Populorum concurſu ejus merita implorantium, fuit tumulatus. Vitam ipſius deſcribit Marcellinus de Piſè Tom. 3. Annal. Capuc. ex M. S. Provinciæ Bononienſis.

EVGENIVS TRIESTIVS, Patria Gandavenſis, Provinciæ Flandriæ alumnus, vocatus in ſæculo Io: Baptiſta Trieſtius, ex nobiliſſima, & perantiqua ortus Trieſtiorum Familia: qui ex Præfecto Cohortis Militum, calcato mundi culmine, regiaque contemnens munera, generoſus honoris, atque terrenorum omnium ſpretor, ad Religionis Seraphicæ ſinum accurrit, pauperemque Chriſtum ſequens, ſe ſemper, quoad vixit,

xit, paupertatis exemplar oſtendit. Fuit preterea vir valdè eruditus, ſubtilis ingenii, ſpectabilis vitæ, humilitatis, & cujuſvis alterius virtutis amantiſſimus; ſed potiſſimùm inſigni erga Beatam Virginem Dei Genitricem MARIAM devotione affectus; Quare in illius honorem ſcripſit, & edidit Latinè:

*Elegiam devotiſſimam, & valdè eruditam, qua eidem Deiparæ Virgini pro vocatione ſua ad Religionem Capucinorum, aliiſque beneficiis gratias agit per eam acceptis*. Antuerpiæ 1630: Scripſit etiam, & evulgavit:

*Funus Philippi Trieſtij Patris ſui Equitis, & viri Conſularis, tum propriis, tum aliorum Poetarum verſibus exornatum*. Ibidem anno 1628. De illo honorificè meminerunt Vvillotus in Athenis Orthodoxis, Maraccius in Appendice de Script. Marianis part. 2. Vvaddingus lib. de Script. Ord. Min. & alij.

EVSEBIVS ANCONITANVS Italus, Provinciæ Picenæ alumnus. Hic anno ætatis ſuæ 16. ſæculi divitiis, mundi illecebris, ac generis nobilitate neglectis, in Seraphica FF. Minorum de Obſervantia Religione totum ſe Deo conſecravit: in qua multa virtutum, ac ſapientiæ præbens exempla, & pro ingenii excellentia in Theologicis Facultatibus, ac concionandi munere magnum nomen adeptus, illuſtriſſimus ſui temporis Theologus, ac eximius verbi Dei Declamator evaſit; labente tamen tempore, ſpiritu fervido accenſus, arctioris vitæ, ac perfectioris obſervantiæ deſiderio inflammatus, ad naſcentem tunc Capucinorum Reformationem advolavit: ubi in dies magis, magiſque generoſo, ac novo virtutum genere accreſcens, famaque ipſius ſanctitatis, & doctrinæ undique per Religionem diffuſa, Generalis Vicarius electus fuit anno 1552. Scripſit ad communem utilitatem:

*Tractatum de Paupertate FF. Minorum*, &

*Opuſculum Divinarum Meditationum*.

Obiit Scapetiani in Piceno anno Incarnationis Dominicę 1569. octogeſimum ætatis annum agens. Ejus vitam deſcribit Boverius Tom. 1. Annal. Capuc. ad annum prædictum. Qui inter alia hujus præclari viri geſta narrat: quòd Paulo IV. Pontifici Maximo fuit valdè familiaris, & percariſſimus, adeò ut cum nonnullis Cardinalibus de illo ad purpuram aſſumendo ſermonem fecerit. Quòd, cùm primùm Euſebius hoc reſcivit, illicò in Siciliam trajiciens, Cardinalatus honorem declinaverit. De illo etiam meminerũt Ivo Magiſtri part. 2. Manipul. FF. Minorum Cap. 8. Carolus Bruxellenſis in Florib. Seraph. Tom. 2. Coriolanus in Appendice ad Galliam Chriſtianiſſimam, & alii plures.

EVSEBIVS MELLOTENSIS, natione Gallus, Pariſienſis Provinciæ alumnus, vir in omnium virtutum magiſterio optimè exercitus; qui, cùm eſſet optimus Concionator, zelo animarum perculſus, toto penè vitæ ſuæ tempore per Pagos, & Oppida verbum Dei diſſeminando percu-

eucurrit, ut rudes homines in viam ſalutis dirigeret. Et licèt viæ gelu, nivibus, aquâ, & luto exundarent, ipſius fervidæ charitati terminum ponere non valentes, nudis pedibus ſemper incedendo; multoties octo, & decem conciones ad Populum habebat, illiſque abſolutis, totum id, quod diei ſupererat, catechiſmo, viſitandis infirmis, & carcere concluſis, jejunus adhuc, ſed validus, ſemper inſumere conſuevit. Sacratiſſimam Virginem Dei Genitricem MARIAM maximo proſecutus eſt pietatis affectu, omneſque ad illam honorandam, & amandam allicere cupiens, ſemper in ſuis concionibus aliquid, quod ad ipſius cultum ſpectaba, intexuit. Eapropter de hoc argumento ſcripſit, & compoſuit:

*Sermones plurimos ſatis devotos ſelectis Hiſtoriis, & exemplis intextos ad conciliandum devotionis affectum erga Deiparam: in quibus etiam demonſtrat hujus Patronæ neceſſariam nobis eſſe clementiam.* M. S. Deceſſit Provinii 1618. annos natus 33. menſes 3. & diem unum feria 6. poſt meridiem; & eadem quoque hora, qua ſacrum Chriſti corpus fuit tumulo conditum, ipſius etiam funera ſolemniter celebrata fuerunt; & omnes Vrbes, ubi ille Concionatoris munus egerat, ſolemni etiam pro defunctis officio ſuum erga illum gratitudinis obſequium ſunt atteſtatæ. Ejus geſta deſcribuntur à Mariſconenſi Tom. 3. Annal. Capucinorum §. 153.

EVTROPIVS ISLEBONENSIS (vulgò de *Islebonin*) Provinciæ Turoniæ alumnus, & Concionator, vir perfectus in humilitate, in paupertate, in charitate; qui proximorum ſalutis zelo excandeſcens, plurimos rebelles Hæreticos juſſu Regis Chriſtianiſſimi Nannetę carceri detentos, aperto ſuæ vitæ diſcrimine, omnia non tantùm animæ, ſed etiam corpori neceſſaria ſubminiſtrando, ad Catholicæ Eccleſiæ gremium adduxit. Ex relationibus illius Provinciæ habemus ſcripſiſſe:

*Tractatum Carethicum de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ pro inſtruendis junioribus in Fide Catholica, & Doctrina Chriſtiana.* Impreſſum Nannetæ ſuppreſſo ejus nomine anno 1616. Obiit devotiſſimè in eadem Civitate anno 1622. febre peſtilenti correptus; & pro æterna vita aliis procurata, mortem ſibi ipſi conſcivit. Videndus Marcellinus de Piſe Tom. 3. Annal. Capucinorum, qui ejus geſta copioſiùs deſcribit.

# F

FAVSTINVS DIESTENSIS, natione Belga, ex illuſtri Dieſtenij, Craneorum familia natus; Provinciæ Flandriæ Concionator, ac

ac Diffinitor; vir tum doctrinæ, & eruditionis ſtemmate, tũ evangelicę perfectionis illuſtris: qui etiam ad ſuæ Provinciæ Miniſterium evectus, dignam in eo munere veri Paſtoris ſubditis ſuis normã exhibuit. Scripſit, & Auctor eſt libri, cujus Epigraphe eſt;

*Alter Alexius, natione Scotus, profeſſione Capucinus ſub nomine Fratris Archangeli:* Latinè prodiit Coloniæ Agrippinæ apud Ioannem Chriſtophori anno 1620. in 12.

In hoc libro deſcribuntur vitæ Ioannis de Forbes, & Dominæ Margaritæ Gordoniæ piiſſimi filii parentis piiſſimæ, utraque tam mirabilis, ut D. Iacobus de Caſtro Epiſcopus Ruremondenſis datis ad P. Commiſſarium Provinciæ Rhenanæ litteris eundem obnixè rogaverit, ut illas, prout à noſtro Dieſtenſi ſunt compoſitæ, ad commune bonum evulgari permitteret. Qui liber poſt 12. annos denuò fuit impreſſus Leodii anno 1632. ſub hoc Titulo priori paululum immutato:

*Converſio, & converſatio P. Archangeli Scoti Regio ſanguine clari, & in Religione Sacra Capucinorum beata morte defuncti* anno 1607. Teneramundæ, ubi Guardianum agebat, ætatis ſuæ 37. Impreſſus fuit tertiò, & converſus in Idioma Italicum Mutinæ apud Iulianum Caſſianum anno 1634. & dicatus P. Ioanni Baptiſtæ Eſtenſi. De hoc Auctore meminerunt Valerius Andreas Veſſallius in Bibliotheca Belgica, Vvaddingus de Script. FF. Minorum, Torreçilla in Speculo Religionis Seraphicæ ubi de Script. Capucinis, & Maraccius in Bibliotheca Mariana.

FAVSTINVS GEDEONVS, natione Italus, Patria Brixienſis, eiuſdem Provinciæ alumnus, & Diffinitor; vir vitæ integritate, doctrinæ excellentia, ac verbi Dei prędicatione notiſſimus: qui etiam ad ſuæ Provinciæ regimen evocatus, eo in munere eximium omnium virtutũ ſpecimen dedit, magnamque ex eo, tum apud Deum, tum apud homines, gloriam reportavit. Erga Beatiſſimam Virginem maxima fuit affectus devotione, ejuſque obſequii dilatandi deſiderio incenſus; Latino ſermone poſteris dedit:

*De B. Virginis præſtantia, ejuſq; Sacratiſſima, & Immaculata Conceptione Tractatum unicum: quem I. V. D. Carolus Romelius* Venetiis evulgavit anno 1641. Scripſit etiam in honorem ejuſdem Beatiſſimæ Virginis aliud Volumen ſub Titulo:

*Septizonium Marianum; hoc eſt, De Nominibus Deiparę. Opus noviſſimum, & pulcherrimum in 7. libros diſtributum, in quo multa, variaque Nomina, tum ex Divinis Scripturis, tum ex SS. Patribus deprompta explicantur.* De eo meminerunt Vvaddingus ubi ſupra, & Maraccius lib. 1. de Script. Marianis.

FELICIANVS A' MIRANDA Gallus, regulari obſervantia, & devotionis ſpiritu, præcipuè in inſtruendis ad noſtram Religionem noviter admiſſis, ſatis clarus; ea, quæ ſermone, & opere docuit, non ſuis tantùm, ſed & aliis prodeſſe cupiens, calamo vernaculo exarata, &

& impreſſa dedit in cui Titulus:

*Exercice Spirituel pour toutes les actions de la journée propre aux Novices Capucins*. Tom. 1. anno 1690.

FELIX BARCINONENSIS Hiſpanus, Provinciæ Cathaloniæ, verbi Dei non ignoti nominis Declamator, Sac. Theologiæ Lector, & plurium Conventuum Præfectus; Edidit Hiſpanicè:

*Inſtruçiones de Predicadores para hazer bien los ſermones, y predicarles provechoſamente*: Barcinone apud Ioſeph Forcada anno 1679. Tom. 1. in 4.

FELIX BRANDIMARTES, natione Siculus, Patria à Caſtro-Vetrano, Provinciȩ Panormitanȩ alumnus, & Exprovincialis, ac S. Officii contra hȩreticam pravitatem in Regno Siciliæ Qualificator: vir doctus, Concionator non vulgari eruditione exornatus; qui etiam Sacram Theologiam per plures annos in eadem Provincia ſumma cum doctrinȩ laude noſtris expoſuit. Scripſit latinè Opus Concionatoribus, præſertim tyronibus, valdè proficuum ſub Titulo,

*Sapientiæ tubæ ſcientia*; Ideſt: *Tractatus Scholaſticus de Arte Sacra Concionandi: in quo ſex diſtinctionibus omnia compræhenduntur, quæ ſacris neceſſaria ſunt Concionatoribus pro concionibus dicendis, ſimul & componendis*. Panormi apud Dominicum de Anſelmo 1664. in 4. Evulgavit etiam.

*Conciones aliquas de Sanctis, & de Sancta Roſalia Virgine Panormitana*. Ibidem 1669. in 4.

*Panegirici Sacri di diverſi Santi*. Ibidem apud eundem 1677. in 4.

*Curſus Theologicus ad mentem Scoti per quatuor annos juxta 4. Sententiarum libros commodis lectionibus diſtributus, novis Recentiorum doctrinis locupletatus, & in quatuor Tomos diviſus, quibus etiam ſuperadditur quintus, in quo pro Fide tuenda ipſius Sacræ Theologiæ fit uſus, & praxis*. Panormi 1685.

FELIX GRANATENSIS, natione Hiſpanus, Provinciæ Bæticæ alumnnus, Concionator pius, & religioſis moribus decorus; Deſcripſit Hiſpanico Idiomate:

*Vitam, & Martyrium Ven. Servi Dei P. Fidelis à Sigmaringa Concionatoris Capucini extrac. ex M. S. Ordinis, & ex relatione impreſſa Molshemij in Helvetia, opera cujuſdam Abbatis ex Ordine S. Benedicti*. Matriti anno 1669. in 8.

FELIX DE LOS MOLINOS Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ filius, Miſſionarius Apoſtolicus, Concionator fervidus, ac ſalutis animarum zelotes, vir probatæ virtutis; Edidit tria Opuſcula Hiſpanico Idiomate, videlicet:

*La Veridad, e falſedad de la Confeſſion*.

*Exortacion fervoroſa all' oracion mentale*.

*Quexas fervoroſas de Chriſto a los Sacerdotes*.

FELIX PAMPELONENSIS Navarrus, Provinciæ Aragoniæ Concionator; vir doctus, ac diligens Sacrarum Scripturarum ſcrutator,

tor, Edidit vulgari, ac patrio Idiomate:

*Conciones varias*. Tom. 2.

*Quareſma Ideada*. Tom. 1.

*Ajudo a morir del Capuchino*. Tom. 1. in 4. & Opuſculum, quod inſcripſit:

*Malicia conocida*. In 16.

FELIX PASSERA Bergomenſis, alumnus Provinciæ Brixiæ, in Arte Pharmaca valdè ingenioſus, ac longa temporis exercitatione excellens; ad commune Phamacopolarum commodum, infirmorum utilitatem, ejuſdemque Artis ſtudioſorum profectum, ex iis, quæ experientia didicit, non ſine ingenti labore Confecit, ac Typis evulgavit Volumen in folio, cujus Titulus eſt Italicè:

*Il Nuovo Teſoro degli Arcani Farmacologici Galenici, e Chimici, ò Spargirici diviſo in tre libri*. Venetiis apud Ioannem Parè annis 1688. & 1689.

FIDELIS A' S. GERMANO, natione Italus, Provinciæ Mediolanenſis alumnus, Concionator ſuo tempore celeberrimus. Hic, cùm egregia ſupra viros doctos doctrina fulgeret, eximiiſque animæ, & corporis dotibus eſſet præornatus, toti ferè Italiæ, & Principibus, apud quos egit, maximè fuit commendatus. Propter inſigne côcionandi donum, quo à Deo fuerat inſignitus, à Sanctiſſimo D. N. Paulo Papa V. Apoſtolicus Eccleſiaſtes inſtitutus, zelo percitus animarum, omnes penè Italiæ Civitates peragravit, & admirabiles in animis hominum, præſertim cum Orationi 40. Horarum incumberet, impetus divini ſpiritus, ac mutationes effecit. Erga Beatiſſimam Dei Matrem ſumma, ac ferventiori fuit devotione devinctus, ejus cultum in declamando ſummoperè promovit, eóſque omnes, quos alloquebatur, ad illam dignis obſequiis excolendam, majori, qua poterat, efficacitate ſermonis hortabatur. Hujus Cœlorum Imperatricis, ſicuti & pueruli Ieſu Simulacra pretioſis coronis redimire illi maximè cordi fuit; tantaque extitit in pluribus Civitatibus, & locis hujus coronationis celebritas, ut ea, quæ fidelis hic Dei ſervus, & Virginis famulus huic operi ſedulò incumbens patravit, ſupra fidem humanam tranſcendant. Cardinali Ludoviſio tunc Bononiæ Archiepiſcopo cariſſimus fuit, illique Pontificatum prædixit, qui paulò poſt ad Summum Apoſtolatus apicem aſſumptus, ſub nomine Gregorii XV. hujus prædictionis memor, illum ſacra Cardinalium purpura, tertio menſe tranſacto, decorare ſtatuit: quem tamen honorem ſpiritu ductus humilitatis, poſt gratias immenſas actas Pontifici (raro ſanè exemplo) conſtantiſſimè recuſavit. Scripſit Italicè Opuſculum ſub hoc Titulo:

*Eſercitio di amoroſi ſforzi, per ridurre il peccatore alla penitenza praticato da F. Fedele di S. Germano Capuccino nelle principali Città d' Italia, maſſime in Roma nella Chieſa di S. Lorenzo in Damaſo in occaſione delle 40. Hore*. Prodiit Novocomi apud Hieronymum Ferrovam anno 1614. Evulgavit etiam:

*Con-*

*Concionem de laudibus S. Caroli Borromęi* ab eo habitam Mediolani 1620. die 7. Novembris in occaſione Canonizationis ejuſdem Sanctiſſimi Cardinalis. Fuit impreſſa ibidem 1610. Obiit Romæ anno 1622. peractis ibi quadrageſimalibus Cócionibus, ſuarum virtutum, ac præſertim pietatis erga Beatiſſimam Virginem magno apud omnes ſpecimine relicto: cujus pium affectum, & cultum, etiam in mortis agone conſtitutus, poſteris plurimùm commendavit. Ejus geſta deſcribuntur in 3. Tomo Annalium Capucinorum ad annum 1622. n.41. & ſeq., illiuſq; meminit Andreas Roſſottus in Syllabo Scriptorum Pedemont.

EIDELIS A' SIGMARINGA, natione Suevus, Provinciæ Helvetiæ alumnus, vir vitę ſanctitate eximius. Natus eſt Sigmaringæ anno 1580. ex familia Rey honeſtis, catholiciſq; parentibus, & ante Religionis ingreſſum Marcus Rey cómuni nomine appellabatur. Puer bonis litteris eruditus, ac in diverſis catholicis Academiis educatus fuit: poſteà Philoſophiæ curriculo, ac utriuſque Iuris ſtudio abſolutis Doctoratus lauream adeptus, inſigne ſibi nomen apud ſuos conciliavit. Anno 1612. ætatis ſuæ 32. ea, quæ ſunt mundi, pertęſus, poſthabitis, ac contemptis ſæculi honoribus, ſacro Pscsbyteratus Ordine intiari voluit, ipſoque die feſto Seraphici P.N.S. Franciſci in Eccleſia noſtra Friburgi primum ſuum Sacrum Altiſſimo obtulit, eodemque tempore de ſanctioris vitæ modo inſtituendæ cogitans, ſtatim peracto Sacro habitum noſtri Ordinis devotiſſimè induit, & anno ſequenti in prædicto loco Religionis pariter, & Fidei profeſſionem ſolemniter emiſit. Inde ſacris Theologiæ ſtudiis emenſis, ad Concionatoris, Confeſſarii, ac Guardiani munia obeunda, virtute, doctrina, meritiſq; ejus ſic exigentibus aſſumptus; dum pro tempore noſtro Conventui Veldkirchenſi præſideret, meſſiſque non ſpernenda in Rhetia, præſertim in Prætigovia appareret, ad illam Vineam à ſingulari fera depaſtam denuò excolendam à Superioribus miſſus, frequentibus ad Populum concionibus habitis, omnes præcipuos illius Regionis viros inculpatæ vitæ ſuæ exemplo, ſancta converſatione, ſalutaribus, ac efficacioribus, ſermonibus, in veræ Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſię ſemitam reduxit. Attamen anno ſequenti, dum tempore Quadrageſimali ſingulari induſtria, magnoque ſpiritus fervore vocationi ſuæ invigilaret, miſſionemque de ſe factam proſequens, è Veldkirchio in Prætigoviā ad ſpiritualem illarum animarum meſſem colligendam aſcenderet, conſpiratione Hæreticorum in eum facta, nec ad momentum ſe vitæ, corporiſque ſecurum prævidens, die 24. Menſis Aprilis, qui erat dies Dominica ante feſtum S. Marci, facta priùs P. Ioanni Kriewangino ſocio ſuo profuſis lacrymarum imbribus confeſſione, Prętigovienſes cum omnis generis gladiis, & armis ſuper eum fremebundi irruentes, triaque ſęviſsima vulnera, & graviſsima occipiti ejus in-

infligentes, in duas partes cum cutę, & oſsibus avulſerunt, ejuſque latera gladiis perforantes, flexis genibus pro perſecutoribus, & Populo acriter orans, Martyr inclytus effectus, Fidei Catholicę, & doctrinæ ſanctę veritatem proprii ſanguinis effuſione confirmavit. Ejus corpus in eodem loco uſque ad horam circiter octavam ſequentis diei jacuit inſepultum ſanguine undiq; emanans, quod poſteà à piis Catholicis ſecretè tumulatum, è medio tumuli flos flavus, ac rubicundus excrevit, non aliter ac ſi ſanguinis guttis eſſet perfuſus. Quapropter Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. D. Epiſcopus Curienſis, & Venerabile Capitulum Eccleſię Cathedralis illuc accurrentes, totoque comitante Populo, corpus illud è loco extrahentes, palmas, & ſerta in manibus geſtantes, magna cum pompa, cum muſicis, fiſtulis, vexilliſque per aera volitantibus, ad ſonitum campanarum, & organorum, loco, *Requiem æternam*, figurali cantu Litanias Beatæ Virginis decantantes, in ſua Cathedrali Eccleſia cum Cantico *Te Deum laudamus*, iterùm terrę demandarunt, multiſque ibi uſque in hodiernum diem miraculis claret.

Qui glorioſum hunc Dei Martyrem noverunt, aliqua poſteris ſuæ doctrinæ, præſertim contra Hęreticos, monumenta confeciſſe affirmant. In his, ſicut habui ex relationibus mihi tranſmiſſis, extabat impreſſa latino Idiomate, abſque tamen nomine Auctoris, & loco impreſſionis:

*Diſputatio contra quoſdam Miniſtros Hæreticos Prætigovienſes de Sancto Sacrificio Miſſæ*, quam tamen progreſſu tẽporis unà cum aliis ejus ſcriptis periiſſe, vel potiùs ab Hęreticis in odium Fidei Catholicæ, & hujus Servi Dei, combuſta eſſe credimus.

Ejus vita primò conſcripta eſt cõpendioſè à quodam Reverendiſſimo, & ampliſſimo Abbate Benedictino, & edita Lugduni apud Claudium Cainè in vico Cacemi, juxta exemplar, quod prius fuit impreſſum Molshemij per Ioannem Hartmannum anno 1623. Noviſſimè verò ſatis diffusè illam latino Idiomate exaravit P. Lucianus Montifontanus Capucinus, & prodiit Conſtantię anno 1674. De illo etiam meminerunt Ardinghellus in Appendice Cong. vocis Turt. Oſtenſ. 4. ubi de Capucinis, Martyrolog. Franciſcanum die 11. Iulij, Didacus le Quille lib. Franciſcus Terlegislator tom. 2. ubi de Martyrib. Marcellinus de Piſe Tom. 3. Annal. Capucin. ad annum 1622.

FLAMINIVS DE GRITTIS, natione Italus, Patria Venetus, ex nobiliſſima illius Vrbis familia, de qua pręclariſſimam tradunt memoriam Veneti Annaliſtę; vir vitę innocentia, zeloq; animarum inſignis, necnon evãgelicę prędicationis munere ſuo ęvo conſpicuus; Scripſit Italicè Opuſculum ſub Titulo:

*Piæ Meditationes, ſive, Præparationes ad ſanctè moriendum*. Maceratę apud Petrum Salvionum anno 1620. in 8.

FLO-

FLORENTINVS CALETENSIS ( vulgò *de Cales* ) Provinciæ Pariſienſis alumnus , vir doctus , & vitæ innocentia ſingularis. Hic inter præclaras divinæ gratiæ dotes , quibus cumulatè ejus anima fuit exornata , maxima exarſit charitate in proximum , & fervore pro Fide Catholica propaganda ; quò fiebat , ut toto penè vitæ ſuæ tempore ſaluti animarum incumbens , nullis laboribus frangeretur , acerba æmulorum odia nihili faceret , omneſque aeris, & hominum injurias parvipenderet, dummodò gliſcentes hæreſes extirparet , Fidem Catholicam dilataret , & animas , quas perfida Calvini Secta in abruptum damnationis præcipitaverat , è Sathanæ faucibus eriperet , & Catholicæ Eccleſiæ reſtitueret. Quapropter eum Acatholici crudeliter odientes , tartareoque furore in eum delatrantes, Angelum Sathanæ , Locuſtam Apocalypſis , & Antichriſtum Florentinum paſſim appellabant; dicentes, eum eſſe Lupum Diaboli, qui in caulas eorum ingreſſus oves mactabat , totumque gregem in diſcrimen ſalutis æternæ adducebat . Volentes itaque ſibi, ſuiſq; fœdis erroribus conſulere , quibus incautam plebem de pulpito iniquitatis blaſphemando obſtringebant ; timentes , ne concuſſis hæreſeos fundamentis magna illorum pars cognitis abſurdis penè innumeris , quibus ſcatet eorum perverſa Religio , ad Romanæ Eccleſiæ partes tranſirent , inito conſilio , eum de medio tollere decreverunt , quòd & factum eſt venenati vini potione ; & ſic toxici ſpiculo ab illis mortiferè ſauciatus , illicò ad Eccleſiam confugiens , audita miſſa , magno pietatis affectu , & in crepidine Altaris tota Fratrum circunſtante corona , non minori devotione Sacro Viatico ſumpto , junctis manibus placidiſſimè obdormiens , ad Martyrij palmam , quam ſæpiùs ardenti animo concupierat, evolavit. Scripſit Gallico Idiomate ( ſed neſcimus , an ſit impreſſus )

*Tractatum Theologicum contra communem Hæreticorum propoſitionem ab illis pertinaciter aſſertam, nimirum : Bona opera noſtra non eſſe ad ſalutem neceſſaria , cùm pro nobis abundè Chriſtus ſatisfecerit* . Obiit in noſtro Conventu Caletenſi anno 1625. & eodem die alii 14. Fratres de familia ipſamet venenati vini potione ab Hæreticis aſſumpti in odium Fidei corona Martyrum dignati fuerunt . Videndus Marcellinus de Pisè Tom. 3. Annal. Capucin. ad annum prædictum , in quo geſta Florentini deſcribit n. 123. pag. 586.

FLORENTIVS BONNENSIS Germanus,Provinciæ Coloniæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ Lector emeritus , elaboravit ad vſum ſuæ Provinciæ , & prælis ſubmiſit :

*Cæremoniale Sacrum ſecundùm Ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ* . Tom. 1. anno 1690.

FLORENTIVS DE HANSVVICH , natione Belga , Patria Mechlinienſis ( vulgò de *Mechelen* , ſive de *Malines* ) Provinciæ Flandriæ Concionator , ac Diffinitor ; vir doctrina , ac multiplici erudione illuſtris . Hic effulſit piiſſimo erga Imma-

maculatam Dei Matrem affectu, in cujus laude, cui impar eſt omnis humanæ linguæ præconium, frequentes ad Populum Conciones habuit, è quibus grande conflavit Volumen ſpiritum, devotionem, & viri ſapientiam mirificè exhalans, illudque latinè evulgavit ſub hoc Titulo:

*Cornucopia Concionatorum de Sacratiſſimæ Virginis Dei Genitricis MARIÆ Myſteriis*. Tom. 2. in fol. Antuerpiæ apud Guilelmum Leſteenium anno 1646. De illo meminerunt Hippolytus Maraccius de Scriptor. Marianis litt. F. & Vvadingus de Scriptoribus Ordin. Minorum.

FORTVNATVS A' BONONIA ex familia Alamandini, ejuſdem Provinciæ Concionator, Philoſophicæ, ac Theologicæ doctrinæ, Politiarumque litterarum; variæque eruditionis laude commendatus; Edidit:

*Hiſtoriam de Miſſionibus Angolę, Congi, & aliis Regnis Aphricę, ac Indiarum, cum moribus illarum Regionum*. Tom. 1. in fol. Bononię 1687. per Iacobum Montium.

FRANCISCVS ANDEGAVENSIS, natione Gallus, alumnus Provinciæ Pariſienſis; vir doctrina, morum exemplaritate, Verbi Dei prædicatione, Fideique Catholicæ dilatandæ zelo, in ſua Provincia ſatis notus; ſuppreſſo nomine Deſcripſit:

*Hiſtoriam Miſſionis FF. Capucinorum ad Regnum Marochij in Aphrica, cura, & ordinatione P. Ioſeph le Clerc Pariſienſis Capucini, omnium Miſſionum tam Orientalium, quàm Occidentalium Commiſſarius Generalis*. Nyorti apud Viduam Ioannis Bureau anno 1644. Tom. 1. in 8.

*Vitam, & geſta ejuſdem P. Ioſeph le Clerc Capucini*. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1645. in 4. Alia Opera ſcripſiſſe ex relationibus habemus, eorum tamen Titulum nondum accepimus. De illo meminit Vvaddingus lib. de Script. Ord. Minor. litt. F.

FRANCISCVS DE ANFRONT Gallus, Provincię Normanniæ alumnus; vir doctus, ac varia eruditione inſignitus; Scripſit, & edidit Gallico Idiomate librum ſub Titulo:

*La Science du Prince*. Tom. 1. in 4.

FRANCISCVS AQVILANVS, Provinciæ Aprutiorum Sac. Theologiæ Profeſſor, ac Concionator ſuo tempore celeberrimus, ob eloquentiæ, ac doctrinæ titulos immortali omnium plauſu recolendus; Edidit ex Antonio Toppio in ſua Bibliotheca Neapolitana:

*Conciones nonnullas de diverſis materiis*.

FRANCISCVS AB AQVISBORMIIS [ quod eſt Oppidum in Rhetia ] Provinciæ Mediolanenſis alumnus; vir vitæ ſanctitate, doctrinæ excellentia, ingenii felicitate, ac concionandi munere ſuo ævo illuſtris. Hic, cùm à Gregorio XIII. Pontifice Maximo, opera S. Caroli Borromæi, apud Catholicos Helvetiorum Principes cum Commiſſarij Genera-

neralis poteſtate fuiſſet deſtinatus, ut Orthodoxas veritates coram illis proteſtaretur, cuncta illius Regionis Oppida permeans, Hęreticos Miniſtros, quocunque loco illos offendebat, veræ Fidei argumentis coarguens, non ſolùm eorum perfidiam improbabat, verùm etiam divini ſpiritus virtute, ac veritatis luce, Catholicam Religionem viriliter propugnando; non modò in illa imbecilles confirmavit, quinimmò ex Miniſtris, aliiſque Hęreſum diſſeminatoribus, plurimos ad Romanæ Eccleſiæ gremium reportavit. Incredibilia ſunt, quæ paſſus eſt ab Hęreticis evangelicus iſte Miſſionarius: ſæpè enim ab eis ludibrio habitus, luto, & ſaxis impetitus, in altam foveam gelu conſtrictam demerſus, venenum etiam aliquando illi in poculo propinarunt: à quo tamen orationis antidoto, nullum damnum, aut moleſtiam paſſus, illius ſanctitatem admirantes, & divinum quoddam in illo eſſe ſub ſpecie hominis concludentes, quamplurimi utriuſque ſexus eorum erroneam ac protervam ſententiam relinquentes, Calviniſmum, cui hactenus pertinaciter adhæſerant, tanquam Sathanæ inventum, magno ſpiritus fervore abjuraverunt. Scripſit Franciſcus, & Typis dedit:

*Acta Diſputationis ab eo habitæ in Rhetia cum quodam Miniſtro Hęretico de la Rochelſ nuncupato de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento anno* 1576. Magna cum ſanctitatis fama obiit Vraniæ in Helvetia anno 1583. diemque ſui obitus longè ante prædixit. Ejus mortem, non ſolùm Vraniæ Cives, & reliquæ Catholicorum Vrbes lacrymis, ac ſolemnibus exequiis ſunt proſecutæ, verùm etiã Sanctus Carolus Borromæus, cùm primùm de illa nuncium accepit, acerbè lacrymatus in hæc verba prorupiſſe dicitur: *Magnus Dei Servus Eccleſiam deſerit, ejus morte illa hodie gravem jacturam patitur.* Vide Tom. 2. Annalium Boverij ad annum 1583.

FRANCISCVS A' BAGNONE, qui eſt Pagus Dięceſis Sarzanenſis, Concionator Provincię Inſubriæ; vir probitate vitæ, ac ſingulari animi demiſſione inſignis, propter morum ejus candorem, & ſimplicitatem, Sereniſſimis Parmæ, & Placentiæ Principibus apprimè carus, ac familiaris; ad eorum inſtantiam ſcripſit, ac typis dedit Italicè Volumina duo ſub Titulo:

*Conſiderationi divote, e ſpirituali delle grandezze di Dio ſpettanti à principali Miſterj dell' humana Redentione.* Parmę apud Galetium Roſatum anno 1683. Tom. 1. in 8.

*Eſercitio Spirituale per amar Dio nel più alto, e perfetto modo poſſibile.* Ibidem anno 1685. Tom. 1. in 8.

FRANCISCVS BARBARANVS, natione Italus, Patria Vicentinus, ex Comitibus de Barbaranis in illa Vrbe nobiliſſimis; vir divini honoris zelo plenus, ſalutis animarum cupidus, doctrina, religioſis moribus, ac ſingulari vitæ integritate præornatus; Scripſit Ital.

*Hiſtoriam Eccleſiaſticam Vrbis Vicentinæ, nec non ejus Territorij,*

*& Diœceſis in duos Tomos in 4. diſtributam*. Primus Tom. impreſſus eſt Vicentiæ apud Chriſtophorum Rubeum anno 1649. Secundus Ibidem apud eundem anno 1652. Scripſit etiam tria Opuſcula valdè utilia, quorum Titulus eſt:

*Horologium Spirituale, ſeù Conciones in omnes Sanctiſſimæ Virginis Feſtivitates cum Exercitio ad B. Virginem ſalutandam*. Venetiis anno 1641.

*Directorium Vitæ ſpiritualis*. Venetiis apud Io: Baptiſtam Coſtanum 1647. in 8.

*Monile Spirituale hominis Chriſtiani*. Vicentiæ apud Heredes Petri Groſſi anno 1651. in 4.

Sublatus nobis vir piiſſimus Vicentiæ anno 1656. ætatis ſuæ 63. cujus etiam virtus in diutinæ infirmitatis languore maximè enituit, & præclara poſteris patientiæ exempla imitanda abundè reliquit. De eo meminerunt Vvaddingus lib. de Script. Ordinis Min. & Maraccius in Append. Biblioth. Marianæ litt. F.

FRANCISCVS A' BOSCHO Valdebienſis, Italus, Provinciæ Venetiarum alumnus, in arte medica vadè peritus; qui per plures annos in ſua Provincia infirmiorum Fratrum curæ Pręfectus, ſumma charitate erga illos fuit ſolicitus; Compoſuit ad communem utilitatem, præſertim pro Religioſis, qui obſequiis ęgrotantium aſſiſtunt Opuſculum ſermone Italico ſub hoc Titulo:

*La Pratica dell' Infermiere, nella quale con oſſervatione fondata nell' uſo di moltiſſimi anni, ſi addottrina il caritativo, & aſſiſtente Infermiere per ben conoſcere, e ne' caſi repentini applicare li rimedij proportionati a' mali de' ſuoi infermi*. Veronæ anno 1564. in 4. & 1671. in 8. Venetiis iterùm anno 1674. in 12. apud Ioannem Baptiſtam Merlum.

FRANCISCVS CAMBERIENSIS, natione Allobrox, Provinciæ Sabaudiæ alumnus, Sac. Theologię Profeſſor, egregius Concionator, ac per totum quinquennium Miniſter, & Commiſſarius Generalis; vir tum generis nobilitate, tum animi præſtantia, ac perfecta apoſtolicę vitę obſervantia admodum cõmendatus; Scripſit ad utilitatem Religioſorum noſtræ Congregationis librum ſub Titulo:

*Religioſæ, ac Regulares FF. Capucinorum exercitationes in quatuor libros diſtributæ*. Fuerunt impreſſæ Lugduni apud Ludovicum Muguet anno 1624. & 1627. in 4. & De eo meminerunt Vvaddingus lib. de Scriptor. Ord. Min. & Roſſottus lib. de Scriptor. Pedemontii.

FRANCISCVS A' CANOBIO, natione Italus, Provincię Mediolanenſis alumnus; vir vitę perfectione, ſanctiſque moribus illuſtris, ſummus paupertatis, humilitatis, atque honeſtatis amator, divini cultus admodum ſtudioſus, regularis obſervantię validus propugnator: qui vitæ auſteritate, & abſtinentia rigidus, totum ætatis ſuæ tempus in jejuniis, & orationibus uſque ad extremum ſenium conſumpſit; Scripſit Italicè, poſteriſque reliquit:

*Volumen Chronographicum, in*

*quo*

*quo fideliſſimè exaravit res geſtas ab initio, ac Religionis noſtræ primordiis à viris illuſtribus uſque ad annum* 1570. Ex quo Zacharias Boverius Annalium Capucinorum Hiſtoriam partim deſumpſit.

Obiit Mediolani in noſtro Conventu S. Victoris anno 1570. ætatis ſuæ 85. Religionis 67. & de eo honorificè meminit idem Boverius. Tom. 1. Annalium.

FRANCISCVS A' CENTO, natione Italus, Patria Ferrarienſis, (vocatus tamen à Cento ob djuturnam parentum in illo Oppido manſionem) Provinciæ Romanæ alumnus; vir doctus, & eruditus, & verbi Dei Declamator fervidus; Scripſit:

*Conciones Quadrageſimales, quas prælo paraverat, ſed morte præventus M. S. reliquit.* Aſſervantur in noſtra Bibliotheca Genuenſi.

FRANCISCVS A' CHIERCIARO, Coſentinæ Provinciæ Concionator; vir devotus, & religioſæ vitæ exemplis ornatus; Edidit Italicè:

*Coronam Sanctiſſimæ Trinitatis ab eo compoſitam, in qua operationes ad intra, & ad extra ejuſdem Individuæ Trinitatis recitantur.* Coſentiæ apud Mollum 1680.

FRANCISCVS A' CONCHA Neapolitanus, ejuſdem Provinciæ alumnus; vir doctus, religioſis, ac ſanctis moribus illuſtris. Hic, cùm ex mandato Superiorum Panormum adnavigaret tempore Quadrageſimę in illa Civitate concionaturus, in manus Turcarum Piratarum incidit, & captivus Algerium ductus, viliſſimo, ac graviſſimo ſervitutis jugo preſſus, duram illam Barbarorum tyrannidem maxima animi fortitudine ſuſtinuit; in eaque Vrbe verbum Dei Fidelibus concaptivis quotidie prædicans, eorum animos miſeranda illa ſervitute oppreſſos ſublevavit, & ad laborum tolerantiam, Fidei conſtantiam, mutuam charitatem, Deique amorem ſuo exemplo ſedulò provocavit; Scripſit:

*Epiſtolam ad Vicarium Provincialem Neapolitanæ Provinciæ, in qua captivitatem ſuam illi exponit, ſpirituſque ſui fervorem in tribulationibus, & ærumnis illi aperit.* Fuit impreſſa Panormi anno 1580. Angoribus, & preſſuris confectus migravit ad Dominum Algerii in eadem captivitate anno 1584.

FRANCISCVS DE FRANCHIS, natione Italus, Patria à Vetro (quod eſt Oppidum ſatis delitioſum ad littus maris Tyrrheni) vir eruditione, & doctrina admodum præſtans; propter jucundam morum ejus elegantiam omnibus carus, & amabilis, & eminentem in concionando facundiam, ac dulcedinem valdè celebris: qui etiam ſuam Lucaniæ Provinciam magna cum prudentiæ, & regularis obſervantiæ laude, per integrum ſex annorum curriculum adminiſtravit. Scripſit, & evulgavit Commentaria doctiſſima ſuper Oſeam Prophetam, quibus hunc prefixit Titulum:

*Salvator Myſticus, ſive, Oſeas enucleatus.* Tom. 3. in fol. *Eſt Opus ſummo ſtudio elaboratum, ſubtili-*

*tate Moralium Conceptuum, atque SS. Patrum, Doctorumque placitis in expoſitione tum Litterali, tum Morali, ac Myſtica adductis*. Primus Tomus fuit impreſſus Panormi apud Alphōſum de Iſola anno 1643. Secundus Salerni apud Franciſcum Savium anno 1647. Tertius verò Neapoli apud Hyacinthum Paſſerum 1650. De eo meminit Vvaddingus lib. de Scriptor. Ord. Minorum.

FRANCISCVS DE FVNIANO, natione Italus, Provinciæ Bononienſis alumnus; vir [ ut ait Boverius ] verus Iſraelita, in quo dolus nunquam fuit: qui toto vitæ ſuæ tempore innocentioris, atque illibatæ conſcientiæ candorem, mentiſque, & corporis puritatem conſervavit; & paupertatis exactiſſimus æmulator, deſpectam ſui corporis, & exterioris cultus exiſtimationem, ſummo ſtudio eſt proſecutus. Præclara ejus vis animi, ac doctrinæ excellentia tum in Sacris litteris, tum in Philophicis, ac Theologicis Facultatibus grande illi nomen dederunt; ita ut celeberrimus omnium, qui ſuo tempore floruerunt, prædicator fuerit exiſtimatus. Omnes ferè Italiæ Civitates eum concionantem audierunt, præſertim Bononia, ubi tempore Quadrageſimali verbum Dei in Eccleſia S. Petronii annuncians, tantus fuit concurſus Populorum, ut vix Templum illud auguſtiſſimum illos capere poſſet. Multa ferunt ſcripſiſſe ad Conciones ſpectantia; ſolùm extat:

*Volumen unicum Concionum, & Sermonum, de virtutibus, & vitiis*, quod M. S. *conſervabatur in Bibliotheca Ariminenſi*, ex relationibus Provinciæ Bononienſis. Meritis, ac virtutibus clarus, plurimis pro ſpirituali Eccleſię ędificatione, tum prędicando, tum operando laboribus exantlatis, mercedis coronam accepit Faventię anno 1579. De illo meminit Boverius, qui illius præclara geſta deſcribit in Tom. 1. Annal. Capucinorum §. 6.

FRANCISCVS GENARDVS, natione Allobrox, Patria Camberienſis, Provinciæ Sabaudiæ Concionator, vir religioſis virtutibus clarus, tum contemplativę, tum activæ vitæ chariſmatibus decoratus: qui ad Miſſionarii Apoſtolici munus exercendūm deſtinatus, prædicatione, catechiſmo, Doctrinæ Chriſtianæ explicatione plurimos ab Hęreticali morbo, & perfidię languore liberavit, & ad orthodoxam Fidem amplectendam perduxit; Scripſit latinè:

*Hiſtoriam Epiſcoporum Civitatis Auguſtæ Prętoriæ*. Extat M. S. in Bibliotheca Epiſcopi Salutiarum. De eo meminit Andreas Roſſottus in Syllabo Script. Pedemontii.

FRANCISCVS LONGVS, natione Italus, Patria à Coriolano (quod eſt præclarum Superioris Calabrię Oppidum) Provinciæ Romanæ Concionator, & Diffinitor, & in Provincia Coſentina Miniſter Provincialis: vir doctrina, & eleganti ſapientia pręornatus, acerrimus doctrinę S. Bonaventurę ſectator: qui per plures annos Sacrā Theologiam ſecundùm mentem ejuſdem Seraphici Do-

Doctoris Noſtris explicuit; & exactioris obſervantiæ zelo, apoſtoliçęque vitę exemplis Seraphicam Religionem illuſtravit. Scripſit plurima, eaq; diverſis temporibus fuerunt impreſſa, quorum Titulum hìc exhibemus.

*Tractatus de Caſibus reſervatis juxta Regulam Clementis VIII. Regularibus omnibus præſcriptam.* Lugduni apud Ludovicum Muguet anno 1616. in 8. Coloniæ apud Antonium Be[...]erum anno 1619. in 4. Venetiis 1614. In ultima tamen editione, quæ facta eſt Lugduni anno 1623. adeò in multis locis ab Auctore auctus, & locupletatus eſt, ut novum Opus jurè vocari poſſit.

*Tractatus de Iudicio Regulari.* Tom. 1. in 8. Colonię apud Antonium Bethzerum anno 1619.

*Summa Theologię ad inſtar Summæ D. Thomæ ex Operibus D. Bonaventuræ compacta, variiſque annotationibus illuſtrata, & in 7. Tom. in fol. diſtributa, ut conſtat ex Bulla Gregorij XV. quæ eſt impreſſa in principio primi Tomi Breviarij Chronologici ejuſdem Auctoris.* Primus Tomus tantùm fuit impreſſus Romæ ex Typographia Vaticana ſumptibus R. Cameræ Apoſtolicæ. Sex reliqui propter Auctoris mortem nondum in orbe clareſcunt.

*Breviarium Chronologicum Pontificum, & Conciliorum omnium, quæ à S. Petro uſque ad hæc noſtra tempora celebrata ſunt: in quo annuatim Pontificum Vitæ, eorumque Conſtitutiones, & Bullæ, Conciliorumque omnium, tam Generalium, quàm Provincialium, Acta quoque Hæreticorum, & eorum perverſa Dogmata, Damnationes, Confutationes, Schiſmata, perſecutiones, eorumque extinctiones; & denique quæcunque inſignia in ipſa Dei Eccleſia acciderunt, breviter, & clarè enarrantur.* Tom. 1. in fol. Lugduni ſumptibus Lud[o]vici Proſt anno 1633.

*Summa Conciliorum omnium, quæ à S. Petro uſque ad Gregorium XV. celebrata ſunt, juxta Chronologiam Cardinalis Baronij præcipuè, & aliorum Virorum illuſtrium Eccleſiaſtica monumenta, hiſtoricaque, adjunctis in loca præcipua, & difficilia quamplurimis annotationibus, cui etiàm acceſſit Appendix omnium Conciliorum Galliæ, eorum ſcilicet, quæ in hac Summa deſiderabantur.* Dividitur in 2. Tom. in fol. *In primo continentur præludia varia, annotationes ad Canones Apoſtolorum, & ad Concilia à primo Ieroſolymitano, quod celebratum fuit anno undecimo Chriſti uſque ad Aurelianenſe Quintum habitum anno 552.* Antuerpiæ 1623. ex Typographia Plantiniana Balthaſaris Moreti. *Secundus Tomus continet reliqua Concilia, quorum ultimum fuit Mechlinienſe undecimum habitum 1607.* Ibidem apud eundem Typographũ 1623. & Pariſiis in ſecunda editione apud Viduam Petri Chevalier anno 1639.

*Expoſitio in Bullam Clementis VIII. de Largitione munerum omnibus Regularibus utriuſque ſexus interdicta.* Lugduni 1623.

*Ex-*

*Explicatio in Bullam Cęnę Domini, & de Abſolutione à Caſibus dictæ Bullæ*. Ibidem apud Ludovicum Proſt 1623. in 4. Italicè verò ſcripſit:

*Horologium Spirituale, ſive 24. Meditationes in omnibus feſtis Beatę Mariæ Virginis*. Romę apud Gulielmum Pacciottum anno 1625. in 8.

*Horologium Spirituale, ſive 24. Meditationes in totam Paſſionem D. N. IESV Chriſti*. Venetiis apud Io: Baptiſtam Giottum 1626. Tom. 1. in 8.

*Exercitium Angelicum pro ſalutanda Deipara Virgine MARIA*. Ibidem apud eundem 1626. Tom. 1. in 8.

Illuſtribus perfectionis teſtimoniis à Deo probatus, mortalis vitæ curſum peregit Romæ anno reparatæ ſalutis 1625. ętatis ſuæ 63. nono Kalendas Ianuarij. De illo meminerunt Hippolytus Maraccius lib. de Script. Marianis, Vvaddingus de Script. Ord. Minorum, & Torreçilla lib. Specul. Seraph. Relig. ubi de Capucinis.

FRANCISCVS DE LVGANO, Provinciæ Mediolanenſis Cōcionator, vir ſua ætate ob doctrinæ præſtantiam, ac morum probitatem valdè commendatus; Compoſuit librum:

*De Miraculis Sacratiſſimæ Euchariſtiæ*. Ex Vannotio Tom. 3.

FRANCISCVS DE MADERVIL, natione Hiſpanus, Concionator; Edidit Opuſculum ſub Titulo:

*Eruditio Tertiariorū* anno 1690.

FRANCISCVS MANFREDVS, natione Italus, Patria à Rhegio-Lepidi, Provinciæ Bononienſis alumnus; vir ſanguine clarus, ſed nobilitate doctrinæ, verbi Dei prædicatione, & religioſarum virtutum ſtemmate clarior. Fuit Poeta valdè elegans, acutioris intellectus, & ſublimioris eruditionis Philoſophus, totamque ſuam Provinciam ſua doctrina, & virtutibus plurimùm illuſtravit. Plura ſcripſit, ſicut habemus ex relatis; ſed pręlo tantummodò vid始emus pauca. Ea ſunt:

*Oratio de laudibus S. Caroli Borromæi ab eo habita in Eccleſia Cathedrali Placentiæ anno* 1614. Ibidem apud Heredes Ioannis Baptiſtæ Bazachij 1614. in 4.

*Oratio ad Cives Parmenſes in gratiarum actione pro ortu Sereniſſimi Ducis Parmæ, & Placentiæ*. Ibidem 1625. in 4.

*Oratio in Beatificatione S. Franciſci Xaverij ab ipſo habita Bononiæ in Eccleſia PP. Societatis Ieſu*. Bononiæ 1620. in 4.

*Carmina varia, & Elegiæ in ortu Magni Principis Etruriæ Ferdinandi*. Bononiæ 1612.

*Poema elegans, & pulcherrimum de laudibus Villæ Arietinæ ad Sereniſſimum Ducem Parmenſem*. Ibidem 1612. De eo meminit Vvaddingus lib. de Script. Ord. Minorum:

FRANCISCVS MAVSOLENSIS Gallus, Provinciæ Aquitaniæ Concionator, ac Miſſionarius Apoſtolicus; vir doctus, nec vulgariter eru-

eruditus; Compoſuit aliqua Opuſcula Idiomate Gallico; videlicet:

*De modo faciendi confeſſionem generalem.*

*De modo orandi, & meditandi.*

*De modo ignorantes catechizandi.*

*De modo gratiam Dei poſt confeſſionem conſervandi.*

FRANCISCVS DE MAZZARA, natione Siculus, alumnus Provinciæ Panormitanæ, & in Provincia Meſſanenſi Miniſter Provincialis. Hic, cùm inter Patres Conventuales ſcientia, atque doctrina excellens Theologię cathedram Panormi, & Bononię publicè ſuſtinuiſſet, ardentiori ſtudio regularis obſervantię eodem tempore incumbens, anno 1562. ad Capucinos migravit: inter quos vitę innocentiam, quam in priori Religione anteà ſibi comitem adſciverat, nova virtutum prole in arctiori Inſtituto accumulavit. Etiam Superiorum noſtrorum juſſu Theologicas Diſciplinas, & Sacram Scripturam per tredecim annorum ſeriem expoſuit; eoque in munere inſignem eruditionem cum pręclaris apoſtolicę vitę exemplis conjungens, multos in Panormitana Provincia, tum ad perfectam Seraphicę Regulę obſervantiam erudivit. Multa ferunt ſcripſiſſe, quę temporis injuria perierunt. Extant tamen M. S.

*Prælectiones in libros Ariſtotelis.* Tom. 3. in 4.

*Prelectiones Theologicę ſecundùm Doctrinam Scoti.* Tom. 4.

Obiit in noſtro Conventu Drepanenſi anno 1588. Vide Boverium Tom. 2. Annal. Capucinorum.

FRANCISCVS MEDIOLANENSIS, ejuſdem Provincię Miniſter Provincialis, ac in Romana Curia Procurator Generalis, natus eſt Mediolani anno 1530. Patre Ioanne Arconio Cretenſi, nobili Iuriſconſulto, habitumque Religionis Seraphicę ſuſcepit anno ętatis ſuæ 13. Vir fuit valdè doctus, ſingularis prudentiæ, profundæ humilitatis, ac altiſſimè contemplationis, apoſtolico ſpiritu à Deo imbutus, gratięque cœleſtis ubertate in prędicando ditatus, univerſas ferè Italiæ Civitates peragravit: in quibus admirabiles ad pęnitentiam motus, innumeraque animarum lucra reportavit; tamque ingens de vitæ illius ſanctitate, ſermonis efficacia, cœleſti doctrina apud Populos fama fuit, ut non immeritò novus Italiæ Apoſtolus fuerit appellatus. Acerrimus extitit Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ propugnator, ejuſque venerationem mirificè propagavit. Quapropter etiam ſcripſit:

*Volumen, in quo doctiſſimè tractat de Immunitate ejuſdem Virginis Deiparæ ab omni peccati originalis macula.* Citatur à Pagnotio lib. de Maria Triumphante pag. 328. Feliciſſimo fine vitam concluſit Romæ anno 1583. ſub Clemente Papa VIII. cui acceptiſſimus extitit, eumque propter candidam ejus morum innocentiam ſummis benevolentiæ officiis eſt complexus. Vixit in Religione annos 45. Ejus vita deſcribitur à Boverio Tom. 2. Annal. Capucinorum ad annum, quo obiit 1583.

FRAN-

FRANCISCVS MEVDONENSIS Pariſiorum Provinciæ Concionator, & in humanioribus litteris admodum excultus, penitiora tum dicendi, tum ſcribendi arcana linguæ ſcrutatus, non ſine ingenti ſui labore, & ſtudio, æqualique præſertim juniorum addiſcentium commodo, & utilitate compoſuit, & publici juris fecit librum, quem prænotavit Gallicè:

*L'Eſprit de l'Ortographie Univerſelle*. Tom. 1. anno 1689.

FRANCISCVS DE MOLINS Gallus, Provinciæ Lugdunenſis Eccleſiaſtes, Sacræ Theologiæ Profeſſor; vir in Scholaſticis Diſciplinis admodum verſatus; Edidit:

*Integrum Curſum Philoſophicum ad mentem Scoti in 3. Tom. in 8. diſtributum*. Lugduni anno 1687.

FRANCISCVS A' MONTECALERIO Pedemontanus; ejuſdem Provinciæ Theologus, & Concionator; vir generis nobilitate clarus, clarior tamen vitæ probitate, morumque perfecta compoſitione. Hic in Vallibus Subalpinis à P. Ioanne Veneto tunc temporis Commiſſario Generali Miſſionarius Apoſtolicus deſtinatus, concreditum ſibi munus evangelicum indefeſſo labore utiliſſimè adminiſtravit, univerſamque ferè Macrenſem convallem peragrando, diſperſaſque Villas ſua prædicatione perluſtrando, cooperante divinę gratiæ adjutorio, cunctos Vallicolas à Fide aberrantes Catholicæ Eccleſiæ reconciliavit: inſuper, & Draconenſem Pagum Doctrinæ Chriſtianæ inſtitutione, catechiſmo, ſermocinatione, divinique cultus reformatione ab Hereſi expurgando, uberrimam ex eo in horrea Eccleſiaſtica meſſem collegit. Scripſit Italico Idiomate:

*Narrationem Hiſtoricam ſuæ Miſſionis in Vallibus Macræ, & Draconerij, cum relatione earum rerum, quæ ſimul cum ſociis operatus eſt pro reductione Vallicolarum ad Fidem Catholicam*. Ad Sereniſſimum Principem Victorium Amadeum Caroli Emmanuelis Sabaudiæ Ducis &c. Filium primogenitum.

FRANCISCVS A' MONTEPOLITIANO, natione Italus, Provinciæ Etruriæ alumnus, ex nobili Buratorum Familia ortus, ac Marcelli II. Pontificis Maximi conſanguineus; vir vitæ puritate venerandus, omnium virtutum corona decorus: qui in verbo Dei evangelizando ingenti divinæ ſapientiæ lumine illuſtratus, multos ex utroque ſexu Fidelium fervore ſui ſpiritus, & apoſtolicę vitæ exemplis ad pęnitentiam provocavit; Scripſit latinè:

*Annotationes ſuper quatuor Prophetas Majores, præcipuè ſuper Ezechielem Prophetam*. Habentur M.S. lacerę tamen, & in pluribus paginis diminutæ. Obiit in noſtro Conventu Senenſi anno 1571. dum tempore Adventus in Eccleſia Metropolitana ejuſdem Civitatis Conciones ad Populum haberet, magnamque ſancti nominis famam poſteris reliquit. Ex Boverio Tom. 1. Annal. Capuc. ad annum prædictum.

FRANCISCVS DE NIGRO Genuenſis ex Illuſtriſſima illius Vrbis

his Familia. Hic anno ætatis ſuæ 16. cùm ſingulari ingenii claritudine præfulgeret, omnitùmque liberalium Artium, quæ nobiles adoleſcentes exornant, eſſet abunde peritus, & indulgente natura propter venuſtam ejus morum, corporiſque elegantiam ad ſui affectum cunctorum animos inclinaret, divini amoris flammis in corde accenſus, ſpreto mundi culmine, in Capucinorum Religione ſe Dei obſequio mancipavit, & in Conventu Genuenſi S. Barnabæ Seraphico jugo ſubjectus, ætatis, & penè naturæ vires ſuperans, Religioſæ pietatis, & exquiſitæ ſapientiæ ſemina dedit. Concors fuit huic initio religioſæ vitæ progreſſus: nam brevi tempore, cùm ſingulari virtutum varietate niteret, ad ſacra ſtudia promotus, Theologus, ac ſacri verbi Declamator factus inſignis, tam in Philoſophicis, quàm in Divinis aliis Facultatibus Magiſterio decoratus, in Romana Curia per integrum duodecim annorum ſpatium Procurator Generalis, ac ſemel totius Ordinis Vicarius fuit conſtitutus. Inde Sac. Congregationis Concilii Tridentini, Epiſcoporum, & Regularium ab Vrbano VIII. Conſultor deputatus, eodemque tempore Apoſtolici Collegii, Romanæque Curię Predicator electus, vehementibus ſuis concionibus, eloquio nitido, doctrina admirabili, eruditione ſublimi, prudenti conſilio, animi candore, cordis virtute, zelo Fidei, laboribus pro Chriſti gloria, exaltatione Romanæ Eccleſię, Religionis incremento, & animarum beneficio aſſiduis, omnes Italię Vrbes, preſertim Romam admiratas effecit. Dignus ſanè, quòd ipſemet Chriſti Vicarius Vrbanus VIII. ejus virtutes gravi encomio in Sacro Conciſtorio celebratus, illum inter Sacros Purpuratos, & Eccleſię Principes conſtituendum decreverit. Multa ſcripſit, quę negotiis graviſſimarum rerum prępeditus, voto ſuo ad limam adducere, & pręlis ſubmittere haud potuit. Extant tamen in noſtra Bibliotheca Genuēſi M. S. formoſo ſatis charactere:

*Conciones Apoſtolicæ, quas per totum integrum ſexdecim annorum decurſum habuit in Sacro Palatio in 4. Tomos in fol. diſtributę.*

*Conciones ab eo declamatę in præcipuis Italiæ Civitatibus temporibus Adventus, & Quadrageſimæ.* Tom. 2. in 4.

*Rhetorica Eccleſiaſtica, quam tam à Profanis, quàm à Sacris Scriptoribus deprompſit in quatuor Tractatus diviſa.* Habetur M. S. in eadem Bibliotheca in 4.

*Syllabus omnium Declarationum, quæ factæ ſunt à Sacra Congregatione ſuper Concilium Tridentinum. M. S.* in Bibliotheca noſtra Portus Mauritii.

*Sermo de Paſſione D. N. IESV Chriſti ab eo habitus in die Paraſceves in Metropolitana Eccleſia Genuenſi anno* 1609. *die* 17. *Aprilis.*

*Oratio ab ipſo habita Genuæ in eadem Eccleſia Metropolitana ad Senatum Genuenſem in die Vnionis* 12. *Septembris*; impreſſa apud Ioſephum Pavonem anno 1608. in 4.

Obiit Genuę in noſtro Conventu

Q Im-

Immaculatę Conceptionis anno Iubilæi 1650. ætatis ſuæ ſeptuageſimo, Religionis 53. De illo meminerunt Raphael Sopranis, & Abbas Michael Iuſtinianus lib. de Scriptor. Liguribus, Raphael de Turri lib. de Cambiis, Leonardus Honoratus de Leotardis lib. de Vſuris, & alii.

FRANCISCVS NVGENTIVS Hybernus, Miſſionis Hybernicæ Capucinorum Inſtitutor: in Provincia Belgica, cujus fuit alumnus, ſæpiùs Guardianus, & Diffinitor, Provinciæ Colonię Fundator, ac Commiſſarius Generalis: Vir piiſſimis vitæ moribus exornatus, præclaris ingenii, ac induſtriæ dotibus perpolitus, ſcientiarum ferè omnium merce abundè refertus, Hebręi, ac Græci Idiomatis interpretandi adeò excellens, ut transfuſus in eum Hebręorum, ac Græcorum Auctorum genius videretur. Cùm eſſet in Theologia Myſtica eximius Magiſter, ac longa temporis exercitatione verſatus, præclarum Opus ſcripſit in Defenſionem Ioannis Taulerii, cujus Titulus eſt:

*Taulerus expenſus, ac defenſus, ejuſque doctrina veluti erronea ab æmulis vindicata*. Tom. 1. in 4

Scripſit etiam aliud Opus Myſticum ſub Titulo:

*Secreta Itinera Orationis*. Tom. 1. in 8.

Floruit ſub Paulo V. cui fuit acceptiſſimus: qui etiam, aliquando loquens cum Cardinali Bellarmino, illum vocavit, Lumen Eccleſiæ, & Fidei Catholicæ ornamentum.

FRANCISCVS DE NVIT Gallus, Provinciæ Franciæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor; edidit latinè Opuſculum inſcriptum:

*Turris David ædificata cum propugnaculis, millequeclypei ex illa pendentes, ad defenſionem Conſtitutionum Regularium Fratrum Capucinorum*. Tom. 1. in 8.

FRANCISCVS REPANTVS, natione Picenus, Patria Æſinus, vir ſuo ſæculo illuſtris. Hic, ex nobiliſſima illius vrbis natus Familia, Philoſophica, ac Sacrorum Canonum, felici Minerva, ſtudia aſſecutus, ſuæ Patriæ fuit electus, ac deſignatus Epiſcopus; ſed, Deo ſimul illuſtrante, & vocante, Epiſcopatui, ac ſæculo nuntium mittens, in pauperes Chriſti IESV omnibus ſuis facultatibus largè, & miſericorditer diſtributis, ad Sacram Minorum de Obſervantia Religionem ſe contulit: in qua ſtrenuè per quadraginta trium annorum ſpatium Deo militans, Prædicatoris Apoſtolici à Paulo III. Pontifice Maximo munere decoratus, in vinea Domini excolenda plurimùm laboravit, & ex ejus prædicatione, veluti oliva fructifera in domo Domini, perennes Cęlo fructus eruperunt; attamen, cùm eſſet regularis, ſimul & arctioris obſervantiæ ſtudioſiſſimus, Congregationi Capucinorum aſſociari voluit anno 1534. indèque in Capitulo Romæ congregato 1543. quod fuit quintum in Ordine, tertius Vicarius Generalis electus, ſic juveneſcentem Religionem ad mentem S. P. Franciſci eſt moderatus, ut nihil, quod ad

ad veri Patris officium ſpectat, unquam prætermiſerit. Zelo enim, prudentia, animi conſtantia, alta naturę vi, multarumque rerum peritia abundè cumulatus, etiam cęterarum virtutum, quæ virum Apoſtolicum conſtituunt, prævio omnibus fulgore refulſit. Quædam animi ſui pietatem redolentia Opuſcula ſcripſit, inter quę impreſſa videmus:

*Circulum Divini amoris, in quo, quo pacto Deus diligendus ſit ſuper omnia, diſertiſſimè traditur*. Romæ anno 1521. Tom. 1.

*Explicationem Doctrinæ Chriſtianæ, quæ plurimùm à Marcello Secundo Summo Pontifice collaudata, juſſu ejuſdem Pontificis inter Vaticanæ Bibliothecæ Codices fuit aſſervata*.

*Reſponſionem ad ſingulos articulos Concionatoribus Capucinorum tranſmiſſos per Cardinalem Carpenſem tunc Ordinis Protectorem, jubente Paulo III. Summo Pontifice*. Plurimis pro Religione, & pro Dei Eccleſia piiſſimis laboribus perfunctus, glorioſum vitæ finem impoſuit Peruſiæ, anno 1549. ętatis ſuę 46. ejuſque merita Deus poſt mortem nonnullis ſignis, & miraculis declaravit. Geſta ipſius deſcribuntur à Boverio Tom. 1. Annal. Capuc. ad ann. 1543. & 1549. & de eo meminerunt honorificè Toſſinianus in Seraphica Hiſtoria lib. 3. pag. 315. Baretius part. 4. Chronic. Fr. Minorum. Gonzaga de Origine Seraphicæ Religion. Vvaddingus lib. de Script. Ord. Min. Poſſevinus in Apparatu Sacro litt. F.

FRANCISCVS A' RODRASEM, natione Polonus, Provinciæ Bohemiæ alumnus, vir pius, & eruditus, atque omni ſcientiarum genere fulgidus, de Religione Catholica optimè meritus, zelo Fidei fervidus, & vitę perfectione venerandus: qui Miſſionarij Apoſtolici, jubentibus Superioribus, munere aſſumpto, doctrinam, non voce tantummodò, ſed etiam facto tradens, quamplurimos à Catholica Fide aberrantes, ad Sanctę Romanę Eccleſię gremium reduxit. Scripſit latinè:

*Tractatum de quibuſdam Controverſiis, ſive Reſponſiones ad ſeptuaginta objectiones ab Hæreticis confictas*. Prodierunt primò latino Idiomate Raudonicii anno 1620. Poſteà ab Auctore in ſermonem Teuthonicum translatę, fuerunt impreſſę ibidem anno 1627. apud Paulum Seſſium. Tom. 1. in 4.

*Directorium pro noviter converſis ad Fidem Catholicam*. Ocomuoy in Moravia anno 1633. apud Nicolaum Ardech. Tom. 1. in 8.

*Scalam Cœli: eſt liber de rebus ſpiritualibus*. Ibidem 1636.

*Vitam S. Antonij Vlyſſiponenſis* (vulgò de *Padua*) *cum variis doctrinis, & annotationibus, necnon reſolutionibus difficultatum pro ſatiſfactione vulgi*. Pragę 1645. & 1646. Typis Georgij Zypars. Tom. 1. in 4.

*Exercitia Spiritualia pro captu omnium ſtatuum, & conditionibus perſonarum*. Ibidem apud eundem 1647. Tom. 1. in 8.

De hoc Auctore meminit Vvaddingus lib. de Script. Ord. Minorum, & Didacus Lequille lib. Franciſcus

Terlegiſlator Evangel. pag. 273.

FRANCISCVS DE ROMORANTINO Gallus, Provinciæ Britanniæ Concionator, ac Miſſionarius Apoſtolicus in Paleſtina; vir in humanis, ac divinis Litteris eruditus. Scripſit Opus latinè, cujus Titulus eſt:

*Anatome Alcorani Mahumetti, &c.* Tom. 1. in fol.

FRANCISCVS RVGINIVS, natione Italus, Patria à Cotonio (quod eſt Oppidum in Ducatu Mediolanenſi prænobile) Provinciæ Romanæ Concionator, & Theologus eruditus, optimis naturæ dotibus inſignitus, ſingulari apud viros doctos bonarum litterarum, ac virtutum opinione; cùm ingenium Poeticum ſimul cum Proſa haberet elegans; Scripſit, & evulgavit:

*Epigrammata varia, & Diſtica ad Eminentiſſimum D. D. Dominicum Gymnaſium S. R. E. Cardinalem ampliſſimum.* Romæ apud Gulielmum Facciottum anno 1625. De hoc Auctore honorificè ſcribit Bartholomeus Zucchius vir præclariſſimus lib. de æterna felicitate Paradiſi in Epiſtola Dedicatoria ad P. Franciſcum de Nigro Genuenſem Capucinum.

FRANCISCVS A' SACCIA, natione Siculus, Provinciæ Panormitanæ Concionator, & Diffinitor. Hic, cùm inter Minores de Obſervantia eſſet inſignis Theologus, & in doctrina Scoti admodum verſatus, ſibi acutiſſimi Doctoris nomē comparaſſet, arctioris vitæ deſiderio accenſus, ad Congregationem noſtram emigravit anno 1552. ubi doctrinam ſimul cum vitæ ſanctimonia conjungens, totum Siciliæ Regnum ſuaviſſimo virtutum ſuarum odore replevit. Vir fuit admirabilis abſtinentiæ, ita ut decem integros dies ſine cibo, & potu ſæpiùs omninò duceret. Septem flagellationes, quoad vixit, quotidie ſibi adhibuit, aſperrimoque ſemper contectus cilicio perpetuum carnis ſuæ martyrium IESV Chriſto obtulit. Spiritu planè mirabili verbum Dei diſſeminavit, & in munere prædicationis tantopere excelluit, ut ſæpiſſimè ob confluentes turbas in plateis Civitatum concionari compelleretur, & ad ejus ignita eloquia innumeri utriuſque ſexus ad mundi contemptum, & ad pænitentiam commoti, ſæculo relicto, & ad Religioſa Clauſtra ſeſe contulerint. Scripſit, & poſteritati reliquit:

*Lecturas Philoſophicas, & Theologicas ſecundùm mentem Scoti*, quæ ſicut habemus ex relatis, conſervantur in Bibliotheca Panormitana apud FF. de Obſervantia. Obiit Panormi anno 1575. ejuſque geſta deſcribit Boverius Tom. 1. Annal. Capucinorum.

FRANCISCVS A' SANCTOSEVERINO Neapolitanus, ejuſdem Provinciæ egregius Concionator, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ſæpiùs Diffinitor; Miniſter Provincialis, ac demum totius Ordinis Diffinitor Generalis: vir pietate, doctrina, prudentia, ac conſilio magno præditus: in laboribus quibuſcunque arduis ſuperandis incredibili animi

vi-

vigore, & conſtantia dotatus; nec impari zelo ad omne, quod religioſæ diſciplinæ obſervantiam conferre videtur ſolicitus. Scripſit Italicè:

*Vitam Venerab. Fratris Ieremiæ Vallacchij Capucini, viri vitæ ſanctimonia illuſtris*, qui obiit Romæ anno 1625. Prodiit Neapoli apud Hyacinthum Paſſerum anno 1620. Tom. 1. in 4.

FRANCISCVS A' SEXTO, Provinciæ Genuenſis alumnus; vir clara doctrina, ſed clariori animi præſtantia, præcipuarumque virtutum ſobole clariſſimus. In quo linguæ facundia, ſubtilitas ingenii, morum gravitas: in regendo auctoritas, ac judicii maturitas plurimùm commendantur; haſque omnes eximias naturæ dotes ingenuis ille artibus, ſacrarum litterarum ſtudiis, laboribus pro noſtra Religione exantlatis, mirificè excoluit. Fuit enim divini verbi Declamator celebris, ac in plurimis, præcipuiſque Italiæ Civitatibus lumine prædicationis effulſit. Inde poſt Philoſophiam, ac Sacram Theologiam Noſtris doctiſſimè expoſitam, pluriès Diffinitor electus, ac ſuæ Provinciæ Moderator conſtitutus, illam per integrum novennium ſumma cum charitatis, ac prudentiæ laude, regulariſque obſervantiæ zelo, ſapientiſſimè direxit. Poſtremò à Summo Pontifice Innocentio XI. Romanæ Provinciæ Viſitator Apoſtolicus ordinatus; eo in munere fortiſſimum, ac invincibilis pectoris virum ſe ſemper oſtendit. Multa ſcripſit, eaque digna Typo; attamen ex ditiſſima ſui ſpiritus Officina, ſequentia tantùm in luce Opera dari permiſit:

*Orationem de laudibus S. Evaſii Epiſcopi, & Martyris ab eo habitam in Civitate Caſalenſi in Eccleſia Cathedrali in die feſto ejuſdem Sancti 1. Decembris*. Fuit impreſſa in eadem Civitate apud Martham 1656.

*Orationem, quam habuit Genuæ in die Præſentationis B. MARIÆ Virginis ad Ducem, & Senatores Sereniſſimæ Reipublicæ Genuenſis*. Genuæ apud Calenzanum 1667.

*Operationes Dei admirabiles in concurſu Populorum ad Sacellum, & Imaginem Beatiſſimæ Virginis MARIÆ* [ vulgò de *Laghetto* ] *nuncupatæ propè Niciam*. Taurini per Carolum Gianellum 1654. in 8.

*Vitam, & geſta P. Zachariæ Boverii Salutienſis Diffinitoris Generalis Capucinorum*. Genuæ apud Calenzanum 1665. in 4.

*Sermones diverſi generis ad Novitios Capucinorum pro acquirenda perfectione*. Tom. 2. in 4. Primus Tomus fuit impreſſus Genuæ apud Franchellum anno 1682. Secundus Ibidem apud eundem anno 1685.

*Sermones Morales ad utriuſque ſexus Regulares ab ipſo habitos in variis temporum occaſionibus*. Tom. 2. Primus Tomus in 4. prodiit Genuæ apud Franchellum anno 1678. Secundus Tomus Ibidem apud eundem anno 1681. in fol.

*Il Tiranno conſiderato privo delle qualità neceſſarie all' eccellenza del Principato*. Tom. 1. in fol. Genuæ apud eundem 1689.

*Sermones* 40. *pro tempore Orationis*

*nis Quadraginta Horarum faciendos*: Omnia hęc Opera le[illegible] tur ſermone Italico; latinè verò p[illegible]ælo ſubmiſit:

*Aucupium Ibis; hoc eſt Confutationes objectionum Elenchiſtæ cujſdam Anonymi in Apologiam pro Annio Fr. Thomæ Mazzæ*. Ad Illuſtriſſimum D. D. Coſmam Centurionem ex Centurionibus Vltramarinis Vrſinis Marchionibus Stepæ, Patritium Genuenſem. Ronchi apud Antonium Georgium Franchellum 1676. in 4.

Inſuper, præter eruditiſſimas Philoſophiæ, ac Theologiæ lecturas, quæ in ſex Tom. in 4. diſtributæ aſſervantur M. S. in noſtra Bibliotheca Genuenſi, diverſis etiam temporibus plures Tractatus tam Scholaſticos, quàm ad mores ſpectantes elucubravit, quos magna negotiorum mole pro beneficio noſtrę Religionis præpeditus abſolvere, nec ad limam adducere valet. De eo meminerunt D. Abbas Michael Iuſtinianus, Raphael Sopranis, & Auguſtinus Oldoinus lib. de Script. Liguribus, Torreçilla in Spec. Seraph. Relig. ubi de Scriptor. Capuc., & Maraccius in Append. de Scriptorib. Marianis.

FRANCISCVS A' SICLILIS, natione Siculus Provincię Syracuſanæ alumnus; vir in facultate Medica peritus, natu[illegible]alium, & artificialium medicamentorum diligens obſervator; Scripſit:

*Volumen de rebus Medicis, quæ ſunt in quotidiano uſu, & quas perfectè callere debent Medici, & Pharmacopæi*. Prodiit Venetiis anno 1675. Citatur ab Antonio de Sgobbis ſub nomine P. Franciſci Caballi in ſuo Theatro Pharmaceutico impreſſo.........

FRANCISCVS A' SORIANO, natione Italus, Patria à Soriano, Viterbienſis Diœceſis Oppido, Provinciæ Romanæ alumnus. Hic ad Religionem noſtram ex Obſervantium Patrum Familia tranſitum fecit anno 1564. & inter primęvos illos Patres, qui in illa prima Religionis ętate virtutibus, ac prędicationis dono floruerunt, inſignis eluxit. Magna fuit illi ingenii facilitas, atque doctrinæ fertilitas in ſummis quibuſcunque Theologicis quæſtionibus enodandis, divinoque lumine è Cœlo reſperſus; tam mira in concionando ſermonis efficacia pręditus erat, ut animos, quòcunque libuerit, impelleret, & effręnes affectus manantis orationis flumine deliniret: pendebant enim ex ejus ore Populi, omneſque, quaſi unum ex Prophetis è Cœlo delapſum, acclamabant; ac tam mira ipſius verbis à Spiritu Sancto vis indita erat, quòd in Vrbibus, iiſque Italiæ præcipuis, odia extingui, inimicitias aufugere, fęnora exulare, mala parta reſtitui, adulteras, ac concubinas pelli, Confeſſiones Generales inſtitui mores corrigi, paſſi viderentur. Scripſit, ac poſteris reliquit:

*Volumen Quæſtionum Theologiæ Scholaſticæ*, &

*Concionum, ac Sermonum de Tempore Volumina* 4.

Clarus meritis, etiam gratia miraculorum, & Prophetię donis illuſtris,

in

in noſtro Conventu Romano S. Bonaventuræ poſt piiſſimos labores à Deo coronandus, diem clauſit extremum anno 1567. Videndus Bove-rius, qui ejus præclara geſta copioſè deſcribit Tomo 1. Annalium ad annum prædictum.

FRANCISCVS SPINELLVS, Patria Neapolitanus, ex Marchionibus de Paula, & ideò de Paula vocatus, Provinciæ Coſentinæ Concionator; vir religioſis moribus venuſtus, doctrina, & eruditione præſtans, prædicationis munere admodum commendatus; Scripſit, & edi permiſit:

*Concionem, & Tractatum de Epiſtola Beatiſſimæ Virginis MARIÆ ad Meſſanenſes*. Meſſanæ 1634. Alia etiam *ſcripſit Opuſcula*, quæ ſtudens humilitati abſque ejus nomine circumferuntur. De eo meminit Maraccius de Scriptor. Marianis, & Vvaddingus de Scriptoribus Ord. Min.

FRANCISCVS TERESTIVS, natione Italus, Patria Bergomenſis, Provinciæ Brixienſis Concionator, ac in ſæculo I.V.D. vir notiſſimę doctrinę, ac pietatis: qui ob ejus ſingularem Seraphicę obſervantiæ zelum bis eandem ſuam Provinciam ſub Miniſtri Provincialis, & Commiſſarii Generalis titulis magna cum prudentię laude, ac ſanctitatis fama diligentiſſimè gubernavit. Scripſit latinè:

*Praxim Criminalem pro Iudiciis Regularium*, evulgatam tamen ſub nomine cujuſdam Religioſi Ordinis Minorum Conventualium: cujus Operis Auctorem fuiſſe dictum P. Franciſcum juratam fidem fecit P. Alexius Bergomas ejuſdem Patris ſocius, & ſecretarius. Dives meritis, ac virtutibus extremum diem feliciſſimè obiit in noſtro Conventu Fori-Cornelii Provincię Bononienſis.

FRANCISCVS TITELMANVS, natione Belga, Patria ex Haſſelleto agri Leodienſis Oppido; vir ob ejus admirabile ingenium, ſummam doctrinam, ac præclaram vitę ſanctimoniam, toti Chriſtiano Orbi notiſſimus. Hic Lovanii, quæ Brabantię Vrbs eſt, tanta facilitate, & celeritate in liberalibus Diſciplinis profecit, ut 16. penè ætatis annum attingens, omnium ferè Scientiarum, nec non Hebraicę, Chaldaicę, & Grecę linguę notitiam fuerit aſſecutus; breviſque temporis interjecto ſpatio inſignis Doctor evaſerit. Poſtquam verò per aliquot annos Haſſellenſis Academię, & Philoſophorum apud Lovanium Moderator, ac Prælector extitiſſet, divino ſpiritu commotus, habitum FF. Minorum de Obſervantia ſuſcepit, exactiſſimamque vitæ rationem complexus, id ſua virtute effecit, ut inter illuſtriores totius Seraphicæ Religionis viros recenſeretur. Fama tamen Capucinorum Reformationis ad ejus aures penetrata, arctioris, & perfectioris obſervantię deſiderio inflammatus, unà cum F. Franciſco à Soletro Italiam petiit, Romanamque Vrbem inviſit eo planè tempore, quo noſtrum Capitulum Generale tenebatur: ubi a P. Bernardino Aſtenſe tunc Generali Vicario anno 1535. in

in Reformationis conſortium admiſſus, illicò Sacræ Theologiæ Lectorem in Conventu Mediolanenſi illum inſtituit; ſed cum Franciſcus ea mente, & conſilio ad Capucinos acceſſiſſet, quò animum ſolidiore virtute ornatum perfectiùs in Deum transferret, eo officio, omnibuſque miniſteriis humiliter recuſatis, ad Incurabilium ægrotantium domum, in qua tunc Capucini miniſtrabant, cum cæteris deſtinari, iiſdem ęgrotis inſervire à Generali ſuppliciter impetravit: & ſic humanæ ſapientiæ faſtum, ſi quis animo ex ejus nominis gloria adhæreret, eo profundiùs depreſſit, quò humilioribus ſe obſequiis mancipavit. His charitatis, & humilitatis officiis magno ſpiritus fervore aliquandiù vacavit, ſummamque de ſe omnibus admirationem, ac ſanctitatis opinionem ingeſſit. Attamen Vicarij Generalis juſſu evocatus, Romanæ Provinciæ illum præſidere voluit; eoque munere humiliter ſuſcepto, & Religioſæ familiæ uberrimum cęleſtis doctrinæ pabulum præbuit, & Domini gregem virtutum omnium luce anteivit. Multa, eaque perutilia ſcripſit Opera, quæ Sixtus Senenſis, Bellarminus, Poſſevinus, & alii ſummoperè ab eruditione, & pietate commendant. Illorum ſeriem ex Vvaddingo hìc exponimus:

*Commentaria in omnes Pſalmos David juxta veritatem Vulgatæ, & Eccleſiæ uſitatæ editionis latinæ, quæ & ipſa integra, & illibata ex adverſò opponitur, Pſalmis ſingulis ſingula argumenta ante ſe monſtrantibus totam Pſalmi virtutem, atque materiam, quaſi per modum Epitome ſummatim complectentia; poſt elucidationem verò adjunctis prolixioribus annotationibus, quæ Commentariorum locum habent.* Pariſiis 1540. & 1546. Antuerpiæ 1567. & Lugduni apud Gulielmum Rovillium 1588.

*Elucidatio Canticorum, quæ Eccleſiaſticus uſus appellat Ferialia, cum annotationibus ex Hebræo, atque Chaldæo, in quibus quidquid ex veritate hebraica occurrit difficultatis tractatur, & exponitur.* Antuerpiæ apud Philippum Nuntium ſub ſigno Ciconiæ 1553.

*Paraphraſtica Elucidatio in libr͞u Iob, cum annotationibus.* Pariſiis 1550. Lugduni 1553. & Antuerpię 1566. apud Ioannem Stellium.

*Commentaria in Eccleſiaſten Salomonis, cum annotationibus ex Hebręo, & editione Græca per ſingula Capita.* Lugduni apud Gulielmum Rovillium anno 1555.

*Commentaria in Cantica Canticorum, cum annotationibus ex Hebræo, Chaldęo, & Græco Textu.* Lugduni 1575. Pariſiis 1577., & 1581. & Antuerpiæ 1552.

*Commentaria in Sacroſanctum Evangelium IESV Chriſti, ſecundùm Matthęum.* Pariſiis apud Audenum Porrum 1546. Tom. 1. in fol. Lugduni apud Rovilium 1556. & Antuerpiæ 1576.

*Commentaria in Sacroſanctum IESV Chriſti Evangelium ſecundùm Marcum.* Antuerpiæ 1543.

*Commentaria in Sacroſanctum*

*IESV Chriſti Evangelium ſecundùm Ioannem, additis annotationibus ſicut & in ſuperioribus Evangeliis ad loca difficiliora.* Pariſiis 1551. & 1553. 1563. & Compluti 1566.

*Collatio in Epiſtolas ad Romanos contra Eraſmum Rhoterodamum.* Antuerpiæ 1530.

*Collatio pro editione vulgata Sacræ Scripturæ.* Ibidem 1530.

*Epiſtola Apologetica pro Opere ſuarum Collationum ad Eraſmum Rhoterodamum.* Antuerpiæ 1537.

*Commentaria in Hymnos Eccleſiaſticos*, Pariſiis 1562.

*Summa Myſteriorum Chriſtianæ Fidei ex auctoritate Divinarum Scripturarum veteris, ac novi Teſtamenti congeſta, atque in pias contemplationum formulas commodè digeſta.* Lugduni 1557. 1565. & Venetiis apud Ioannem Bertanum 1575.

*Commentaria in Tractatum de Septem Verbis Domini D. Arnoldi Carnotenſis D. Bernardo familiaris.* Antuerpię apud Martinum Cęſarem anno 1532.

*Expoſitio Cæremoniarum Sacroſancti Sacrificii Miſſæ.* Antuerpiæ 1528. & Lugduni 1556.

*Expoſitio Sacri Canonis Miſſæ per modum Supplementi ad Expoſitionem Odonis Epiſcopi Cameracenſis.* Ibidem 1561.

*Expoſitio in Officium de Superbenedicta Trinitate.* Ibidem apud Hernellium anno 1530. & Lugduni 1558.

*Meditationes Sacræ diviſæ in ſeptem diſtinctiones, juxta numerum dierum hebdomadæ.* Ibidem 1545.

*De Exercitiis Religioſorum.* Lugduni 1548.

*De Præmatura morte* [illegible]*norum.* Lugduni 1544. & 1573. Antuerpiæ 1565. & Venetiis 1593.

*De Sacramentis Eccleſiæ Tractatus diverſi.* Pariſiis 1542. Lugduni 1573. & Antuerpiæ 1565.

*De Fide, Religione, & Moribus Æthiopum.* Antuerpiæ apud Ioannem Coccium anno 1534. & Pariſiis 1545.

*De Deipara Virgine MARIA contemplationes ſeptem lectu digniſſimæ, & quæ inſignem, ſuavemque ſpirant devotionis odorem.* Lugduni 1562.

*Theſaurus Chriſtianæ Fidei: quem ſcripſit lingua Theutonica.* Antuerpiæ 1565. & Lugduni 1576.

*De Conſideratione Dialectica lib. ſex Ariſtotelici Organi ſummam; hoc eſt, Totius Dialecticæ ab Ariſtole tractatæ complectentes.* Pariſiis 1554. Coloniæ 1546. Lugduni 1547. [1]565. & 1575. apud Rovillium.

*Compendium Philoſophiæ Naturalis; ſive, de Conſideratione rerum naturalium, earumq; ad ſuum Creatorem reductionem* lib. 12. Pariſiis 1557. & Lugduni 1596. apud Bartholomęum Vincentium.

Præter hæc alia plura ſcripſit tam de Divinis Scripturis quàm de aliis Facultatibus, quæ edax tempus à nobis ſubripuit; & præcipuè *ſcripſit contra Iacobum Fabrum Stapulenſem* adhuc viventem, qui malè ſentiebat de Fide; & ut cæcutiens in di-

verſos errores impingebat, ac contra ipſum ſtrenuè decertans, ſe acerrimum Fidei Defenſorem non obſcurè præſtitit. *Scripſit etiam contra Eraſmum Rhoterodamum*, virum, etſi de humanioribus litteris benemeritum, atro tamen in rebus fidei carbone notatum, qui eodem tempore Baſileæ publicè docebat: cujus ſcripta, cùm ad manus Titelmani perveniſſent, illaque apertè Hęreſim ſapientia cerneret, in ea acerrimè invectus, illum calamo exagitare cępit, atque adeò inſectatus eſt, ut ipſe Eraſmus ſæpè dicere ſoleret, *ſe nullius præter Titelmani eruditionem pertimeſcere*. Meritis, & virtutibus cumulatus, mortalis vitæ curſum feliciſſimè peregit in noſtro Conventu Anicoli anno 1537. pridie Idus Septembris, ætatis ſuæ 40. biennio in Provincialatus Miniſterio nondum expleto, circa annum quartum ab ingreſſu in noſtra Capucinorum Cōgregatione. Hujus præclariſſimi viri geſta deſcribuntur à Boverio Tom. 1. Annal. Capucinorum ad annum 1537. ex Petraccio, Salodienſi, Monteflore, Franciſco à Canobio, & aliis. Et de illo honorificè ſcribunt Marcus Vlyſſiponenſis par. 3. Chronic. FF. Minorum lib. 9. cap. 30. Gonzaga part. 1. de Scriptor. Eccleſiaſtic. Franciſcanis, & 3. parte in Conventu Lovanienſi, qui eſt primus Germaniæ Inferioris. Vvillotus in Athenis Orthodoxis, verbo Franciſcus, Bellarminus de Scriptor. Eccleſiaſticis ad annum 1500. qui eum appellāt *virum ſanctum, & doctum*. Sixtus Senenſis in ſua Bibliotheca lib. 4. Poſſevinus in Apparatu Sacro, verbo Franciſcus. Geſnerus in ſua Bibliotheca. Simlerus in Epitome ejuſdem, Daça in part. 4. Chronic. FF. Minorum lib. 2. Coccius lib. 6. Hiſtorię Seraphicæ. Gualterius in Tabula Chronographica. Vvaddingus lib. de Scriptor. Ord. Min. Ardinghellus in Appendice Congeminatæ vocis Turtur. Oſtenſ. 4. Manipulus FF. Minorum in cap. 7. Regulæ Franciſcanæ. Ioannes Baptiſta à Peruſio in pręludio ad Vitam B. Felicis Capuc. Toſſinianus in Hiſtoria Seraphica. Maraccius lib. de Scriptor. Marianis. Carbonus lib. 8. Franciſciad. pag. 187. 193. Spondanus ad annum 1536. Tilmans. Tom. 1. Vitarum SS. Seraphici Ordinis. Valerius Andreas Veſſal. lib. de Scriptorib. Belgii. Miręus in Auctario de Scriptor. Eccleſiaſticis, & in Elogiis illuſtrium virorum Belgii ſęculo 16. cap. 28. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano ad diē 4. Octob. Arturus à Monaſterio in Martyrol. Franciſcano die 12. Septemb & fuſiùs omnibus Arnoldus de Raiſſa, qui ejus vitam Gallico Idiomate copiosè deſcripſit.

FRANCISCVS TOLOSANVS, natione Gallus, Provinciæ Occitaniæ alumnus, vir eruditus, Sac. Theologiæ Profeſſor ingenuus, ac religioſis moribus pręornatus, qui ſuam Provinciam ſub Miniſtri Provincialis titulo aliquando prudentiſſimè, & ſingulari regularis obſervantiæ zelo eſt moderatus, verbique Dei pręedicationę excellens, illam ferventer exercendo indefeſſo labore per di-

diverſas Galliæ Vrbes plurima animarum lucra Chriſto, & Eccleſiæ reportavit; pręſertim in Miſſionibus de Sevenes, in quibus tanquam lucerna lucens, & ardens charitatis facibus agitatus, Hęreticorum converſioni per plures annos efficaciter incubuit. Præclara poſteris doctrinæ, ac pietatis ſuæ lumina dedit: Scripſit enim, & Typis ſubmiſit nonnulla Opera Idiomate Gallico, quæ ſic inſcribuntur:

*Impietas proſtrata Tranſilii Miniſtri Factionis Calvinianæ*. Pariſiis apud Dionyſiũ Thierry anno 1657. Tom. 1. in 8.

*Le Parfait Miſſionaire, où il eſt traittè de la Miſſion en General, des qualitez neceſſaires au parfait Miſſionaire, de la conduite, e des emplois du parfait Miſſionaire*. Tom. 2. in 4. Pariſiis apud Thierry anno 1662.

*Le Miſſionaire Apoſtolique, ou Sermons vtiles a ceux, qui s'emploient aux Miſſions, dans le quelles ils troverent les matieres neceſſaires a traitter, pour retirer les pecheurs de leurs pechez, & les porter a la penitence*. Tom. 8. in 8. Ibidem apud eundem 1664. In primo Tomo continentur 24. Conciones de peccato. In ſecundo totidem de pœnitentia. In tertio agitur de 4. Noviſſimis. In quarto de Virtutibus Theologicis. In quinto, & ſexto de Virtutibus, & Vitiis. In ſeptimo, & octavo habentur Conciones pro Dominicis totius anni. Evulgavit etiam eodem Idiomate:

*Conciones de Feſtis Sanctorum per annum occurrentibus*. Tom. 2. in 8. Pariſiis apud Thierry anno 1673.

*Conciones de Feſtis, & Myſteriis IESV Chriſti, & Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*. Tom. 1. in 8. Ibidem 1673.

*Vitam, & geſta Dominæ de Liſtanna Fundatricis Ordinis Deiparę*. Toloſæ apud Ioannem Poſch anno 1672. in 8.

*Hiſtoriam Sacratiſſimi Sacelli Virginis Deiparæ de Gradu nuncupatæ, cui famulantur PP. Capucini*. Tom. 1. in 8. Vivebat anno 1675. & inſudabat in reſtringendis omnibus Operibus P. Franciſci Titelmani in 3. Tom. in fol. quæ anteà in parvis Voluminibus ſparſim jacebant, & Lugduni quamprimùm imprimi curabat; ſed, an adhuc ſint excuſi, me latet.

FRANCISCVS DE XEREZ, natione Hiſpanus, Provinciæ Bæticæ, Sacræ Theologiæ Profeſſor, pluriès Diffinitor, Miniſter Provincialis, ac ſemel & iterùm Diffinitor Generalis, nec non Catholicæ Majeſtatis Philippi IV. Concionator. Vir undequaque doctus, in utraque litteratura excellens, in concionibus facundus, & eruditus, in rebus perarduis pertractandis virili cordis vigore donatus; Scripſit, & imprimi fecit:

*Apologias varias valdè doctas, & eruditas, & plures Sermones tanto Auctore dignos*. Hæc ex Torreçilla in ſuo Apologetico quæſt. 6. ſect. 2. n. 693. Obiit Matriti anno 1684.

FRANCISCVS ANTONIVS MONCADA, natione Hiſpanus,

Patria Matritenſis, Provinciæ Caſtellæ filius; vir illuſtris, tam generis nobilitate, quàm virtutum præſtantia. Hic, antequam habitum Religionis noſtræ indueret, cùm eſſet in utroque Iure Doctor magni nominis, & ſingulari in rebus arduis peragendis prudentia, ac conſilio excelleret, in Regali Curia Matritenſi inter Advocatos, & Conſiliarios Regios primum locum obtinuit, magnamq; apud omnes Hiſpaniæ Proceres habuit auctoritatem. Sed omnia, quæ ſunt mundi, honores ſcilicet, opes, & dignitates pertæſus, humilem, & pauperem Capucinorum vitam amplexus, illuſtria omnigenæ perfectionis, quoad vixit, præbuit exempla. Scripſit, & ex latino in Idioma Hiſpanicum traduxit:

*Annales Capucinorum P. Zachariæ Boverii, illoſque in tres Tomos diſtribuit*. Hæc traductio facta eſt à Moncada ſtylo tam eleganti, tam ingenioſa diſpoſitione, ac tam ſuavi verborum phraſi, ut meritò novum Opus dici poſſit, & ab omnibus viris doctis non vulgaria encomia reportaverit. Matriti apud Carolum Sãchez. Primus Tomus anno 1644. Secundus 1646. & Tertius 1647. De hoc Auctore meminerunt D. Nicolaus Antonius Hiſpalenſis in ſua Bibliotheca Hiſpana Romæ impreſſa, & Martinus de Torreçilla in Speculo Seraph. Religionis, ubi de Scriptoribus Capucinis:

FRANCISCVS ANTONIVS DE VILLAFRANCA, natione Hiſpanus, alumnus Provinciæ Caſtellæ, Theologus, & Concionator; vir doctus, pluribuſque naturæ dotibus præditus. Traduxit ex latino in Idioma Hiſpanicum, & Typis evulgavit:

*Flores Seraphicos, ſive Icones, vitam, & geſta Virorum Illuſtrium FF. Minorum Capucinorum exprimentes, Auctore P. Carolo Bruxellenſi*. Matriti anno 1659. De eo meminit Torreçilla ubi ſupra.

FRANCISCVS IOSEPH EX BVSMANSCHEVSEN, natione Germanus, Provinciæ Anterioris Auſtriæ verbi Dei Declamator, Diffinitor, ac Sacræ Theologiæ Lector; vir morum probitate, ac divinarum litterarum Scientia præclarus; Edidit Opera latinè ſub hac Epigraphe:

*Campus florum, ſive, Conciones per totum anni decurſum*. Tom. 3. in 4.

*Palma, Zodiacus, & Lapides Mariani*. Eſt Opus Concionum tripartitum, de Sanctis, & de B. Virgine. Edidit etiam alia quædam Opuſcula Germanico Idiomate ſub ſequẽtibus Titulis:

*Concio in laudẽ Sereniſſimi Principis Badenſis ob Victorias contra Turcas reportatas ſub titulo*: Palma Auſtriaca immarceſcibilis.

*Planctus Eccleſiæ*.

*Seneca Chriſtianus*.

*Affectus varii Spirituales*.

*Actus internarum virtutum, erga Beatiſſimam Virginem*. Tom. 2. in 16. 1690.

FRANCISCVS MARIA CASINVS, natione Italus, Patria ab Aretio, Provinciæ Etruriæ Concionator, Diffinitor, ac Sac. Theologiæ Pro-

Profeſſor; vir ſubtili ad Scholaſticas Diſciplinas exponendas ditatus ingenio, erudita in perorando præditus eloquentia, religioſæ obſervantię ſedulus proſecutor, ac ſpectata morum gravitate decorus. Evulgavit, & typis dari permiſit nõnullas Orationes, ſeu Conciones ab eo habitas in Civitate Maſſę Ducalis ſub his Titulis.

*Gli ſcherzi del ſanto amore fra Gieſù, Maria Maddalena, e Vittoria*. Eſt Concio de laudibus S. Mariæ Magdalenę de Pazzis ab eo habita die 25. Maii 1674.

*Le Altezze aſſicurate da' precipizi.* Diſcorſo Panegirico per la Santiſſima Vergine di Miſericordia Protettrice della Sereniſſima Caſa di Maſſa. Ibidem 1674.

*La Virtù perfetta nel funerale dell' Eccellentiſſ. S. D. Maria Franceſca Cybo*. Ibidem 1678. apud Hieronymum Marinum.

*Panegirici di diverſi altri Santi*. Ibidem apud eundem 1678. Tom. 1. in 16.

FRANCISCVS MARIA GIANCARDVS, natione Ligur, Patria ab Alaxio, ſub Dominio Sereniſſimę Reipublicę Genuenſis, evulgavit ſub nomine D. Iuliani Giancardi Fratris ſui plura Opuſcula in honoré Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, erga quam fuit ſingulari devotione affectus, cujuſque cultum ſemper promovere ſummoperè ſtuduit; Eaque ſermone Italico compoſita ſic intitulantur:

*Motivi Spirituali per ſervire la Gran Madre di Dio*. Genuæ apud Calenzanum 1630. & Monteregali 1632.

*Impreſe di Alaſſio*. Genuæ 1653.

*Giardino Sacro per la Madonna del Suffragio in Alaſſio*. Ibid. 1651.

*Gioiello Sacro delle Reliquie traſportate di Sardegna in Alaſſio*. Ibid. 1651.

*Città Sacra della Gran Madre di Dio per le Chieſe ſue, che ſono in Alaſſio*. Ibid. 1648.

*Apparitione Auguſtiſſima della Madre di Dio in Savona. Hiſtoria Sacra*. Tomi tre in 4. Ibid. 1660.

*Eſercitii Spirituali da farſi nelle Novene alla Santiſſima Vergine in Savona*. Ibid. 1660.

*Hiſtoria della SS. Vergine detta della Guardia in Ponzevera* Ibid. 1661.

*Hiſtoria della SS. Vergine delle Vigne nella Città di Genova*. Ibid. 1661.

*Hiſtoria di Santa Maria di Pia nel Finale*. Ibid.

*Genova Auguſta in Libertà, Coronata Republica della Gran Madre di Dio*.

*Maraviglie di Genova in Elogii* 50.

*Vita di S. Vgone Confeſſore Cavaliere Geroſolimitano*.

*Corona di gratia, e di Miracoli di S. MARIA di Miſericordia di Savona*.

*Sacra Cronologia dell' Origine, e Fondatione di Savona, delle ſue Chieſe, e Conventi*.

*Miracoli, e gratie di S. MARIA di Pia nel Finale*.

*Veſſillo Sacro dell' Immacolata* Con-

*Concettione di Maria.*

*Le Maraviglie di Dio nella Vita della Ven. Madre Suor Domitilla la Pavia Monaca Capuccina.*

*Hiſtoria di S. MARIA di Monte Allegro di Rapallo, con una raccolta di Miracoli.*

*Cuore di S. Franceſco Patriarca de' Frati Minori.*

*Lingua di Sant' Antonio da Padova.*

*Fiori di Santa Brigida Regina di Svetia.*

*Voto dell' Immacolata Concettione di MARIA Vergine.*

*Fiori della Paſſione di Chriſto Signor noſtro,*

*Trionfi di S. MARIA detta della Guardia.*

*Piaghe di Gieſù Chriſto Signor noſtro.*

*Roſa d'oro di S. MARIA di Miſericordia in Savona.*

Obiit in noſtro Conventu Savonenſi anno 1670. ætatis ſuæ 65. Religion. 47. & de illo meminerunt Michael Iuſtinianus lib. 1. de Scriptor. Ligur. Raphael Sopranis lib. pariter de Scriptor. Ligur. Pagnotius lib. de Maria Triumphante: Auguſtinus ex Comitibus de Linguilia Cler. Regul. Somaſch. in funere Excellentiſſimi Caroli Ducis de Auria. Archangelus à S. Ioſeph ex Carmelitis Excalceatis lib. Apparitionis B. MARIÆ Virginis. Syrius in Hiſtoria Sacra de Beata Virgine. Maraccius in Appendice de Scriptoribus Marianis. V. Iulianus. Auguſtinus Oldoinus in ſuo Athenęo, & alii.

FRANCISCVS MARIA GIOIA, natione Neapolitanus, Patria à Poſilippo, ejuſdem Provinciæ Concionator, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac Miſſionarius Apoſtolicus in Regno Matambæ in Aphrica Meridionali; deſcripſit, & evulgavit Italico Idiomate librum, cujus Titulus eſt:

*La Maraviglioſa converſione alla Fede di Chriſto della Regina Singa, e del ſuo Regno di Matamba.* Neapoli apud Hyacinthum Paſſerum anno 1669. Tom. 1. in 4. Scripſit etiam:

*Vitam P. Antonii Laudati Caraffæ Cajetani Capucini Concionatoris, ac in Aphrica Miſſionarii Apoſtolici, qui obiit Loandæ Angolæ anno 1662. die 10. Iulii.* Prodiit Neapoli anno 1669. in 4. apud Hyacinthum Paſſerum. De eo meminit Toppius in Biblioth. Neapolitana.

FRANCISCVS MARIA PAGNOTIVS, natione Italus, Patria Piſtorienſis, Provincię Etruriæ alumnus; vir generis nobilitate, morumque compoſitione præclarus, & Concionator ſpiritu Dei fervens, qui Apoſtolicum munus per plures annos fideliter ſuſtinuit, ſolumque Dei gloriam, & animarum ſalutem in ſuis concionibus ſibi promovendam propoſuit. Ex ſpeciali affectu, & devotione, qua Beatiſſimam Dei Genitricem Virginem MARIAM ſemper eſt proſecutus, in ejus honorem ſcripſit, ac prælis ſubmiſit Italico Idiomate librum ſub hac Epigraphe:

*MARIA Trionfante di tre Corone adornata.* Prima Corona eſt ſtellarum propter eminentiam

tiam ſui Sanctiſſimi Nominis. Secunda eſt liliorum, propter candorem ſuæ Immaculatæ Conceptionis. Tertia roſarum, propter Maternam ejus erga peccatores pietatem. Piſtorii apud Petrum Antonium Fortunatũ 1655. in 4. De hoc piiſſimo Auctore meminit Maraccius in Appendice de Scriptor. Marianis.

FRANCISCVS MARIA PARISINVS Gallus, Provinciæ Lutetiæ Concionator, & Sacræ Theologiæ Profeſſor; vir ſubtilioris ingenii, multiplicis doctrinæ, in humanis, & divinis litteris egregiè inſtructus; Scripſit, & edidit:

*Dilucidationem in explicationem Iſagogicam Myſticæ, ac ingenioſæ Patris Spiritus Sabatherii Tabulæ, cui Titulus: Idealis Vmbra Sapientiæ Generalis.* Tom. 1. Opus Theologicum, Scholaſticum, & Morale. Item:

*Iconologiam novam, ſive, novam Deſcriptionem, & explicationẽ Phyſicam, & Moralem ſingularum Hyeroglibhicarum Imaginum, quibus conſtat, & componitur eadem Patris Sabatherii Tabula.* Tomus alter, impreſſi ambo Pariſiis anno 1689.

FRANCISCVS MARIA PHILAMARINVS Neapolitanus, Eminentiſſimi Cardinalis Aſcanii Philamarini Archiepiſcopi Neapolitani Germanus Frater, in toto Neapolitano Regno inter Conſultores S. Officii apud Miniſtrum Generalem pro Supremo, & Vniverſali Sanctiſſimę Inquiſitionis de Vrbe Tribunali Decanus: vir venuſtate, ac gravitate morum venerabilis, divinarum Scripturarum, & Sacræ Theologiæ Sapientiſſimus Profeſſor, evangelici verbi Declamator celebris, ſumma in gerendis gravioribus negotiis pręditus induſtria, ad graviſſima quęque tractanda conſilio, & prudentia excellens: qui religioſæ obſervantiæ fervidus zelotes, ſuę Neapolitanæ Provincię Pater, & Męcenas illam per decem circiter annos ſub Miniſtri Provincialis titulo moderatus; ex ejus ſolicitudine ſingularia virtutum incrementa recepit. Scripſit plura, nulla tamen Typis uſque modò extare videmus, niſi librum conſcriptum Idiomate Latino ſub hac Epigraphe:

*De Divinis Revelationibus Tractatus duo, præclariſſimo Nomini MARIÆ dicati.* Quorum prior prophetias, oracula, inſpirationes, inſtinctus, ſomnia, viſiones, & hujus generis quamplurima continens; quæ vera ſint, queq; falſa oſtendens, omnes Dęmonum detegit illuſiones. Poſterior verò ſeptem diſcutit propoſitiones, ad quas hęc de Revelationibus materia dirigitur. Neapoli apud Hyacinthum Paſſerum anno Iubilęi 1675. Tom. 1. in 4. Obiit Neapoli die 7. Martii 1683. ętatis ſuę 87. De eo meminit Nicolaus Toppius in Biblioth. Neapolitana.

FRANCISCVS MARIA SENEGIENSIS, Provinciæ Vallonię alumnus, quem eadem Provincia pluribus titulis illuſtrem, ſcilicet, Diffinitoris, Lectoris, ac Guardiani nobis exhibet; nec non ob maturitatem judicii, & doctrinæ ſoliditatem, virum ſpectabilem appellat. Scripſit,

&

& edidit:

*Sermones plurimos de Tempore Tom. 2.* Et alia Opera ſpiritualia, quorum Titulum nondum accepimus.

FRANCISCVS MARIA SQVARCIAFICVS, natione Italus, Patria Genuenſis, ejuſdem Provinciæ Sacræ Theologiæ Profeſſor. Hic 22. ætatis ſuæ anno, mundum, ejuſque vanitates deſpiciens, in Seraphica Capucinorum Religione ſe Deo devovit, & illuſtri ſanguine ſatus, illuſtriora ſanguini doctrinæ, ac virtutum ſtemmata jungens, ad ſuæ Provincię Gubernacula aſſumptus, eo in munere ſe prudentem, & benignum omnibus exhibuit, & clarus fama prædicationis apud nobiliores, ſelectioreſque Italiæ Vrbes evangelici Declamatoris immarceſcibilem obtinuit memoriam. Plura ſcripſit Philoſophica, & Theologica; quæ M. S. adhuc aſſervantur: Typis tamen dari permiſit Italico ſermone:

*Orationem; quam habuit Genuæ in Eccleſia Metropolitana ad Senatum Sereniſſimum Reip. Genuenſis in die Vnionis 12. Septembris.* Genuæ apud Calenzanum anno 1635. in 4.

*Orationem, quam expoſuit in eadem Eccleſia Metropolitana Sereniſſimo Duci, & Gubernatoribus, ac Procuratoribus Reipub. Genuenſis in die Annunciationis B. MARIÆ Virginis anno 1637. quando fuit electa in Patronam totius Dominii Genuenſis.*

*Orationem alteram ab ipſo habitam in ipſamet Eccleſia in die Coronationis Sereniſſimi Ioannis Lucæ de Clavaris Genuenſis Reipublicæ Ducis anno 1627.*

Obiit Genuæ in noſtro Conventu Immaculatæ Conceptionis, dum eſſet Provincialis anno 1645. ſexto nonas Auguſti, Religionis 23. ætatis verò 45. De eo meminerunt D. Michael Iuſtinianus, & Raphael Sopranis de Scriptoribus Liguribus pag. 105. Verbo Franciſcus.

FVLGENTIVS DE ISÆO Italus, Provinciæ Brixiæ Concionator; vir religioſis moribus ornatus, deſcripſit Italicè:

*Hiſtoriam Chronologicam Civitatis Iſei.* Brixiæ.

# G

GABRIEL A' BVLLANDIO, natione Gallus, Pariſienſis Provinciæ Concionator; vir non vulgaris doctrinæ, & eruditionis ſtemmate inſignitus, & præcipuè in Facultatibus Philoſophicis, & Mathematicis Diſciplinis egregiè verſatus; magno ſtudio, & labore confecit, præloq; ſubmiſit Opus Aſtronomicum, cujus Titulus eſt latino Idiomate:

*Tabulæ Ambianenſes, in quibus*

ab

*ab ipſo datur nova Methodus ſupputandi motus Planetarum*. Pariſiis anno 1648. apud Dionyſium Thierry. Tom. 1. in 4. De eo meminit Vvaddingus de Script. Ord. Minorum.

GABRIEL MONCADA, natione Hiſpanus, Patria Matritenſis, Provinciæ Caſtellæ Concionator. Hic, cùm eſſet Advocatus in Regia Curia, non multis cedens locum, utpotè vir eximio ingenio, Muſarumque, ſicuti erat opus, arte à Numine imbutus, nuntium remiſit ſæculo, Franciſci Patriarchæ Vexillo, militiæque Seraphicæ inter Capucinos ejuſdem Matritenſis Curię adhęrens, quibuſcum vixit magnæ ſanctimoniæ fama, & totius Hiſpaniæ ædificatione. Convertit ex latino in Hiſpanicum Idioma:

*Las Coronicas de los Frailes Menores Capuchinos del bien aventurado S. Franciſco.* Matriti 1644. Tom. 3. in fol. Scripſit etiam Latinè

*De Pactis &c.* Matriti apud Alphonſum Mattonium in 8. 1639. &

*Proſodiam noviſſimam &c.* Tom. 1. in 8. Ibidem apud eundem. Hæc collegimus ex Bibliotheca Hiſpanica Nicolai Antonii Hiſpalenſis.

GABRIEL A' MONTENOVO, natione Italus, Provinciæ Piceni Concionator, vir doctrina, conſilio, ac ſanctis moribus illuſtris: qui ad ſuæ Provinciæ Miniſterium aſſumptus, eandem per ſex annorum curriculum præclariſſimè gubernavit; ita ut, non ſolùm illam in Seraphicæ Regulæ obſervantia verbis, & ſermonibus firmaverit, verùm etiam apud omnes non obſcuram ſanctimonię laudem pręclaris ſuę vitæ exemplis ſibi comparaverit. Scripſit Opuſculum valdè devotum ſub hoc Titulo:

*Enchiridion Spiritualium Orationum, & Meditationum, necnon Exercitiorum in exorando Deum: quod fuit primùm evulgatum Venetiis anno 1583. ſuppreſſo ejus nomine.* Obiit plenus dierum, & meritorum in noſtro Conventu Fabriani, & de eo ſcribit Boverius Tom. 2. Annalium Capucinorum.

GALLVS RAVENSPVRGENSIS, natione Germanus, alumnus Provinciæ Auſtriæ Anterioris, Concionator doctus, & eruditus; Edidit Germanico Idiomate:

*Conciones duas funebres &c.*

GASPAR DE PINAROLIO, natione Subalpinus, Provinciæ Pedemontanæ alumnus, ex nobiliſſima Purpuratorum Familia, olim Patritius Aurati Equitis, & Magiſtri Militiæ filius: vir animi robore, doctrina, & ſcientia præditus: qui Miſſionarius Apoſtolicus in Vallibus Cadralii deputatus, potens in opere, & ſermone, Orthodoxas veritates incolis ſolicitus explicavit, pravitatem Hęreticam in illis Regionibus evellere ſtuduit, & Catholicæ Religionis ritus, traditioneſque confirmando, Eccleſiaſticum Regnum ędificavit, quò Sathanæ Regnum deſtrueret. Scripſit:

*Manuale, ſeu Directorium pro uſu Miſſionariorum.* M.S. Obiit anno 1631. & de eo meminit D. Marcus Aurel. Lucernenſis in Relat. Miſſion.

GASPAR DE ROVGNES, natione Gallus, Provinciæ S. Ludovici alumnus, Concionator eruditus, ac ſacrarum litterarum maximè ſtudioſus; qui olim fuit Eminentiſſimi D. D. Antonii Barberini Cardinalis Confeſſarius, & ei valdè familiaris. Scripſit Idiomate Gallico Opus in duos Tomos diſtributum, cujus Titulus eſt:

*L'Illuſtre Capucin le Duc de Modene, & Iſabelle de Savoye ſon eſpouſe; ou le ſecrets de l'Amour des ſoufferances du Sauveur dans le coeurs des Souverains.* Prodiit Aquiſ-Sextiis apud Stephanum Roize anno 1677. & dicatum eſt Sereniſſimo Principi Mutinenſi Rinaldo Eſtenſi.

GASPAR DE VIANNA, natione Navarrus, Provinciæ Caſtellę Concionator, pluries Guardianus, & Diffinitor, vir doctrina, pietate, ac perfecta regularis diſciplinæ obſervantia maximè commendatus; Scripſit, & evulgavit tres libros in folio de Myſtica Theologia, in qua fuit Magiſter inſignis. Eorum Titulus eſt:

*Lux clara lucens in tenebris, &c.* Matriti apud Dominicum Garziam anno 1660.

*Lux practica &c.* Ibidem apud Joſephum Fernandez de Buendia anno 1665.

*Via Cœli &c.* Ibidem apud Matthæum Spinoſam anno 1667. Scripſit etiam, & prælis ſubmiſit Hiſpanico Idiomate:

*Quadrageſimale, ſeù Conciones de omnibus Dominicis, & Feriis Quadrageſimæ.* Tom. 1. in fol. Matriti 1668.

*Conciones in Lamentationes Ieremiæ Prophetæ.* Ibidem apud Gabrielem Legionenſem 1670. Tom. 1. in 4. De eo meminerunt Vvaddingus de Script. Ord. Min. D. Antonius Nicolaus Hiſpalenſis in ſua Bibliotheca Hiſpanica, & Torreçilla in ſpeculo Apologetico, ubi de Capucinis.

GAVDENTIVS BONTEMPVS, natione Italus, Patria Brixienſis, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac plurium annorum curriculo Sacrę Theologiæ Lector Generalis: vir ſpiritu candidus, ſermone nitidus, in docendo ſubtilis, in diſputando dilucidus, omnigenæ doctrinæ, ac ſapientiæ donis ornatus, illuſtribuſque vitæ apoſtolicę exemplis apud omnes mirificè commendatus. Igneę, ac Seraphicę doctrinę D. Bonaventuræ erudientis intellectivam, atque affectivam portionem incendentis, fuit propugnator acerrimus; eaque de cauſa magno ſtudio elaboravit Commentaria doctiſſima ſuper 4. libros Sententiarum ejuſdem Seraphici Doctoris in 7. Tomos in folio diſtributa, quibus hunc præfixit Titulum:

*Palladium Theologicum, ſeu, Tota Theologia Scholaſtica ad intimam mentem Divi Bonaventuræ Seraphici Doctoris; cujus eximiæ doctrinæ raptæ reſtituuntur, ſententiæ impugnatæ propugnantur: in qua Divinæ Sapientiæ Theſauri, dudum depoſiti, iam recens effoſſi, erutique, mundo elucent in ſeptem Tomos in folio diſtributa, opera, & labore P. Ioannis*

*nis Franciſci Durantis Brixienſis Concionatoris Capucini, & Auctoris alumni fideliſſimi*. Impreſſa Lugduni ſumptibus Laurentii Arnaud, Petri Bordè &c. anno 1676. & 1677. Dicata Auguſtiſſimo Regum Ludovico XIV. Magno, Galliȩ, & Navarrȩ Maximo Monarchæ.

Summariam totius Operis diviſionem, & ad Angelici Doctoris Methodum digeſtam hìc exhibemus.

*Prima Pars tres continet Tomos, & Tractatus decem.*

*Prima Secundæ Tomum unicum, & Tractatus quinque.*

*Secunda Secundæ Tomum unicum, & Tractatus ſeptem.*

*Tertia verò Pars duos concludit Tomos, & Tractatus duodecim.*

Obiit vir doctiſſimus Brixiȩ anno 1672. ȩtatis ſuȩ 60. Religionis 42. mirificèque eum commendant pii, docti, & cordati viri à vitȩ ſanctimonia, ab eruditione præclara, & ab ingenti gratia cœlitùs illi indita, quibus apud poſteros ſui deſiderium reliquit.

GEMINIANVS MONACENSIS, Provinciæ Bavariæ Concionator, Guardianus, & Diffinitor; vir prudentiæ, pietatis, ac non vulgaris doctrinæ dotibus inſtructus; Edidit Germanicè:

*Conciones Quadrageſimales.* Tom. I.

*Conciones Dominicales.* Tom. 2.

*Conciones Feſtivales.* Tom. primus Monachii 1684.

*Conciones Feſtivales.* Tom. ſecundus anno 1688.

*Conciones Feſtivales.* Tom. tertius 1688.

Paratas habet alias *Conciones*, quȩ ad ſatisfactionem aliorum quamprimùm evulgabuntur.

GEORGIVS AMBIANENSIS, natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis alumnus, clari nominis Concionator, ac eruditiſſimus Sacrȩ Theologiæ Profeſſor; vir mirè induſtriùs, ſolidiſſima reconditæ litteraturæ peritia præditus, nullo fatigabilis ingenii labore, qui omnes, tam Antiquos, quàm Modernos Scriptores pervolvere nunquam deſtitit, ſingularique apud Gallos doctrinæ opinione præfulgens, præclaris ſuis ſcriptis ſummoperè ſuæ Provinciæ, immò, & Religionis gloriam adauxit. Plura, eaque eruditiſſima Opera ex operoſi ingenii ſui Officina in lucem dedit: inter quæ ſunt Opera omnia Tertulliani cum notis, & Commentariis in tres Tomos in folio diſtributa, quibus hunc appoſuit Titulum.

*Tertullianus Redivivus, Scholiis, & Annotationibus illuſtratus: in quo utriuſque Iuris forma ad originem ſuam recenſetur, & avitæ pietatis amatoribus inquirendis norma præſcribitur. Opus ſanè eximium, ſolidam, veram, claramque continens doctrinam. Omnia enim in illo ad unguem ſunt elaborata, ſtylo facili, elocutione perſpicua explicata, & probata. Mens Tertulliani feliciter exponitur, ſuoque ſplendori, & auctoritati reſtituitur.* Pariſiis apud Michaelem Soly anno 1646. 1648. & 1650.

*Trina S. Pauli Theologia, Poſitiva, Moralis, & Myſtica; ſeu, Omnigena in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolas Commentaria Tom. 3. in fol. In primo Tomo continentur Epiſtolæ ad Romanos, ad Galatas, & Philippenſes. In ſecundo ad Corinthios, ad Timotheum, & Theſſalonicenſes. In tertio reliquæ ad Titum, ad Ephesios, Coloſſenſes, & Philemonem.* Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1649. & 1650. Paratam habet:

*Theologiam Sanctorum Patrum in ſex Tomos in folio diſtributam*, quam morte præventus prælis ſubmittere haud valuit. Conſervatur M.S. in noſtro Conventu Pariſienſi, in quo obiit ſexagenarius anno 1657. præclaræ ſuæ doctrinæ, & religioſæ vitæ perfectionis non obſcuro nomine derelicto. De eo meminit Vvaddingus de Scriptoribus Ordinis Minorum.

GEORGIVS ARCHANGELVS LESLÆVS, natione Scotus, Patria Aberdonenſis; vir omnibus titulis illuſtris. Hic ab infantia à Parentibus in Hæreſi Calviniana enutritus, Patre mortuo, Lutetiam Pariſiorum ſtudiorum cauſa à Matre dimiſſus, ibi à Divino Spiritu veræ, & Catholicæ Fidei ſplendoribus illuſtratus, protinùs abjurata Hæreſi, ex Sathanica ſervitute liber, novus Eccleſiæ Romanæ miles efficitur. Inopinatæ Georgii converſionis in Scotia fama diffuſa, illicò ad matris aures rumor penetrat; quæ, cùm maxima priùs filium dilectione proſequeretur, vehementiori oppreſſa dolore, illum in primis bonis omnibus, ampliſſimaque hæreditate privatum, profugum exulare coegit. Quare Romam veniens P. Angeli Ioyoſæi Capucini, olim Ducis, ac Paris Franciæ, Occitaniæque Proregis, viri piiſſimi, ſanctis ſermonibus, ac colloquiis inflammatus, inter Seraphicos filios cooptari voluit, habitumque Capucinorum ſuſcepit in Conventu Camerinenſi Provinciæ Piceni annos circiter ſex ſupra viginti natus; & Georgii in Archangelum nomine commutato, ad virtutis omnigenæ ſtudium animum ſeriò adeò intendit, ut Fratres Neophytum hunc ipſos quoque veteranos morum diſciplina anteire ſpectantes, non levi admiratione afficerentur. Anno poſt profeſſionem elapſo, Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ operam dedit, atque inde ad prædicationis munus aſſumptus magna animarum lucra, admirabili charitatis æſtu, non ſuis ſermonibus tantùm, ſed præclaris præcipuè Apoſtolicæ vitæ exemplis Domino reportavit. Miſſionarius Apoſtolicus à Gregorio XV. Summo Pontifice inſtitutus, atque in Magnam Britanniam, & Scotiam ab eo deſtinatus, demandatum Miniſterium Sacrarum Scripturarum dilucida explicatione, perverſorum dogmatum confutatione, ſimul & integerrimæ vitæ, ſanctæq; converſationis exemplis ſolicitè, & intrepidè, ac indefeſſè ſub habitu viri laici viriliter progrediens, ſolo octo menſium decurſu ad ampliùs trina Hæreticorum millia, vnà cum matre, fratribus, cognatis, & tota familia mirabili modo

ad

ad Catholicæ Eccleſiæ gremium reduxit. A Superioribus exindè in Italiam revocatus, tunc Epidemiæ morbo exagitatam, eadem tabe infectis Cremonę aliquandiù ardentiori charitatis incendio percitus, inſervivit; ſed denuò ab Vrbano VIII. qui magnum in viro Dei Fidei Catholicæ ardorem agnoverat, in Scotiam miſſus, ibidem multis virtutibus, ſanctiſque operibus cumulatus, poſt varios caſus, ærumnas, innumeroſque in converſione Hæreticorum exantlatos labores; poſt diutinam quatuor menſium ægrotationem, meritis dives placidiſſimè obdormivit in Domino anno 1648. Ejus corpus à Catholicis ſecretè ſepultum fuit in quodam agro juxta rivulum aquæ, mœrentibus omnibus, ac collacrymantibus. Et Comes quidam Scotus Romam pergens devotionis cauſa, cum juramento depoſuit P. Richardo Hybernenſi Capucino, ac Miſſionario Apoſtolico tunc Florentię degen[illegible] intercepto itinere longiùs [illegible] ſepu[illegible]m Archangeli vene[illegible] motus fama miraculorum, [illegible] De[illegible]s Optimus Maximus ibi per [illegible] operatur; & quòd Catholico[illegible] concurſus tantus erat ibi ſingu[illegible] [illegible], ut nullum ibi germen [illegible] Hæc habuimus ex relationibus da[illegible] ex Scotia eidem P. Richardo Hybernenſi anno 16[illegible]2. Porrò ſcripſit Archangelus, ut notat Vvaddingus lib. de Scriptor. Ord. Minorum:

*De Poteſtate Romani Pontificis in Principes Sæculares, & in rebus Fidei definiendis libros duos.*

Ejus vitam copioſiſſimè, & luculenter deſcripſit Italicè Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus D. D. Ioannes Baptiſta Rinucinus Archiepiſcopus Firmanus, & Princeps; vir doctrina, Iuriſprudentia, ingenio, gravitate, agendorumque uſu, ac morum ſanctitate ſatis notus; eamque Typis dedit Venetiis anno 1648. ſub Titulo: *Il Capuccino Scozzeſe*; quam poſteà in Gallicum Idioma convertit P. Franciſcus Bercault in Romana Curia Clericorum Regularium Doctrinæ Chriſtianæ Procurator Generalis, addita ſexta parte, in qua aliæ ejus res geſtæ, & feliciſſimus obitus, à Rinucino relictæ, elegantiſſimè deſcribuntur, & prodiit Pariſiis anno 1664. Deſcripta eſt pariter ab eodem P. Richardo Hybernenſi Capucino latino Idiomate, eamque unico Volumine in 8. compræhendit, quę tamen ob Auctoris obitum nondum eſt impreſſa.

GERVASIVS BRISACENSIS, natione Germanus, Provinciæ Helvetiorum Concionator, Philoſophię, ac Theologiæ Lector; vir probatis moribus, ac variis doctrinæ Titulis inſignitus; Edidit:

*Integrum Curſum Philoſophicum in tres Partes diſtributum.* Solod[illegible] 1687. apud Petrum Ioſephum B[illegible]nardi:

*Integrum Curſum Theologicum.* Tom. 4. in 8. Ibidem 1688.

GESVALDVS DE BONONIIS, natione Siculus, Patria Panormitanus, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor illuſtris, Eminentiſſimi

Car-

Cardinalis Hieronymi Columnæ Theologus, & S. Officii Regni Siciliæ Qualificator: vir doctus, & eruditus, qui candorem doctrinæ, & eruditionis cum ſplendore virtutum optimè conjunxit. Inter ingenii ſui monumenta ſolùm extare Typis vidèmus.

*Integrum Curſum Theologiæ Moralis tribus Tomis in folio comprehenſum in quorum primo agitur de Sacramentis novæ legis: in ſecundo de Indulgentiis, ſuffragiis, Purgatorio, & Cenſuris: in tertio verò de Legibus Divinis, & humanis, de decem Præceptis Decalogi, & Eccleſiæ Catholicæ, & Votis Deo factis.* Prodiit primùm Panormi apud Alphonſum de Iſola anno 1646 ſecùndò Venetiis apud Iuntas, & Franciſcum Baba anno 1649.

*De Horis Canonicis.* Tractatus 1.

*De Electionibus Canonicis.* Lib. 1.

*De Clauſura Monialium.* Lib. 1.

*De Simonia.* Lib. 1.

*Diſquiſitiones in Formalitates Scoti Doctoris Subtilis.* Tom. 1. in 4. Panormi Typis Nicolai Bua anno 1652. De hoc Auctore meminerunt Torreçilla, & Vvaddingus lib. de Script. Franciſcanis.

GESVALDVS alter à Panormo, Marchionis de Madonia Germanus Frater, Concionator, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac ſuæ Provinciæ Diffinitor; vir non minus doctrinæ, ac Religioſæ pietatis, quàm Nobilitate generis titulis præornatus; Deſcripſit Italicè:

*Vitam Venerabilis Fr. Bernardi à Corleone Capucini, & Elogia, & Epigrammata plurima in ejus honorem.* Panormi 1680.

GOSVVINVS A MONASTERIO VVESTPHALORVM, Germanus, Provinciæ Colonienſis alũnus, verbi Dei Declamator non ignoti nominis; Edidit Patrio Idiomate:

*Exercitia Pietatis ex cæleſtibus Revelationibus S. Birgittæ deſumpta.* Hildeſii apud Iodocum Henricum Cromer 1676.

GRATIANVS MONFORTIVS, natione Burgundus, Provinciȩ Comitatus Burgundiȩ Concionator, ac Sac. Theologiæ Profeſſor; vir ſolidæ, & veræ virtutis amator, eruditionis probatæ, & notæ pietatis: qui primus ad ejuſdem Provinciȩ gubernacula evectus, doctrina, prudentia, vigilantia, regularis obſervantiæ zelo, ac præclaris auſterioris vitæ exemplis illam ſolicitus adminiſtravit. Scripſit latinè, & prælo ſubmiſit librum ſub Titulo:

*Axiomata Philoſophica, quæ paſſim ex Ariſtotele circumferri ſolent, & in diſputationum circulis ventilari, multiplici diſtinctionum genere, variæque eruditionis ſuppellectile illuſtrata.* Antuerpiæ ex Officina Plantiniana apud Moretos anno 1626. in 4. & librum Controverſiarum fidei inſcriptum:

*Tarantula ſimiæ Genuenſis contra Chriſtophorum Guenard hæreticum,* apud Sanctum Michaelem in Lotharingia per Franciſcum du Bois anno 1620. De eo meminit Vvaddingus ubi ſupra.

GREGORIVS ANGELERIVS,

VS, natione Italus, Patria à Panagia (quod eſt inferioris Calabriæ Oppidum percelebre) Rheginæ Provinciæ Diffinitor; vir doctus, vegetioris ſpiritus ſolertia præditus, & in verbo Dei declamando ſacra eruditione cumulatus. Scripſit latinè:

*De Præparatione Evangelica narrationes ſeptem, in quibus referuntur, & refutatur falſæ narrationes Atheiſtarum, Gentilium, Hebræorum, Turcarum, Hæreticorum, & Schiſmaticorum; & oſtendit apertè, quod Eccleſia Romana eſt vera Eccleſia, & ſola Schola Dei in terris.* Neapoli ex Typographia Archiepiſcopali apud Franciſcum Savium anno 1653. Ad Catholicam Majeſtatem Philippi IV. Hiſpaniarum Monarchæ. Scripſit etiam, & prælo parata habebat alia plura Volumina, ſcilicet:

*De Deo, de Anima rationali, de Logica, de Phyſica, de Elocutione Oratoria, de Grammatica, de Demonſtratione Catholica.* Lib. 3.

*De vero Deo, & de vera Eccleſia Dei lib. 2. in quibus veritas Catholicæ Fidei Romanæ validis Sacræ Scripturæ teſtimoniis demonſtratur, & Hæretici ſuis propriis rationibus convincuntur.*

*Conformitates Miraculorum Seraphicæ Religionis, cum miraculis Sanctorum veteris, & novi Teſtamenti.* Lib. 20. Tom. 2. Præter prædicta ſcripſit Italicè plura Volumina. Ea ſunt:

*Il Pretioſo Teſoro del Sangue di Chriſto raccolto dalla Sacra Scrittura, e da' SS. Padri in 40. Prediche.* Neapoli apud Franciſcum Savium 1651. in fol.

*Il Torchio del Sangue di Chriſto ſpiegato in 50. Sermoni.* Tom. 1.

*Il Pretioſo Teſoro del Sangue di Chriſto Sacramentale.* Tom. 1.

*Il Pretioſo Teſoro delle Lagrime di Chriſto, e di Maria Vergine ſua Madre.* Tom. 3.

*Pianto della Madre di Dio Maria Vergine, e dalla Chieſa Santa con lagrime cantato nell' Inno:* Stabat Mater doloroſa, *ſpiegato in* 20. *Homilie.* Tom. 1.

*La Salve pietoſa compoſta dal Padre delle lettere Sant' Agoſtino, con la quale egli adorando ſaluta tutte le afflitte membra di Chriſto appaſſionato, diviſa in* 40. *Diſcorſi.* Tom. 3.

*La Fontana del Sole, che con le luminoſe acque de' ſuoi cinque canali rallegra la Città di Dio della Serafica Religione di S. Franceſco.*

*Prediche Quareſimali.* Tomi 3.

Hæc habuimus ex novis relationibus Provinciæ Rheginæ; & ex Bibliotheca Neapolitana D. Nicolai Toppii. Obiit Neapoli anno 1662. decimo octavo Kal. Februarii, Sancti viri poſt ſe fama relicta.

GREGORIVS BRVGENSIS, natione Belga, Provinciæ Inſulenſis Concionator; edidit Fland. Idiomate:

*Vitam, & geſta P. Archangeli Leslæi Scoti, Miſſionarii Apoſtolici in Magna Britannia.* Tom. 1. in 8.

GREGORIVS DE CORELLA, natione Hiſpanus, Cuſtodiæ Navarræ Commiſſarius Generalis, & Diffinitor; vir doctus, & variarum ſcien-

ſcientiarum genere inſtructus, diverſo tempore elaboravit, ac Typis dedit:

*Apologias quaſdam in defenſionem Noſtri Ordinis, in quibus ſuam oſtendit eruditionem, præcipuè in utroque Iure, tam Canonico, quàm Civili.* Vide Torreçillam in ſpeculo Seraphicæ Religionis, ubi de Scriptoribus Capucinis.

GREGORIVS HYBERNENSIS, Provinciæ Flandriæ alumnus, Concionator, atque Theologus eruditus, Poeta elegans, & ingenioſus; compoſuit, Typiſque dedit:

*Poemata, & Epigrammata varia Sacra, & Moralia.* Coloniæ Agrippinæ apud Arnaldum Kempens anno 1646.

GREGORIVS NEAPOLITANVS, ejuſdem Provinciæ alumnus, Theologus, ac Concionator magni nominis, maximaque animi pietate, ac cordis puritate à Deo decoratus: quem etiam non vulgaris doctrina, in ſacris litteris eruditio, perfecta Seraphicæ Regulæ obſervantia, profunda humilitas, ſui ipſius contemptus, ſenſuum mortificatio, morum compoſita venuſtas, ac aſſiduum orationis ſtudium mirificè exornaverunt. Scripſit Italicè:

*Enchiridion Eccleſiaſticum in tres partes diviſum. In prima parte tradit practicam familiarem in omnibus materiis Eccleſiaſticis.* Venetiis apud Hieronymum Polum anno 1588. & 1589.

*In ſecunda exhibet expoſitionem in Regulam F F. Minorum cum Declarationibus Summorum Pontificum.* Ibidem 1589. & Romæ 1592.

*In tertia tradit Epitome Privilegiorum Summorum Pontificum usq; ad Clementem VIII. in favorem Religioſorum Mendicantium ad formam Concilii Tridentini.* Neapoli 1594. in 8.

*Monita neceſſaria pro Infirmis; & ſpecialiter pro illis, qui ultimo ſupplicio ſunt plectendi.* Venetiis 1589.

*Expoſitionem in Regulam Clariſſarum.* Romæ 1590.

*Meditationes mortis, ſeu, Meditationes, & Præparationes ad piè, & ſanctè moriendum:* Quæ circumferuntur unà cum Opuſculo P. Bartholomęi de Angelis Ordinis Prædicatorum: *De Conſolatione Pęnitentium.* De hoc piiſſimo viro meminerunt Poſſevinus in Apparatu Sacro, Vvaddingus lib. ut ſupra, Nicolaus Toppius, & alii.

GREGORIVS LVGDVNENSIS, Gallus, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Sac. Theologiæ Profeſſor illuſtris; ob morum candorem, ſuavitatem, eruditionem, ſapientiam, Regularis obſervantiæ zelum, ex quibus exacta, ac laudatiſſimi viri norma deſum[illegible]ur, in eadem ſua Provincia maximè commendatus; Scripſit, ac edidit Gallicè Opus ſub Titulo:

*Catechiſme Teologique: In quo Orthodoxè Fidei veritas conſpicuis, ac ſolidiſſimis argumentis firmatur.* Lugduni anno 1688. in 4.

GREGORIVS DE RIVES, Gallus, Patria Avenionenſis, Provinciæ S. Ludovici alumnus, P. Diony-

nyſii de Rives, quem ſupra nominavimus, germanus frater; vir magnæ lectionis, in humanis, & eccleſiaſticis Hiſtoriis eruditus, ac religioſarum virtutum forma decorus; Scripſit, & poſteris reliquit impreſſa:

*Epitomen omnium Canonum, Cõciliorum, tam Generalium, quàm Provincialium in locos communes per Alphabetum digeſtã ab Apoſtolis uſque ad hæc tempora.* Tom. I. in fol. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1662.

*Hiſtoriam omnium Conciliorum, tam Generalium, quàm Provincialium, cum ſubſcriptione præcipuorum Patrum, maximè Galliarum.* Tom. I. in fol. Ibidem apud eundem 1663.

*Conciliabula tum Schiſmaticorum, tum Acatholicorum, cum Controverſia Hiſtorica, & declarationibus locorum difficillium in Hiſtoria Eccleſiaſtica.* Tom. I. in fol. Ibidem apud eundem 1663.

GREGORIVS SALINVS, natione Pedemontanus, Patria Taurinenſis, alumnus Provinciæ Genuenſis; vir morum præſtantia, & evangelicis virtutibus ornatus, Concionator fervidus, & eloquens, animarumque ſalutis ſtudioſus; Scripſit, & evulgavit Italicè:

*Vitam S. Vlderici Confeſſoris, cujus corpus requieſcit Taurini in Eccleſia B. Mariæ de Conſolatione.* Impreſſa eſt in eadem Vrbe anno 1602. in 8. De eo meminit Roſſottus in Syllabo Script. Pedem.

GREGORIVS SALMATICENSIS, natione Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ filius, pluriès Guardianus, & Theologus eruditus; Elaboravit, ac imprimi curavit:

*Compendium Quæſtionum Selectarum ſuper Regulã S. P. N. Franciſci P. Leandri de Murcia.* Compluti apud Marium Fernandez. Tom. I. in 8. 1666.

*Summam omnium Operum P. Leandri de SS. Sacramento ordine alphabetico diſpoſitam.* Tom. I. in fol. Lugduni apud Laurentium Arnaud, & Petrum Borde, ſumptibus Matthæi de Baſtida anno 1672.

*Compendium Summæ P. Eligii Baſſæi Capucini.* Ibidem anno 1674. & denuò Lugduni apud Philippum Borde, & Socios anno 1678. De eo meminit Torreçilla ubi ſupra.

GREGORIVS VALENTIANVS, natione Siculus, Patria à Marſelia, Panormitanæ Provinciæ alumnus, Sanctiſſimæ Inquiſitionis in Regno Sicilię Theologus, & Qualificator; vir propter compoſitam morum gravitatem, animi pietatem, ac non vulgarem in divinis litteris eruditionem in ſua Provincia admodum commendatus; Compoſuit, & edidit expoſitionem in omnes Hymnos Eccleſiaſticos Breviarii Romani, cui hunc præfixit Titulum:

*Hymnodia SS. Patrum, quæ à Romana Eccleſia per annum decantari ſolet, Commentariis uberrimis explicata.* Tom. 2. in fol. Primus Tomus prodiit Venetiis apud Combos anno 1646. Secundus Meſſanæ apud Iacobum Matthęum anno 1648. Scripſit etiam:

*Practicam Moralem undecim*

*Caſuum Reſervatorum*, *quatenus pertinet ad Religioſos juxta Decretum Clementis VIII. Pontif. Max. in qua omnis elucidatio, quæ deſiderari poteſt exactè continetur, in tres Tractatus diviſam ad Illuſtriſs. & Reverendiſſimum D. D. Ludovicum Idelphonſum de los Cameros Archiepiſcopum Montis-Realis, & Regiæ Majeſtatis Philippi IV. à Conſiliis.* Panormi apud Dominicum de Anſelmo anno 1664. Italicè verò ſcripſit:

*Il Soccorſo de' moribondi, & agonizanti diviſo in 5. Trattati.* Nel primo *ſi ragiona delle battaglie degli agonizanti*. Nel ſecondo *ſi dà un modo famigliare per ajutare a ben morire quelli, che ſtanno in potere della giuſtitia condannati alla morte.* Nel quarto *ſi ragiona de' 4. Noviſſimi.* Nel quinto *della Confeſſione Sacramentale, con un Interrogatorio per fare una Confeſſione Generale.* Panormi apud Ioſephum Biſagnum 1668. in 8. De hoc Auctore meminit Vvaddingus de Script. Franciſc.

GVIDO FINARIENSIS, ex Municipio Regis Catholici, quod eſt in littore maris Liguſtici, orjundus, Provinciæ Genuenſis alumnus, ac Sacerdos devotiſſimus, qui vitam cum maxima perfectione, & ſanctioris vitæ exemplis ad extremum uſque perduxit. Beatiſſimæ Virginis MARIÆ fuit cultor eximius, & in ejus honorem Compoſuit:

*Compendium multarum Devotionum, & Orationum*, ac morti jam proximus anno ſalutis 1589. genuflexus recitata hac Oratione: *Ave Filia Dei Patris &c.* piiſſimè obiit.

De hoc viro tractant Zacharias Boverius in ſuis Annalibus ad annum prædictum, & Petrus Courcier Societatis IESV in Opere prenotato: *Negotium Sæculorum* MARIA ad annum 1589.

# H

HELIODORVS PARISINVS Gallus, Provinciæ Pariſienſis Concionator, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor; vir litteris, ſcribendi nitore, ac religioſis moribus egregiè decoratus, poſteris tranſmiſit aliqua Opuſcula mortalium ſaluti valdè proficua, ſummamque pietatem redolentia. Hęc ſunt:

*Compendium Theologiæ Dogmaticæ*. Vol. I.

*Compendium Theologiæ Hiſtoricæ*. Vol. I.

*Compendium Theologiæ Myſticę*. Vol. I.

*Evangelium Mundi*, *ſive Diſcurſus Evangelici ſuper depravatos ſæculi mores*. Tom. 4. in 8. Pariſiis anno 1684.

*Veritates Chriſtianæ Religionis*. Tom.

Tom. 3. in 8. Ibidem 1684. apud Edmundum Cauteror.

HENRICVS A' BELLOMONTE, natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis Concionator; vir ad bonas artes, litteraſque formatus; edidit Gallicè:

*Tractatum de frequenti Confeſſione*. Pariſiis 1678.

HENRICVS CALETENSIS, natione Gallus, alumnus Provinciæ Pariſienſis; vir morum compoſitione, gravitate operationum, exacta Regulæ obſervantia, ac honoris Dei zelo ſatis commendatus; Scripſit Gallico Idiomate:

*Apologiam contra impugnantes Religionem S. Franciſci Capucinorum*. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1649.

*Vitam Ven. Patris Honorati Bouchart de Champigny Capucini, Pariſienſis Provinciæ per plurium annorum curriculum Miniſtri Provincialis, ac totius Ordinis Diffinitoris Generalis, ſignis, ac virtutibus illuſtris in Conventu noſtro Calvomontenſi, ubi ſanctiſſimè obiit anno* 1625. Pariſiis apud Thierry anno 1650. De eo Vvaddingus de Scriptor. Ord. Minorum.

HENRICVS HARVILLÆVS à Grangia Palatiolæa, natione Gallus, olim Marchio de *Palaiſſeau*. Provinciæ Pariſienſis alumnus; vir inſigni eruditione, & evangelicarum virtutum præſtantia nobilitatus, ſæpiùs Guardianus, & Diffinitor, ſubtiliſſimus, ac admirandi ſpiritus Concionator, Deo, & hominibus multum amabilis; Scripſit, ac prælis dedit latino Idiomate:

*Iſagogen Chronologicam*, hoc eſt, *Introductionem ad cognitionem temporum, & rerum, quæ extiterunt ab Orbe condito uſque ad annum* 1620. *Opus nova methodo conſcriptum, ſed utiliſſimum Chronologis, & Sacræ Scripturæ ſtudioſis in duos Tomos in folio diſtributum*. Primus Tomus, qui Vrbano VIII. Summo Pontifici eſt dicatus, complectitur ſolidè, & veluti Scholaſtico more, omnes difficultates, quæ reperiuntur circa ſummas, & motus præcipuos temporis conſtituendos. Impreſſus eſt Pariſiis apud Nicolaum Buon anno 1624. Secundus verò complectitur ea, quæ pertinent ad Hiſtoriam. Ibidem apud eundem 1626. Gallicè autem ſcripſit, & prælis ſubmiſit:

*Sermones de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento*. Tom. 2. in 8. Primus Tomus prodiit Pariſiis anno 1629. apud Nicolaum Buon. Alter vero Lugduni apud Aniſſon 1631. De hoc Auctore prçclarè meminit Vvaddingus libro de Scriptor. Ord. Minorum.

HENRICVS SEYNENSIS, natione Gallus Provinciæ S. Ludovici alumnus, & Concionator; qui, non vulgari inſignitus doctrina, & ingenii acumine, Sacram Theologiam per plures annos Noſtris expoſuit, ſalvandarumque gentium zelo fervens, præclariorum operum ſplendoribus illuſtratus, celebriter declamando, evangelicæ doctrinæ fulgorem emiſit. Scripſit latinè librum Regularibus, tam Superioribus, quàm ſubditis, præſertim Capuci-

nis perutilem, cui hunc appoſuit Titulum:

*Prælatus Religioſus ſolemnis Comitiorum Regularium Conventuum Præſidem agens, & in viſitatione ſpiritum, & vitam ſubditis ſuis adminiſtrans.* Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1672. in 8. In hoc libro agitur de qualitatibus eligendorum: De gravitate, & forma electionum: De reciproca Superiorum, & inferiorum ad invicem obligatione; & de aliis hujuſmodi tam iſtos, quàm illos conducentibus. Scripſit etiam aliud Opus Concionatorium ſub hoc Titulo:

*Annus Eccleſiaſticus Concionatorius quadripartitus, ſeu, Conciones prædicabiles in Dominicas, & Feſta per totius anni decurſum, & ab Adventu ad Adventum prædicari ſolitæ.* Eſt Opus univerſis animarum Rectoribus, & divini verbi Pręconibus, ac Catechiſtis utiliſſimum: quippe in quo de ſacrificio paſſionum, de exercitio virtutum, de perfectione Chriſtiani per Fidem, Spem, & Charitatem, & per Sacramenta: de medela vitiorum, de Myſteriis IESV Chriſti, & B. MARIÆ Virginis, & aliorum Sanctorum, & de aliis materiis per ferias Adventus, & Quadrageſimæ, per Octavas Sanctiſſimi Sacramenti, & Commemorationis Defunctorum, æquè ac de Dominicis, & Feſtis per totius anni decurſum occurrentibus diffusè agitur. Tom. 4. in fol. Coloniæ Agrippinæ Sumptibus Ioannis Vvilhelmi Frieſſem junioris anno 1677. &

*Specimen Perfectionis Chriſtianæ in triplici ſtatu ſæculari, & eccleſiaſtico, in quo Sermones varii Morales ſtylo moderno, cum ſuis reflexionibus continentur.* Pariſiis in 8. 1683.

HERIBERTVS SALORANVS, natione Theutonicus, Provinciæ Tirolenſis Concionator; vir doctus, ac religioſa pietate commendatus; Scripſit Opuſculum ſub Titulo:

*Peregrinatio Spiritualis ad Sepulcrum Domini.*

HIERONYMVS DE ALICANTE, natione Hiſpanus, Provinciæ Bęticę Concionator, ac Sacræ Theologię Profeſſor; vir generis nobilitate, vitæ integritate, morum gravitate, nec non puræ doctrinę ornamentis illuſtris; Scripſit Hiſpanico Idiomate Opus Hiſtoricum ſub hac Epigraphe:

*Las Grandezzas d' Eſpaña &c.* In quo agitur de geſtis Regum, & Principum Hiſpaniarum, de Sanctis, de Viris Illuſtribus, & de conſimilibus. Hiſpali 1646. Tom. 2. in 4. De eo meminerunt D. Nicolaus Antonius Hiſpalenſis in ſua Bibliotheca Hiſpanica, & Vvaddingus ubi ſupra.

HIERONYMVS ARELATENSIS Gallus, ex illuſtri Laurentiorum Familia, Gaſparis Laurentii Archiepiſcopi Ebredunenſis germanus frater, anno ætatis ſuę 18. Lugduni à P. Hieronymo Mediolanenſi tunc Miniſtro Provinciali, inter Capucinos adſcriptus fuit. Vir fuit devotiſſimus, Fideique Catholicę validus propugnator, & admirabili planè virtute, ac gratia in Dei verbo diſſeminando ex alto indutus; ita ut, ubi-

ubiquaque concionaretur, ad illum audiendum turmatim Populi confluerent, innumeri perverſi homines vitam nefariam, longo etiam tempore in omni nequitia ductam, execrarentur, integraque omnium peccatorum confeſſione, ac ſalutaris pęnitentiæ lavacro animas expiarét. Ob innumerabiles animarum converſiones, & præcipuè ob Dei cultum, quem ille ſuis concionibus ubique augebat, præcipui Galliæ Antiſtites eum ſicut Prophetam habuerunt; eique etiam invito ſuos ſuggeſtus obtulerunt. Vrbs Pariſiorum totius Galliæ Metropolis eum pluribus annis, & Quadrageſimis magno cum fructu concionantem audivit: aliæ etiam ſupremæ Civitates, ut Aquæ-Sextiæ, Burdigala, & Toloſa hunc virum eximium ſibi in Concionatorem, etiam precibus importunis, à Superioribus petierunt; & præterea in præcipuis Belgii pulpitis, ut Attrebati, Bruxellis, & Antuerpiæ concionatus, eum ſibi applauſum conciliavit, quo illum Pariſiis, & alibi Gallia concionantem exceperat: ſed multò plura ſunt, quæ fecit, quàm quæ docuit. Satis namque ſuos auditores via regia, quæ eſt mandatorum Dei, in Cœlum deducere non arbitratus, ipſe per viam Crucis, compendioſam quidem, ſed ſalebroſam, undequaque ſpinarum aculeis; ideſt plurimis carnis, ac ſpiritus afflictionibus obſitam, ad ſidera properabat. Ejus enim vitæ auſteritas fuit admirabilis, etiam inter concionum labores: licèt pluriès in dies prolixiùs declamaret, ſolo, ac modico pane, & aqua contentus, vires egrè ſuſtentabat potiùs, quàm recreabat; & ut brevi ſopore inedia fractum corpus reficeret, in lectulo nudis tabulis ſtrato, ſaxo capiti ſuppoſito dormiebat; & ne longior eſſet ſomnus, cingulum ferreum aculeis conſitum renes conſtringens, deferebat: veræ, ſolidæq; humilitatis, ac ſui ipſius deſpicientia, præclara ſpecimina, non ſolùm voce, ſed etiam factis ſemper exhibuit. Tres Archiepiſcopatus, Arelatenſem, Ebredunenſem, & Aquenſem ab Henrico IV. ſibi oblatos, conſtanti animo recuſavit; eòque magis ſe deprimebat, quò majoribus honoribus ſe à Populis, & Principibus proſequi conſpiciebat. Paulus V. Pontifex Maximus audiens á Cardinali Ioyoſęo Sacri Collegii Decano hujus viri virtutes, & merita, in argumentum ſui affectus eum Romæ Comitiis Generalibus aſſiſtentem ſingulari excepit benignitate, & peculiarem ſimiliter reverentiam humilitas ejus, & modeſtia, qua tres Archiepiſcopatus jam recenſitos reſpuit, ad Sacrum Purpuratorum Collegium eidem conciliavit. Porrò Hieronymus multa ſcripſit, ſuæque pręclaræ doctrinæ egregia monumenta reliquit; Inter quæ ſunt:

*Volumina quatuor Concionum, & Sermonum M. S.* &

*Volumen unicũ in Sacram Scripturam*, digna certè, quòd Typis mandentur. Sepultus eſt Maſſiliæ, & ob ejus mortem omnes ingemuerũt, multæque Eccleſiæ Metropolitanæ, ſcilicet Aquenſis, Arelatenſis, Toloſana, Maſſilienſis, & Arauſicana,

can-

eandem ſolemnibus exequiis ſunt proſecutę; ipſeque Epiſcopus Arauſicanus funebri Oratione hoc themate aſſumpto: *Iuſtus, ſi morte prę-occupatus fuerit, in refrigerio erit:* ſuum hunc intimum dignatus eſt. Et, ſicut virtutum ejus cumulum perſpectum habebat; ita nihil omiſit eorum, quæ Dei ſervi merita luculenter poterant explicare. Obiit anno 1617. die 2. Auguſti, dum ſuæ Provinciæ Gubernio præſideret. Geſta ejus præclara deſcribuntur à Matiſconenſi Tom. 3. Annalium Capucinorum ad annum prędictum pag. 219. num. 87.

HIERONYMVS AVENIONENSIS Gallus, Provincię S. Ludovici alumnus; vir vitę probatiſſimę, Concionator magni ſpiritus, atque Hęreticorum hoſtis acerrimus; Scripſit:

*Tractatum de Sacramentis Eccleſiæ, & de Sacroſancto Sacrificio Miſſæ contra Calviniſtas.* An verò ſit impreſſus ex relationibus non habemus. Meritis, & virtutibus dives, piiſque laboribus in converſione Hæreticorum perſunctis, obiit apud Sevenenſes in Oppido S. Ambroſii, dum ibi Miſſionarius Apoſtolicus Fidem Catholicam propagaret anno 1629.

HIERONYMVS DE BALBASTRO, natione Hiſpanus, Concionator Provincię Valentię, & Guardianus Conventus Majoricenſis; Scripſit Hiſpanicè librum ſub hac Epigraphe:

*Lux Clariſſima cõtra los engaños, en que viven les hombres.* Tom. 1. in 8.

HIERONYMVS DE LA BASTIDA, natione Gallus, Provincię Toloſanę Concionator, Sacrę Theologię Profeſſor, Diffinitor, ac Conventus Toloſani Pręfectus; vir in ſacris litteris eruditus, ac religioſis moribus decorus; Scripſit Gallicè librum contra Novatores, cujus Titulus eſt:

*La Salut de Rovengue.* Tom. 1. in 8.

HIERONYMVS DE BOCHIIS, ſive Boutrius, natione Italus, Patria Florentinus, Provinciæ Tuſcię Alumnus, Theologus, & Concionator, in divinis ſcripturis, & ſacris hiſtoriis eruditus; Scripſit latinè Compendium Hiſtoricum, cujus Epigraphe eſt:

*Monopanthon, ſive, Harmonia noviſſima continens concinnationes Theologicas, tam ſacrarum Hiſtoriarum, quàm non ſacrarum ab Orbe condito uſque ad Nativitatem Domini.* Tom. 1. in fol. Venetiis 1656. Scripſit etiam, & evulgavit:

*Rapſodiam, ſive Nucleum totius veteris Teſtamenti, & novi ex parte, ac omnium penè librorum, tam Catholicorum, quàm Gentilium, qui de præfatis rebus agunt.* Tom. 1. in fol. De eo Vvadding. ubi ſupra.

HIERONYMVS BONONIENSIS, ejuſdem Provinciæ alumnus; vir vitæ integritate venerandus, ac ſingularibus in verbo Dei diſſeminando dotibus illuſtris: quo in munere tantùm excelluit, tantaque cum animarum utilitate ſe geſſit, ut eo concionante ferè ubique morum refor-

for-

formatio fieret, ſuiſque ignitis eloquiis nequiores horrore perfunderet, ad pęnitentię lacrymas attraheret, & ad veræ Chriſtianæ virtutis cultum deflecteret. Singulari quoque devotione, ac pietate Beatiſſimam Dei Genitricem eſt proſecutus, & in extollendis illius laudibus frequentiſſimus fuit; quare ſcripſit Italicè Opuſculum, quod abſque ejus nomine impreſſum fuit Bononiæ, & Arimini:

*De Excellentiis Beatæ MARIÆ Virginis ad formam meditationum, adjunctis aliis orationibus devotiſſimis.* Beato fine quievit in noſtro Cęnobio Ceſenæ anno 1615.

HIERONYMVS A' CALATANISSETA Siculus, Provincię Panormitanæ, Sacrę Theologię Profeſſor, Concionator eruditus, nec ignoti nominis, Edidit Italicè:

*Panegirici Sagri di diverſi Santi.* Tom. 2. Panormi anno 1690.

HIERONYMVS A' CASTROFERRETTORVM, natione Italus, Provinciæ Picenæ alumnus; vir eximius, & incomparabilis: cujus vitæ ſanctitas, præclara doctrina, animi fortitudo, in rebus agendis peritia, non ſolùm omnes ferè Europæ Populos, ſed etiam ipſos Summos Pontifices, Reges, & Principes præcones habuit, & ipſemet Deus ſignis cęlitus editis illuſtravit. Hic, non tantùm in Religione eminentiores Prælationes, Provincialatus ſcilicet, Procuratoratus in Romana Curia, ac Generalatus ſumma cum laude ſuſtinuit, & honeſtavit; verumetiam ſuper omnes Regularis Inſtituti cultores in ampliſſimo dignitatis, auctoritatiſque gradu fuit locatus. Etenim ab Vrbano Papa VIII. Viſitator, Reformatorque Apoſtolicus omnium utriuſque ſexus Regularium, & Comprotector Generalis earum Religionum, quæ ſpeciali Protectione orbantur, inſtitutus; omnes brevi tempore ad melioris vitę frugem, ſeverioriſque diſciplinæ rationem inſtruxit; utpotè, qui morum gravitate, ſapientiæ, ac prudentiæ nitore ita præfetulit illuſtre quoddam ſanctitatis, ac regiminis ſpecimen, ut ad illum, tanquam ad domeſticum, & vivum exemplar ſe totus Religioſorum cœtus compoſuerit. Multa referunt ſcripſiſſe digniſſima Opuſcula, quæ tamen prælis non fuerunt ſubmiſſa. Solum vidimus impreſſas:

*Ordinationes, & Conſtitutiones pro bono Regimine aliquarum Religionum; præſertim pro Monialibus S. Claræ.* Romæ ex Typographia Rev. Camerę Apoſtolicę anno 1628. Sanctiſſimè obiit Romę anno 1626. ætatis ſuæ ſeptuageſimo, Religionis quinquageſimo quinto, tota condolente Vrbe, & confluente ad ejus exequias, quæ ei ſolemnes juſſu Vrbani VIII. celebratæ fuerunt. Ejus geſta deſcribuntur à Matiſconenſi Tom. 3. Annal. Capucinorum ad annum prędictum, illiuſque meminerunt plures Scriptores, & præcipuè Ripamontius lib. Hiſt. Patriæ Decade 5. lib. 5. cap. 4. fol. 286. ubi agitur de vita Friderici Cardinalis Borromæi Archiepiſcopi Mediolanenſis, & Sigiſmundus de Bononia de Elect.

in Epiſt Dedic.

HIERONYMVS DINAMI Italus, Provinciæ Rhegii in Calabria inferiori, verbi Dei Declamator magni nominis, ac Sac. Theologiæ Profeſſor; vir doctrina, dicendi facundia, morumque ſanctitate, ſuo ſæculo ſpectatiſſimus; Edidit latinè:

*Tractatum de Prædeſtinatione &c.* Tarenti apud Quintilianum Campum 1566. in 8.

*Hiſtoriam originis Religionis Capucinorum in Calabria.* Hæc ex Gualterio S. T. P. in Hiſtoria Sacra Calabriæ.

HIERONYMVS LECCIVS, natione Italus, Patria Lupienſis, Provinciæ Hydruntinę alumnus, Concionator non ignoti nominis, ac multa eruditione notatus; Scripſit latinè Opuſculum ſub hoc Titulo:

*Plato Beatus, ideſt, de ſalute Platonis pia conſideratio.* Venetiis apud Vvalvas anno 1666. in 12.

HIERONYMVS MAVTINVS, natione Italus, Patria Narnienſis, Provinciæ S. Franciſci alumnus. Hic lucem hereditariam progenitoribus nobilitate præclaris, in Seraphica Capucinorum Religione prǽclarioribus virtutibus auctam, futurus filius lucis noſtro ſæculo expoſuit. Mirati ſunt Patres in hoc viro diſciplinæ regularis obſervantiam, morum gravitatem, animi magnitudinem, conſilii prudentiam, ingenii acumen; adeò ut, non ſolùm in ſua Provincia Lectoratus, ac Provincialatus honoribus, verumetiàm in tota Religione Diffinitoris, ac Vicarii Generalis munere ab illis fuerit decoratus. Singulari ejus doctrina, ac admiranda planè eloquentia, quarum fama in toto ferè Chriſtiano Orbe percrebuerat, Summi Pontifices Paulus V. & Gregorius XV. commoti, Sacri Apoſtolici Palatii Eccleſiaſten, & Oratorem ſumma cum animi voluptate delegerunt. Quamobrem Purpuratorum, & aliorum Prȩlatorum Conſeſſus per decem & octo annorum ſeriem audientes in Aula vocem Domini reſonantem in virtute, vocem Domini in magnificentia, intercidentis flammam ignis, & concutientis deſertum Cades, non humanæ, ſed divinæ eloquentię vim paſſi, zelantiſſimi Concionatoris verba, & monita operibus, & factis comprobarunt. Nec mirum: priùs enim verus Chriſti ſectator fecit, quod docuit, apoſtolicas omnes excolendo virtutes, præſertim humilitatem, & ſui ipſius contemptum inter tam ſingularem, & præclaram, qua habebatur apud homines, & Sacros Principes exiſtimationem, quam, ut puriorem, & ſimpliciorem conſervaret, Cardinalitiam purpuram ab iiſdem Pontificibus lubenti animo propoſitam, oblatam, & deſtinatam, ſtrenuè, etiam mediis precibus, ac lacrymis propoſiti conſtantiam atteſtantibus, recuſavit. Hinc tantam apud Eccleſiæ Principes, & Proceres, & Vrbanum VIII. præcipuè benevolentiam ſibi adſcivit; ut maxima vivens ab illis habitus veneratione, etiam morti proximus, inaudito ferè exemplo, à Summo hoc Pontifice, magna tum Cardinalium, tum

tum Antiſtitum caterva illum comitante, lecto decumbens viſitatus, præmiſſis ab eodem Chriſti Vicario multis pro morbi, dolorumque gravitate conſolatoriis verbis, plenariam ſuorum peccatorum Indulgentiam, paternamque ſimul Benedictionem fuerit conſecutus. Defunctum pro Concione funebri honoravit Reverendiſs. P. Nicolaus Ricardus Sacri Apoſtolici Palatii Magiſter, in qua cordis ſui obſervantiam, ac benevolentiam, quam viventi viro profeſſus fuerat, perorando eloquentiſſimè patefecit. Obiit 1632. die 13. Septembris, ætatis ſuæ 70. Religionis 54. ac humato corpore vivens in ævum ejus permanebit ſpiritus poſteritati in

*Concionibus Apoſtolicis habitis in Sacro Palatio*: quæ juſſu Eminentiſſimi Cardinalis Ludoviſii Religionis noſtræ Protectoris fuerunt impreſſæ Romæ in Typographia Vaticana anno 1631. Deindè Venetiis anno 1637. & poſteà in Idioma Gallicum translatæ editæ ſunt, & prodierunt Pariſiis eodem anno apud Maturinos.

Multa fuerunt in laudem hujus Apoſtolici Oratoris à graviſſimis, & illuſtriſſimis viris concinnata, inter quos fuit præcipuus Eminentiſs. Cardinalis Bellarminus, qui dicere ſolebat: *Deum in ſuas diſtribuendo dotes, eas dare veluti ad trutinam; ita ut defectu alicujus rei haberent omnes de ſe humiliter ſentiendi locuples argumentum; ſed hanc manum aliis parcam, prodigam fuiſſe erga Hieronymum, cui nulla omninò gratia, quæ ad elimandum perfectum Concionatorem conducere poſſet deeſſe videbatur; & paucis plurima complexurus, in hæc verba prorumpebat: Si Paulus Apoſtolus redivivus prædicaret eodem Quadrageſimæ tempore, quo & Hieronymus Narnienſis Capucinus, ego utrunquè alternis vicibus audirem; videlicet una die Apoſtolum, & altera Capucinum.* Pater Arnulphus Gallus ex Illuſtriſſima Societate IESV Regius Prædicator, & Regis Chriſtianiſſimi Ludovici XIII. Confeſſarius, vir omnium ſcientiarum genere exornatus, cùm Delegatus Romam veniſſet, in animum ſuum induxit audire Capucinum illum, quem fama loquax tot laudum titulis efferebat; eapropter ſe contulit in Aulam Sacri Palatii, ubi locum nactus idoneum attentè illum audivit; & illa die veluti in ecſtaſim raptus ſubinde repetebat has voces: *Ego audivi Paulum Apoſtolum, nec credo Paulum, in humanis, dum vitia perſtringeret, ſtylo ditiore potentiùs in ſceleſtos homines intonuiſſe.* Addo teſtimonium Reverendiſſimi P. Ioannis Pauli Olivæ ejuſdem Inclytæ Societatis IESV Præpoſiti Generalis, qui, dum munere Hieronymi fungeretur in eodem Apoſtolico Palatio perorando coram Chriſti Vicario Alexandro VII. ac Sacro Purpuratorum Senatu, in encomium Hieronymi talia protulit in Concione feriæ 6. §. 55. *Io mi ricordo, che quella grande Idea de' Predicatori Apoſtolici, a cui non poca parte del Sacro Collegio in teſtimonio del ſuo dire evangelico decretò la glorio-*

*ſa, & inaudita alternativa; che, quando ſceſo dal Cielo Paolo Apoſtolo predicaſſe in Roma, haurebbero eſſi udito una volta Paolo, e l'altra Girolamo: mi ricordo, dico, che quella lingua tanto elevata nel dire, e tanto riverita nella maeſtà del perſuadere, provò &c.* Et in alia Concione habita ut ſupra feria 6. quæ eſt num. 65. in ordine §. 973. ſic auctoritatem Narnienſis extulit *Già che a me manca la lena, per tonare contra ad abbaglio sì pernicioſo alla Republica; fulminerò collo ſpirito di quel grande Alunno di Franceſco, il quale da queſto ſteſſo Pergamo apoſtolico, a piedi ſcalzi, & a viſo ſcoperto rugghiando contro sì ſtorta codardia, eſclamò con terrore, e mio che l'ammirava, e di quella moltitudine infinita, che l'udiva &c.* Addenda plurima eſſent, quæ prætereo, & videri poſſunt in ejus vita, quam luculentiſſimè deſcripſit P. Marcellinus de Pisè, ubi mirabiles effectus Concionum ejus in Romana Curia prolixiùs recenſet. De eo etiam præclariſſimè meminerunt illuſtriores illius temporis Scriptores: inter quos ſunt Vvaddingus de Scriptor. Ordin. Minorum, Ioannes Caramuel in ſua Metemetrica pag. 54. Hippolytus Maraccius part. 1. qui de Hieronymo ſic loquitur: *Hieronymus Mautinus Narnienſis Capucinus, Pauli V. Gregorii XV. & Vrbani VIII. Romanorum Pontificum, Apoſtolicus Eccleſiaſtes; vir omnibus numeris abſolutus, ac immortali poſteritatis prædicatione dignus &c.* Scripſit, & in Sacro Vaticano, & Quirinali Palatio coram Summo Pontifice, ac Eminentiſſimorum Purpuratorum Patrum conſeſſu, ſummo cum ſpiritu, laudeque habuit:

*De Immaculata Conceptione B. Virginis Conciones IV.*

*De Beata Virgine Annunciata Concionem I.* Romæ editas anno 1632. Alii ejus Sermones Quadrageſimales citantur à Calona in libros Iudicum Cap. 1. num. 33. pag. 227.

HIERONYMUS MEDIOLANENSIS, ejuſdem Provinciæ alumnus, ex illuſtri Caluſchorum Familia, anno ętatis ſuæ vigeſimo, ſæculo ſimul & terrenis opibus relictis, Capucinorum albo ſe fecit adſcribi. Vir fuit mirificę auſteritatis, & abſtinentiæ, mentis puritatem, ac vitę innocentiam ſtudioſiſſimè coluit: ejus oratio fuit aſſidua, ardens, & lacrymoſa, & ſæpiſſimè mentis fervore redundans; etiam in itinere rapido curſu ad arborum, ac ſtipitum complexus, tanquam divino amore ebrius, ferebatur. Lugdunenſem, ac S. Ludovici Provincias à fundamentis erexit, & ejuſdem Lugdunenſis Provinciæ Commiſſarius Generalis inſtitutus, impoſitum ſibi onus maxima animi virtute, conſilio, prudentia adminiſtravit; præclaris etiam humilitatis, paupertatis, patientiæ, ac totius regularis obſervātiæ exemplis exhibitis. Præterea ſingulari doctrina, ac in Divinis Scripturis eruditione refulſit, ingentique, tam in privatis, quàm in publicis concionibus dicendi vi à Deo donatus, ſuos auditores facilè ad fletus, & ad pęnitentię lacrymas provocavit, & quamplu-

plurimos Hæreticos in Gallia ad Catholicam Fidem perduxit. Scripſit Italicè:

*Tractatum de Paupertate FF. Minorum, adjunctis pluribus Declarationibus Summorum Pontificum ad illius perfectam obſervantiam pertinentibus*. Miraculis, ac etiam ſpiritu prophetico clarus, multis in virtutum ſtudio annis conſumptis, ad præmia evolavit in noſtro Conventu Lugdunenſi anno 1584. Videndus Boverius Tom. 2. Annal. Capucinorum ad annum prædictum.

HIERONYMVS MELPHICTENSIS, (Vvaddingo *Melfreta*) natione Italus, Provinciæ Barii Concionator, cujus virtutum memoria in ea Provincia adhuc viget. Vir fuit in divinis ſcientiis eruditus, religioſis moribus venerandus, in verbi Dei prædicatione ſolicitus, cœleſti amore, ac ſalutis animarum zelo totus incenſus. Scripſit Italicè:

*Dialogos de Divino amore*. Fuerunt impreſſi Venetiis anno 1598. in 12. De eo meminit Vvaddingus.

HIERONYMVS A' MONDVLPHO, natione Italus, Provinciæ Marchiæ Concionator, vir eruditus, & pius, religioſis moribus compoſitus; deſcripſit Italicè:

*Hiſtoriam Domus Beatæ MARIÆ Virginis Lauretanæ*. Anconę apud Seraphinum Salvionum 1657. Tom. 1. in 4. De eo meminit Maraccius in App. de Scriptor. Marianis.

HIERONYMVS A' MONTEFLORVM, natione Italus, ex Piceni Provincia, decimus noſtræ Religionis Generalis, electus Romæ anno 1575. Hic priùs inter Minores Conventuales ob eximiam ejus doctrinam Magiſtralem Cathedram adeptus, & mons ſcientiæ communi vocabulo appellatus, poſteà ad Capucinorum Congregationem anno 1559. admirabili planè modo divinę ſapientię non incongruo adſcitus, maximis in ea virtutibus, ac donis cęleſtibus florens, haud alio, quàm Montisflorum nomine vocabatur. Ejus ſingularis prudentia, animi magnitudo, ſumma in magnis, & arduis agendis peritia, etiam ab ipſomet Summo Pontifice Sixto V. præclaro encomio collaudata, plurimiſque à Deo gratiis decorata, illum ſuo ſæculo toti Orbi Chriſtiano ſuaviſſimè olere fecerunt. Scripſit Italicè:

*Hiſtoriam de Origine, & ſucceſſione Congregationis noſtræ Capucinorum, quam continuavit uſque ad annum* 1583. Auctor verè dignus (inquit Boverius) cui integra fides adhibeatur. Obiit Novanæ Dei laudes dulciter decantando, prænunciato anteà mortis ſuæ die anno 1584. ætatis ſuæ 64. Ejus vita deſcribitur à Boverio Tom. 2. Annal. & de eo meminerunt honorificè Rodulphus Toſſinianus in Hiſtoria Seraphica, Gonzaga lib. de Origine Seraphicæ Religionis, Coriolanus in Breviario Chronologico, ubi de Generalibus Capucinorum, & alii.

HIERONYMVS NOVARIENSIS, ex nobili Avogadrorum Familia, Provinciæ Mediolanenſis

alumnus; vir doctrina præclarus, ac totius evangelicæ perfectionis integer æmulator: qui indefeſſo animo divinorum conſiliorum viam percurrens, vitæ auſteritate rigidus, oratione fervidus, in cœleſtium myſteriorum contemplatione aſſiduus, in dominica Paſſione recolenda piiſſimus, Beatiſſimę Virginis MARIÆ obſequiis totus deditus, ad eam mentis puritatem pervenit, ut animantia cum eo familiariter converſarent, & perfectum in illo Divinæ ſimilitudinis ſignaculum agnoſcerent. Scripſit:

*Meditationes devotiſſimas de Paſſione Domini impreſſas* Brixiæ anno 1579. ſub nomine cujuſdam ſervi Dei Religioſi S. Franciſci. Obiit Brixiæ anno Domini 1582. ætatis ſuæ 76. Religionis 58. De eo ſcribit Boverius Tom. 2. Annalium.

HIERONYMVS PANORMITANVS, ejuſdem Provinciæ alumnus, vir doctus, & in Theologicis Facultatibus ſuo tempore præclaro nomine celebris: qui in ſua Provincia Prælectoris munus per plures annos exercuit, & Diffinitoris Generalis, ac Commiſſarii itidem Generalis functus officio, vitæ ſanctimonia, ac regularis diſciplinæ luce, majorem, quam ab iis acceperat, ſplendorem dignitatibus attulit. Scripſit plurima Theologica, dum adhuc inter Patres Minores Excalceatos moraretur; inter quæ extant adhuc:

*Lectionum Theologicarum ad mentem Scoti libri duo.* Obiit Panormi anno 1579. Vide Boverium Tom. 1. Annalium Capuc.

HIERONYMVS A' PISTORIO Italus, Provinciæ Etruriæ, cujus fuit alumnus, Neapolitanæ, ac aliarum Provinciarum Miniſter Provincialis, nec non totius Ordinis Diffinitor Generalis: vir admirabili doctrina, ac eruditione præornatus, vitæ ſanctitate, animi conſtantia, ſingulari prudentia, omniumq; rerum cognitione excellens; & ideò maximæ apud omnes auctoritatis. Qui Seraphicæ charitatis ęſtu inflammatus, cùm eſſet eximius ſua tempeſtate Concionator, in præcipuis Italiæ Civitatibus declamando, mirabiles Populorum converſiones edidit, & Pręlectoris Generalis diù Romæ, Florentiæ, & Neapoli munere functus, plurimos Eccleſiæ Dei viros doctrina, ac ſanctitate pręclaros, feliciſſimè peperit. Adfuit Concilio Tridentino, in quo graviter pro tuenda Religione decertavit, & nonnullos ad Patres ſermones habuit. Pius V. Pontifex Maximus illum ſibi in Theologum aſſumpſit, ejuſque conſilio in graviſſimis Eccleſię rebus ſæpè uſus, inter ſacros Purpuratos illum adſcribere decrevit; ea tamen dignitate à Hieronymo mira mentis humilitate, & toto animi conatu recuſata, alterumque ab eodem Pontifice juſſus, ut ſibi ſuggereret eo honore dignum in ejus locum ſubrogandum, Iulium Sanctorium nobilem Caſertanum S. Severinę Archiepiſcopum eidem eligendum propoſuit. Qui poſtmodùm ad Purpuram evectus, ſacrarum litterarum cognitione, innocentioris vitę laude, inſigni-

ſignique Religionis ardore, Sacrum Senatum plurimùm illuſtravit. Porrò Hieronymi cura, & ſolertia *S. Bonaventuræ Opera iam apud homines ſeneſcentia, ac ferè vetuſtate conſumpta, iterùm in lucem revocata, prælo mandata, atque ab interitu vindicata fuerunt. Quæ deindè Sixtus V. animo, doctrina, ac dignitate maximus, ampliori folio excuſſa, copioſiùs illuſtravit*. Scripſit etiam Opus in 24. lectionibus terminatum ſub Titulo:

*De Quantitatibus, rerumque Diſtinctionibus, & Formalitatibus Scoti*. Impreſſum eſt Romæ apud Ædes Populi Romani anno 1570. in 8. & etiam evulgavit:

*Librum Sermonum, in quo acuratiſſimè de variis Chriſtianæ Fidei Myſteriis, & præſertim de Prædeſtinatione differit*. Bononiæ 1567.

*Conciones quatuor de Immaculata Conceptione Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*. Neapoli apud Virginios, & Cœlium Aliphanez die 17. Februarii 1564.

Præclaram pro charitate Martyrii coronam ſibi comparavit in inſula Cretenſi, dum in Claſſe Veneta gravi peſte laborante, ſe totum ægrotantium obſequiis mancipaſſet anno 1570. die 29. Novembris: in quam Inſulam miſſus fuerat à Pio V. cum aliis triginta Fratribus ex noſtris in expeditione illa Navali adverſus Turcas, & pro Fide Chriſti decertantibus omnibus charitatis officiis adeſſent, iiſque animos ad Fidei hoſtes debellandos adderent. Ejus corpus nonnullis poſt obitum annis elapſis, idem Iulius Sanctorius S. Severinę Cardinalis, tunc Ordinis noſtri Protector ob ſingularem in Hieronymum benevolentiam, ac grati animi teſtimonium, adhuc integrum, & incorruptum repertum, Caſertam Patriam ſuam deferendum curavit, & in noſtro Conventu erecto per eûdem Cardinalem tumulo fuit ſepultum. Ejus vita, & geſta luculenter deſcribuntur à Boverio Tomo primo Annal. Capuc. ad annum 1570. Ex Salodienſi, & aliis M. S. Meminerunt etiam de illo Toſſinianus lib. 3. Hiſtoriæ Seraphicæ. Gonzaga parte 1. ubi agit de Script. Franciſc. Vvillotus in Athenis Orthodoxis Sancti Franciſci. Poſſevinus in ſuo Apparatu litt. H. Genonus in Chronico SS. Deiparæ ſæculo 15. ad annum 157. Hylaretus ſerm. Fer. 5. in Paſſione poſt medium, Vvaddingus de Scriptor. Ordin. Minorum. Martyrologium Franciſcanum ad tert. Kalend. Decembris, & alii.

HIERONYMVS A' POLITIO, natione Siculus, Panormitanæ Provinciæ Concionator; vir per totam Religionem claro nomine notus, excellentique præditus ingenio; quem vitæ probitas, candidique mores, & in rebus gerendis prudentia dignũ fecerunt, ut Romæ anno 1587. ad Generalitiam dignitatem unanimi electorum conſenſu eveheretur. Operoſus fuit ovium ſibi commiſſarum, religioſæ obſervantiæ, ac paupertatis Seraphicę zelator. Quare ſcripſit ad communem Religioſorum utilitatem, preſertim FF. Minorum:

*Expoſitionem in Regulam S. P. N. Fran-*

*Franciſci; in qua plurimæ, & ſingulares difficultates, ac quæſtiones ſolidè, & clarè examinantur, & reſolvuntur.* Prodiit primùm Romæ anno 1587. in 4. & 1593. ſecundò Pariſiis apud Nicolaum Buon anno 1615. Tertiò Coloniæ eodem anno apud Ioannem Kinchium. Quartò Neapoli 1626. apud Ioannem Carlinum in 8. Obiit Neapoli anno 1605. De eo meminit Boverius Tom. 2. Annal. & Vvaddingus de Script. Ord. Minorum. Præclaro etiam encomio celebratur à R.P. Ioanne Ximenez in Præfatione Expoſitionis Regulæ FF. Minorum in ſecunda impreſſione facta Valentiæ in Hiſpania apud Petrum Patritium Meis anno 1622. cujus verba ibi legi poſſunt.

HIERONYMVS A' SANCTA GEORGIA, natione Siculus, Provinciæ Meſſanenſis alumnus, vir ſummæ pietatis, & devotionis, pueri IESV amantiſſimus, ejuſque Matris Immaculatæ cultor eximius; Scripſit Italicè Opuſculum valdè pium in honorem ejuſdem Deiparæ Virginis ſub hoc Titulo:

*Ghirlanda di fiori delle ſacre lodi della Santiſſima Vergine Madre di Dio.* Prodiit Meſſanæ apud Ioannem Franciſcum Blancum anno 1633. in 16.

HIERONYMVS A' SEGORBIA, natione Hiſpanus, Provinciæ Valentiæ filius; vir pius, & in Myſtica Theologia Magiſter ſummè eruditus: qui in eadem ſua Provincia Novitiorum curæ, & educationi Præfectus, verbo, & exemplo taliter illis illuxit, ut illam bonorum, & perfectorum virorum ſemine fęcundaverit. Scripſit Patrio Idiomate Opuſculum Spirituale valdè utile ſub hoc Titulo:

*Navigatio tuta, & ſecura in Cœlum, in qua docentur, & demonſtrantur portus, & ſcopuli, Scyrtes, & pericula cœleſtis itineris cui Epitomen adjunxit doctrinæ Chriſtianæ.* Valentię apud Philippum Meis anno anno 1611. in 8. ſumptibus Cęſaris Campacii. De illo meminit Vvaddingus lib. ubi ſupra.

HIERONYMVS SENONENSIS, natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis alumnus, verbi Dei fervidus Declamator, Sacrę Theologiæ Scholaſticæ eximius Profeſſor, & ſuę Provinciæ Miniſter Provincialis: vir devotis, ac evangelicis moribus exornatus, obſervantiæ regularis, Seraphicique Inſtituti zeloſus propugnator; Scripſit Gallico Idiomate Opuſculum ſub hoc Titulo:

*Exercitium Sanctæ Solitudinis decem dierum, ut eſt in uſu apud Religioſos.* Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1660. in 12.

HIERONYMVS A' SORBO, natione Neapolitanus, ejuſdem Provinciæ alumnus, ac Miniſter Provincialis, necnon totius noſtri Ordinis Miniſter Generalis quintuſdecimus. Admiranda refulſit vir iſte pietatis omnimodæ ſpecie, obſervantiæ regularis fuit zelator & amans, ejuſque prudentiſſimi regiminis arte, auguſtiſſima auctoritate, ſumma vigilãtia, & indefeſſo labore unà cum vitæ ſanctimonia, ac ſplendore purioris doctrinę

ctrinæ conjunctis, omnis Seraphicæ Religionis ſucceſſus admiranda incrementa ſuſcepit. Collegit, ac typis mandavit latinè:

*Compendium Privilegiorum FF. Minorum, & aliorum Mendicantium, & non Mendicantium, reformatum ſecundùm Decreta Concilii Tridentini, & Summorum Pontificum, qui à Clemente VII. uſque ad Clementem VIII ſucceſſerunt: quod poſtea ab eo locupletatum quibuſdam additionibus* Fuit impreſſum primò Brixiæ anno 1590. ſecundò Coloniæ 1597. Tertiò Venetiis apud Heredes Petri Ricciardi anno 1609. quartò iterùm Coloniæ 1612. quintò Neapoli apud Petrum Ciurlinum 1615. Obiit devotiſſimè Neapoli cum fama ſanctitatis anno 1602. De eo meminerunt Boverius Tom. 2. Annal. Bruxellenſis in Flor. Seraphic. Vvaddingus de Script. Ord. Min. & Torreçilla in Speculo Apologet. Seraph. Relig. ubi de Scriptorib. Capucinis.

HIERONYMVS TRAHINA, natione Siculus, Patria à Caſtronovo, Provinciæ Panormitanæ alumnus, Concionator magni ſpiritus, vi, & efficacia ſermonis ad peccatorum converſionem non vulgariter præditus; Scripſit Italicè, & typis dedit:

*Sermones centum faciendos tempore Orationis* 40. *Horarum.* Panormi apud Dominicũ de Anſelmo 1665. Tom. 1. in 4.

HILARION MEDIOLANENSIS, ejuſdem Provinciæ Concionator; vir ſcientia eruditus, excellentis doctrinæ, ingenio ſubtilis, in componendo, & ſcribendo eloquens, concinnavit, & æneis laminis excudi curavit:

*Elogia, & Icones plurium Virorum Illuſtrium, qui in Ordine Minoritano ante reaſſumptam à Capucinis veriorem habitus formam, eodem induti floruerunt.* Mediolani anno 1664. in folio.

HILARIVS FRIBVRGENSIS, Germanus natione, Provinciæ Helvetiorum Concionator, vir doctus, ac religioſis virtutibus cumulatus; Edidit Opuſculum latinè ſub Titulo:

*Manuductio ad Meditationem. &c.*

HIPPOLYTVS BRIXIENSIS, ex illuſtri Averoldorum Familia, illius Provinciæ alumnus, divini verbi Declamator egregius, ac Theologiæ ſubtilis Profeſſor; vir reconditiarum ſcientiarum perſcrutator, genio, ingenioque profundus, aſſiduus S. Ioannis Apoſtoli Apocalypſis meditator; Scripſit, & effinxit:

*Icones nonnullas ad pleniorem abſtruſiſſimæ litteræ libri intelligentiam, & Commentariis elegantiſſimis loca difficilliora illuſtravit.* Brixiæ anno 1638.

HONORATVS PARISIENSIS, ejuſdem Provinciæ filius, ex Familia Bouchart de Champigni, toto Gallico Regno percelebri, egregiarum virtutum ſplendoribus cunctis aliis hoc ſanguine genitis valdè præluxit. Hic in ipſo adoleſcentiæ flore, non ſolùm mundo valedixit, & titulos, honores, atque divitias, quibus eminebat ejus domus, contempſit; ſed & à tenerioribus annis typhum illum mundanæ glorioIæ,

quo

quo pueri generoſo ſanguine ſati intumeſcere ſolent, omninò compeſcuit. Vir fuit ad omnem apoſtolicæ vitæ rationem compoſitus, perfectæ modeſtię ſimulacrum, aſſiduus Divinorum Myſteriorum contemplator, eximius ſilentii cultor, vivum humilitatis archetypum, fervidus altiſſimæ paupertatis zelator, Religioſi ſtatus ſtrenuus defenſor. Denique ſpiritus fervore, prudentia in agendis, ſermonis ſuavitate, ſalutis animarum ſolicitudine; doctrinæ, & eruditionis præſtantia, non in tota Gallia tantùm, verumetiàm in Chriſtiano Orbe extitit venerabilis. Eapropter ſua Pariſienſis Provincia ter eum ſibi in Patrem elegit, & omnium calculis ad ſui Miniſterium promovit. Similiter etiam Provinciam Lotharingiæ per integrum triennium adminiſtravit; &, expletis in hac dignitate quatuor trienniis, ſemel & iterùm in Belgium profectus, ibi Viſitatoris, ac Commiſſarii Generalis munus obiit. Viſitatorem Generalem eundem habuerunt bis Provincia Lotharingiæ, ſemel Lugdunenſis, & Turonenſis, ejuſque ſanctitatis fama in dies magis excrebeſcente, ſecundus fuit, qui inter Gallię Patres Romæ anno 1618. ad Generalis Diffinitoris gradum aſcendit. Scripſit Opuſculum valdè pium, & utile ſub hoc Titulo:

*Academia Evangelica pro Iuventutis Religioſæ ſpirituali inſtitutione.* Impreſſa eſt Pariſiis anno 1622. apud Nicolaum Buon Tom. 1. in 8.

Quindecim annis ante pręnunciatis ſuæ mortis loco, & die, vitæ curſum devotiſſimè peregit in noſtro Conventu Calvomontis in Baſſiniaco Provinciæ Lotharingiæ anno ætatis ſuæ 58. Chriſti verò 1624. ſexto Kal. Octobris. Inquiſitio vitæ, & miraculorum hujus ſervi Dei anno 1626. auctoritate Apoſtolica demandata fuit, & Illuſtriſſimus Lingonienſis Antiſtes, Dux, & Paris Franciæ anno 1637. haud ſegniter opere complevit. Pro ejus canonizatione Rex Chriſtianiſſimus Ludovicus XIII. litteras dedit, tum ad Summum Pontificem Vrbanum VIII. tũ ad Dominum d'Etrè Francię Mareſchallum pro ſua Majeſtate Oratorem Extraordinarium in Curia Romana ſub datum anno 1637. die 6. Iulii, ut videri poteſt in libello Lutetię edito anno 1638. apud Typographiam Claudii Calleville; & iterùm idem negotium extipulatum fuit ab eodem Rege, & Regina per litteras ad Summum Pontificem miſſas ſub datum 26. & 30. Aprilis anno 1639. Ejus vitam admirandam deſcripſerunt Henricus Calenſis Capucinus anno 1650. Pariſiis impreſſam, & magis compendiosè Marcellinus de Piſe Tom. 3. Annal. Capucinorum ad annum 1624. De eo etiam agunt Io: Baptiſta à Peruſio in pręludio ad vitam B. Felicis, Martyrologium Franciſcanum die 26. Septembris, Vvaddingus de Script. Ordin. Minorum, Corbinius lib. 8. S. Franciſciad. pag. 190. vbi copioſa ipſius miracula verſibus Gallicis concinit, Sauſſayus in Martyrologio Gallicano die 26. Sept. Sub cujus effigie hoc Epigramma conſpicitur.

*Dum*

*Dum mundi vanos humilis faſtidis honores,*
*Fit tibi Divino dignus honore coli.*
*Nomen Honoratus prædixerat, addita virtus*
*Id meruit, quod nunc gloria jurè daret.*

HVGO AQVENSIS, ſeu ab Aquis-Sextiis, Provinciæ S. Ludovici alumnus. Hic illuſtri Familia Patre Senatore progenitus, dum eſſet Henrici IV. in Prætoria Cohorte miles, Capucinorum Religionem, ut Deo feliciùs ſub S. Franciſci vexillo militaret, ingreſſus eſt anno 1596. ętatis ſuæ 26. Vir fuit maximæ auſteritatis, & abſtinentiæ ſingularis: amore Dei totus ardebat, & hac ſacra flamma circundatus, veſte lacera, & ſimplici, etiam brumali tempore, induebatur. Omnium ejus ſermonum argumentum erat Divinus amor, qui aſſiduè ex ejus ore reſonans, cęleſtem hunc ignem, etiam in aliis accendebat. Scripſit Gallico Idiomate:

*Flammas Divini amoris, quibus per plures Orationes Iaculatorias cor noſtrum ad Dei dilectionem excitatur*. Impreſſum fuit Toloſæ, & Aquis-Sextiis ſuppreſſo ejus nomine. Obiit feliciſſimè Salonii in ſua Provincia anno 1620.

HYACINTHVS ab Alenconio (vulgò de *Alençon*) Gallus, Provinciæ Normanniæ Concionator; vir clarus doctrina,& compoſita morum venuſtate decorus, Scripſit latinè Opus ſub hac Epigraphe:

*Idea Concionatorum, ſive, Methodus conficiendi Sermones*. Prodiit Pariſiis 1659. apud Dionyſium Thierry.

HYACINTHVS AMBIANENSIS, natione Gallus, Pariſienſis Provinciæ filius, divini eloquii Declamator celebris, eruditiori prę-ditus ingenio, nec minori pietate, vitęq; perfectione exornatus; Scripſit Patrio Idiomate duo Opuſcula Spiritualia, & devotiſſima ſub hoc Titulo:

*Imago animæ morientis in doloribus IESV Chriſti*. Pariſiis apud Dionyſium Thierry 1632. in 8.

*Imago animæ viventis in gloria IESV Chriſti*. Ibidem apud eundem 1635. De eo meminit Vvaddingus lib. ut ſupra.

HYACINTHVS BRVSSOTVS, natione Italus, Patria à Foro-Caſſii [vulgò *Vetralla*] Provincię Romanę Concionator, ac pluriès Diffinitor: qui Miſſionarius Apoſtolicus in Regnum Congi à Summo Pontifice, & Sacra Congregatione de Propagandafide ſpecialiter deſtinatus, eo in munere ſolicitus, atque indefeſſus, magno charitatis ardore ſaluti, & converſioni Infidelium inſudavit. Scripſit, ac Typis edi curavit:

*Doctrinam Chriſtianam ad profectum Miſſionis totius Regni Congi in quatuor linguas diſpertitam, ſcilicet Latinam, Italicam, Luſitanicam, & Congicam*. Romæ ſumptibus Congregationis de Propagandafide 1650. Tom. 1. in 4.

*Regulas quaſdam pro di[illegible] illimi Congienſium Idiomatis facillimo captu ad Grammaticæ Regulas redactas*. Ibidem ſumptibus ejuſdem Sacræ Congregationis 1659. Tom. 1. in 8.

HYACINTHVS GRÆCENSIS, natione Germanus, Provinciæ Styriæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor; vir ſubtilis ingenii, ad omnes ſcientias indefeſſo ſtudio applicitus, moribus, & vita compoſitus, varia ſcripſit Opuſcula ex Angelico Aproſio in ſua Bibliotheca; eorum tamen nondum vidimus Titulum.

HYACINTHVS KERVER, natione Gallus, Patria Pariſinus, ejuſdem Provinciæ alumnus, Concionator magni nominis, ſtrenuus Acatholicorum impugnator, & Academiæ Controverſiarum per plurimos annos Pariſiis congregatæ promotor: cui Deus, præter inſigne doctrinæ, & ſapientię donum, magnam etiam contulit virtutum excellentiam; plura nobis reliquit ſui ingenii monumenta, in quibus eruditionis, ac pietatis ſuæ clariſſima lumina dedit. Ea ſunt:

*Tractatus de Paſſione Domini noſtri IESV Chriſti*. Pariſiis 1624. apud Dionyſium Thierry. Tom. 1. in 8.

*Articuli Catholicæ Fidei Sacræ Scripturæ teſtibus confirmati &c.* Ibidem apud eundem 1637. Tom. 1. in 8.

*Catechiſmus ſuper omnes Articulos profeſſionis Fidei Catholicæ*. Ibidem apud eũdem 1638. Tom. 1. in 8.

*Catechiſmus, ſive, Inſtructiones ſuper Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium cum explicatione omnium cæremoniarum ab Eccleſia in ſacri Myſterii celebratione ordinatarum, adhibita reſponſione omnibus objectionibus adverſariorum hujus auguſtiſſimi Sacrificii*. Pariſiis apud Lodovicum Boulanger anno 1646. Tom. 1. in 8.

*Motiva converſionis Domini de Claromonte de Amboyſę Domini de Garland*. Ibidem apud eundem 1646.

*Contradictiones evidentes, quæ in Pſalmis, precibuſque Eccleſiaſticis, & in forma adminiſtrandi Sacramenta ſuper eſſentialia Fidei puncta à prætenſis Reformatis admittuntur*. Ibidem apud eundem. Tom. 1. in 4.

*Controverſiarum Volumina tria ad revocandos Hæreticos ad cognitionem veritatis Catholicæ*. In primo agit de impia doctrina prætenſorum Reformatorum multas blaſphemias continente. Secundum demonſtrat, quòd prætenſi Reformati ſunt extra Eccleſiam, & novæ veritates à Miniſtro Molinæo recognitę, communi doctrinę ſuę Sectę ſunt contrarię. & in Tertio oſtendit Miniſtrorum prętenſę Religionis reformatæ mendacia adverſus Sacrã Scripturam. Pariſiis apud Thierry anno 1646. in 4.

*Collectio, ſeu, Dictionarium præcipuorum Sacræ Scripturæ locorum pro omnibus Fidei Catholicæ Romanæ Apoſtolicæ articulis intelligendis*. Pariſiis 1644. Tom. 1. in 4. De hoc illuſtri viro meminit Vvaddingus de Scriptor. Ordinis Minorum.

HYACINTHVS NATTA, natione

tione Italus, vir doctrina, concionandi munere, ac recta Catholicæ Fidei ſinceritate ſuo ſæculo magnus. Natus eſt in Civitate Caſalenſi anno 1575. die 21. Ianuarii. Primos ſcientię latices hauſit ab Academia Papienſi; inde acceſſit Salmanticam, & poſt biennium Bononiam perrexit: ubi edito ſuę peritię luculento ſpecimine, Doctor in utroque Iure, Vniverſitate tota votis omnibus applaudente, renunciatus fuit. Legalibus diſciplinis Poeſim adjecit, & inter Poetas Latinos, & Italos ea ętate florentes, inſigne nomen eſt adeptus. Sacro Religionis Seraphicæ habitu inauguratus fuit Venetiis anno ętatis ſuę 25. & expleto probationis curſu, ad vota ſolemnia admiſſus; indèque ad ſacra ſtudia promotus, famam ſibi doctiſſimi, ac eruditiſſimi inter eruditiores Theologos comparavit. Illum concionantem, non ſolùm prçcipuę Italię Vrbes, ut Roma, Mediolanum, Venetię, Neapolis, Genua, Bononia, Florentia, & Placentia, tanquam alterum Paulum exceperunt; ſed etiam tota ferè Germania, & Hiſpania, ipſique Imperator, ac Rex Catholicus, qui concionibus ejus Viennę, & Matriti habitis cum prçnobili, ac numeroſa Curia ſemper aſtiterunt, tanquam alterum Ionam, immò virum è Cęlo delapſum, ſunt admirati. Fletus uberrimi, alta ſuſpiria, cordis ſingultus, pectoris tunſiones, mala parta reſtituta, odia extincta, antiquę lites compoſitę, concubinę è domibus amaſiorum ejectę, meretrices Veneri ereptę, veſtes ſuperbæ, ac pretioſa monilia à mulieribus depoſita, peccata diù inconfeſſa poſtmodùm in confeſſionibus reſerata, grati fuere fętus, quos in ſuis concionibus peperit. Inſuper illa omnia, quæ præſtare ſolent, qui pęnitendo, ſibi perfectè Dei amicitiam, & gratiam conciliare ſtudent, fideles voces extiterunt, quæ animarum contritionem, & converſionem exprimebant. Indefeſſus fuit ejus zelus pariter in Fide Catholica propaganda, ejuſque effectus propitios plures Summi Pontifices, ut Paulus V. Gregorius XV. & Vrbanus VIII. in rebus ad Catholicam Religionem ſpectantibus experti fuerunt. In Comitiis Imperialibus ſtrenuè laboravit, ut Imperatoris Electio penès Catholicos reſideret, Ducique Bavarię, concione de induſtria validis argumentis inſtructa & priùs ad Principes habita, Electoris dignitatem loco Comitis Palatini, tanquam perduellis exauctorati, impetravit. Fidei dilatandæ cauſa, ſæpè tum privatis colloquiis, tum publicis diſputationibus Hęreticos laceſſivit; utque Fędus Principum Germanorum ſancirent, Reges Gallię, & Hiſpaniæ, alioſque Principes, Summi Pontificis Legatus ſæpiùs adjit, multiſque ſeſe viarum, & tempeſtatum injuriis expoſuit, ut Orthodoxam Religionem in maximum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ incrementum aſtrueret. In argumentum ejus negotiationum feliciter geſtarum, ipſimet Pontifices, Imperatores, Reges, & Principes maximo eum honore ſunt affecti. Nam Paulus V. per litteras in forma Brevis exaratas, ſæpè ei gratias egit;

affirmans ſibi fuiſſe gratiſſima illa charitatis obſequia, quibus gloriosè exantlatis, malis Europæ impendentibus occurrerat. Mathias Imperator in grati animi, & amoris ſignum eum plurimis ſacris donis decoravit: inter quæ fuit fruſtum inſigne Sanctiſſimæ Crucis cryſtallo incluſum; pignus amoris olim datum à Summo Pontifice Familiæ Auſtriacæ; & hoc Theſauro Cæſar Sacrarium ſuum exuit, ut inde toti Orbi innoteſceret quanti faceret hominem illum, quem pretioſo, & adorando illo munere dignabatur. Ægrotantem Viennæ Auſtriæ Ferdinandus Secundus Imperator inviſere voluit, & aliquando in ſua cellula apud ipſum colloquendo familiariter eſt demoratus. Rex Ludovicus XIII. eum Pariſiis ſplendidè, & humaniſſimè excepit; & in teſſeram amoris præcipui, oblata ei clave ſui Sacelli, dedit optionem omnium rerum, quæ in prędivite illo Sacrario aſſervantur. Tantæ etiam auctoritatis fuit apud Regem Catholicum, ut omnia illi optata, quamvis ardua, conceſſerit, pro quibus Legatione fungebatur; veluti nefas preces illius repudiare exiſtimans, quem orantem Deus multis gratiis dignabatur. Tanta denique fuit ejus virtutum fragrantia, ut licèt in Germania de rebus maximi ponderis contra Hæreticos nomine Pontificis ageret, adhuc tamen ab ipſiſmet Acatholicis, plurimùm coleretur. Etenim ejus modeſtia perculſi, & religioſa totius corporis habitus compoſitione commoti, ſuum etiam votum adjiciebant pręclaris encomiis, quibus Catholici virum hunc reverà Apoſtolicum publicè commendabant. Scripſit Hyacinthus aliqua Opuſcula, quæ extant impreſſa; & ſunt:

*Cenſor Chriſtianus ſermone Italico conſcriptus*. Brixiæ apud Franciſcum Marchettum anno 1626. in 8. *Qui liber poſteà in Idioma Gallicum translatus fuit impreſſus* Pariſiis anno 1629. apud Ioannem Favet.

*Tractatus de Paupertate Religioſa*. Mantuæ apud Henricum Aurelium Tanna anno 1622. in 8.

*Documenta utilia, & neceſſaria pro variis hominum ſtatibus, & conditionibus*. Brixiæ apud eundem Marchettum anno 1616. in 8.

*Conſiderationes de deformitate, & gravitate peccati*. Neapoli apud Secundinum Roncalium anno 1626. in 8.

*Oratio in laudem S. Caroli Borromæi ab eo habita Mediolani in Eccleſia Metropolitana* die 4. Novembris 1612.

Prophetico ſpiritu clarus, miraculorumque gratia à Deo illuſtratus, vitam ſummis virtutibus exornatam, piiſſimis laboribus pro gloria Chriſti, Eccleſiæ exaltatione, Populorumque beneficio publicè, privatimque exantlatis, Iuſtorum fine concluſit in Civitate Caſalenſi anno à Partu Virgineo 1627. ſeptimo Idus Ianuarii, ætatis ſuæ 53. Religionis 27. Ejus geſta deſcribuntur à Matiſconenſi Tom. 3. Annal. Capucinorum; & de illo honorificè ſcribunt Vvaddingus de Script. Ordinis Minorum, Roſſottus in Syllabo Scrip-

tor.

tor. Pedemontii. Gravina lib. 4. in Voce Turturis, ubi de Capucinis, Ardinghellus lib. Congeminatæ Vocis Turtur. ſive in Appendice Oſtenſione 4. de florentiſſima vinea Sancti Franciſci, ubi ſic ait: *P. F. Hyacinthus Caſalenſis à Gregorio XV. ad omnes Chriſtiani Orbis Principes Nuntius deſtinatus, illud aſſecutus eſt à Cæſare, ne ullo modo pax cum Palatinatu concluderetur; inde tot præclaræ reportatæ victoriæ, inde Calviniſmi ex Imperio expulſio.* Et Octavius Rubeus in ſuis epiſtolis collectis & impreſſis Brixiæ per Bartholomæum Fontanam anno 1621. in 8. pag. 190. eum preclarè commendat.

HYACINTHVS MARIA GENVENSIS, ejuſdem Provinciæ Sacerdos; vir ob probitatem, ac honeſtatem vitæ in ſua Provincia non ſemel Conventuum moderator, & erga infirmos, & morti proximos magna incenſus charitate; in eorum gratiam, & opem ex multis collegit, & in unum concinnavit Opuſculum valdè pium, quod Typis dedit ſub Titulo Italico:

*Il Chriſtiano Infermo &c.* Genuę apud Antonium Georgium Franchellum anno 1688. in 8.

# I

IACOBVS BOLDVCCIVS, natione Gallus, Patria Pariſinus, Pariſienſis Provinciæ pluriès Diffinitor, ac Sacræ Theologiæ doctiſſimus Explanator; vir cum primis ſui temporis verbi Dei Præconibus, ac Doctoribus conferendus: qui profundo, ac fervido præditus ingenio, mira induſtria Sacrarum Scripturarum ſcrutatus eſt ſenſus, multoſque abſtruſos Myſteriorum receſſus incredibili facilitate penetravit, priſcoſque ritus fideliter eſt interpretatus. Multa ex operoſa ſpiritus ſui officina nobis dedit monumenta, & eruditarum, quæ ſecuntur, elucubrationum participem fecit poſteritatem.

*De Eccleſia ante Legem libri tres, in quibus demonſtratur quis à mundi principio uſque ad Moyſen fuerit ordo Eccleſiæ, quæ Feſta, quæ Templa, quæ Sacrificia, quivè ritus, & cæremoniæ, & alia multa arcana ex fontibus, præſertim ſacri ſermonis exhauſta.* Lugduni ſumptibus Claudii Landry anno 1626. Tom. 1. in 4. & ſecundò Pariſiis apud Ioſephum Conterau anno 1630. in 4.

*De Eccleſia poſt Legem liber unus Analogicus, in quo oſtenditur quanta ſit ſimilitudo inter legem naturalem, & legem Evangelicam.* Pariſiis apud eundem 1630. Tom. 1. in 4. De horum librorum præſtantia habemus præclarum teſtimonium R. P. Io: Andreæ Ramirez Pinti ex Illuſtriſſima Societate IESV lib. 2. in

Can-

Cantica Canticorum cap. 1. verſ. 6. fol. 168. *Compoſuit*, inquit, *nuper aureos libros de Statu Eccleſiæ Iacobus Bolduccius Capucinus, Scriptor ſanè genii, & ingenii longè felicioris, & reconditioris longè diſciplinæ: lege, & mirare novas abſtruſæ ſapientiæ aurifodinas apertas.* Hæc ille. Scripſit etiam:

*De Oggio Chriſtiano lib. 3. in quibus declarantur antiquiſſimæ Sacroſanctæ Euchariſtiæ typica myſteria, quæ in frumento ab Adam inſtituta, deinde in Noè additione vini illuſtrata, & per totum Orbem piè celebrata ſenſim apud Gentiles in Orgiorum vocabulo, in ritibus horrendas fœditates contraxerunt.* Lugduni apud Laurẽtium Aniſſon ſuis ſumptibus anno 1640. Tom. 1. in 4.

*Expoſitio in Epiſtolam B. Iudæ Apoſtoli, in qua ſimilia ſecundæ B. Petri Apoſtoli verba pariter expenduntur.* Pariſiis 1630. in 4.

*Commentaria in Libros Iob, in quibus præmittuntur Hebræi Idiomatis accurata verſio, ac brevis paraphraſis; variæ etiam tum editiones, tum lectiones cum vulgata collatæ expenduntur, necnon Idiomatiſmi phraſes, ac ſingula Textus vocabula potiſſimùm hebræa diligentiſſimè explanantur, ut ex eis omnibus genuinus ſenſus, ac primarius litteræ tandem eruatur.* Tom. 2. in fol. Primus Tomus prodiit Pariſiis ſumptibus Laurentii Aniſſon anno 1631. & ſecundus ibidem 1638. Opus iſtud eſt in maxima exiſtimatione apud omnes viros doctos, & valdè ab ipſis commendatur; inter quos eſt Iacobus Salianus ex Inclyta Societate IESV, vir omni ſcientiarum genere præornatus, qui in Tomo 5. ſuorum Annalium veteris Teſtamenti in prologo de hoc præclaro Opere, & ejus Auctore ſic loquitur: *In illo porrò Iobo* (ſcribit contra quendam ſuorum Annalium calumniatorem) *non eſt quod à me expectet, ut excutiam, quæ reprehendenda videantur; ſive quia id cumulatè, atque eruditè factum iri ſperamus à R. P. Iacobo Bolduc viro in religioſa Capucinorum familia doctiſſimo, in egregio illo Opere, quod de Iobo conſcribit.* Grandi etiam encomio celebratur à Sacra, & perilluſtri Religione PP. Carmelitarum Excalceatorum in quodam libello, quem ipſamet Religio porrexit Sacroſancto, ac Supremo Fidei Tribunali in Hiſpania in defenſionem Hiſtoriæ Propheticæ. Clarus meritis, virtutibus, & ſanctis operibus cumulatus in ſenectute bona in Domino quievit Pariſiis in noſtro Conventu S. Honorati anno 1650. ætatis ſuæ 75. Religionis 58. & de eo meminit Vvaddingus de Scriptor. Ord. Minorum.

IACOBVS DE BORDES, natione Gallus, Patria Conſtantienſis, ex nobiliſſima, & antiquiſſima illius vrbis familia, Provinciæ Normanniæ Concionator inſignis, ſacræ Theologiæ Profeſſor, ac pluriès Diffinitor: vir illuſtri virtutum, ac litterarum dives incremento: qui per triginta & ampliùs annos ad Novitiorum curam, & educationem Præfectus, prævio omnium virtutum ſplendore illos præcedens, novos Religio-

nis

nis Tyrones ad præſtantiora perduxit, ac veluti aquila provocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, Seraphicæ perfectionis viam verbis, & exemplis mira ſolicitudine demonſtravit. Plura ſcripſit latinè, & doctiſſimè. Ea ſunt:

*Elucidatio Paraphraſtica ſuper Apocalypſim B. Io: Apoſtoli, cum adnotationibus permultis ad loca difficilliora in duos Tomos in folio diſtributa*. Primus Tomus impreſſus eſt Pariſiis apud Sebaſtianum Cremoiſy anno 1658. Secundus ibidem 1659.

*Sylva Sacrorum multiplicis argumenti Theologiam continens de Chriſto, de B. Virgine MARIA, de Sanctis, & de quacunque materia prædicabili*. Tom. 1. in fol. Pariſiis 1661.

*Conceptus Concionatorii in 22. Apocalypſeos Capita Gallico Idiomate conſcripti*. Tom. 1. in fol. Ibidem 1660.

*Liber Controverſiarum contra Ianſeniſtas*. Ibidem 1658. Tom. 1. apud Cremoiſy in 4. Evulgavit etiã in ſua juventute volumen in 8. Concionatoribus utiliſſimum habens pro Titulo:

*Concordantia Breviarii Romani, in quo redegit omnes materias prædicabiles in ſolo breviario contentas*. Pariſiis 1616.

*Explicationem omnium figurarum Apocalypſis*. Obiit feliciſſimus in Chriſto anno 1669. ętatis ſuę 76.

IACOBVS BVRDIGALENSIS Gallus, Provinciæ Aquitaniæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor; vir optimis doctrinæ, ſapientiæ, & religioſę virtutis donis præfulgidus, ac linguæ ſanctæ periſſimus enucleator; Scripſit latinè Opuſculum:

*De Elementis linguæ Hebraicæ ſacri eloquii Profeſſoribus utiliſſimum*. Pariſiis anno 1646. ap. Cremoiſy. De eo meminit Vvaddingus de Script. Ordin. Minorum.

IACOBVS DE CHEVANES, natione Gallus, Patria Auguſtodunenſis, Provinciæ Lugdunenſis Concionator; vir eleganti ſapientia, ſolido ingenio, virtutum præcipuarum ſobole, ac præſertim Catholicæ Religionis zelo, meritò celebrandus. Hic Religioſi ſtatus acerrimus defenſor libris famoſis contra Ordines Regularium, ac præcipuè FF. Minorum Inſtitutum à Io: Petro Camuſio Pariſino editis, acutam ſimul, & doctam oppoſuit Apologiam, & confutationem tacito proprio nomine ſub hoc Titulo Gallico:

*Les Entretiens curieux d'Hermodore, e du voyageur inconnù pour le Sieur de Sainct Agnon*. Lugduni apud Ioannem Caſſium 1634. Tom. 1. in 4. Scripſit etiam Gallicè:

*La Conduite des Illuſtres, ou les Maſſimes pour aſpirer a la gloire d'une vie heroique, & Chreſtienne*. Pariſiis apud Io: Puget. 1647.

*L'Incredulitè ſçavante, e la credulitè ignorante au ſujet de Magiciens, & Sorciers, avec la reſponſe a un Liure intitulè Apologie pour tous les grands Perſonages, qui ont eſtè accuſez de Magie*. Lugduni apud Io: Molin 1671. Tom. 1. in 4.

*L'Amour*

*L'Amour triomphant des impoſſibilitez de la Nature, & de la Morale.* Sunt Sermones de Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. Ibidem Tom. 1. in 4. apud Molin 1633.

Latinè verò edidit Opus præclariſſimum ſub hac Inſcriptione:

*Juſtæ expectationes noſtræ ſalutis oppoſitæ deſperationi ſæculi: in quo Opere ſolidè rejiciuntur, & deſtruuntur pernicioſa nonnullorum hujus temporis circa gratiã, & alia utriuſque Theologiæ, tum Scholaſticæ, tum Moralis dogmata ad fidelium conſolationem.* Lugduni ſumptibus Laurentii Aniſſon 1649. Tom. 1. in 4. Vivit adhuc dum hæc ſcribimùs in Conventu Lugdunenſi ſenio confectùs, & in ſumma veneratione propter ipſius vitæ integritatem, & ſanctam converſationem in illa Provincia ab omnibus habetur. De eo meminit Vvaddingus de Scriptor. Ord. Minor. & in Appendice ejuſdem libri.

IACOBVS DE CORELLA, natione Hiſpanus, Provinciæ Navarræ Diffinitor, Concionator, Sacræ Theologiæ Lector, ac Miſſionarius Apoſtolicus, vir ſalutis animarum ſtudioſiſſimus; Scripſit varia Opuſcula, quorum Titulus eſt:

*Praxis Confeſſionis Sacramentalis in* 8. Pars prima, & ſecunda. Tom. 2.

*Conciones ſacræ ad vocem Miſſionariorum.* Tom. 3.

*Conferentiæ Morales.* Tom. 1. in 8.

IACOBVS A' FOROSARZINIO, ſeu mavis, à Foro Saraceno (Italicè *Mercato Saracino*) qui locus eſt in Æmilia nobiliſſimus, virorumque tum litteris, tum pietate inſignium feraciſſimus: vir admirandæ virtutis, puritate animæ decorus, ſimplicitate cordis ingenuus, profunda humilitate ſublimis, paupertatis evangelicæ rigidus obſervator, totus Deo deditus, Cœleſtium contemplationibus aſſiduè intentus, & ſalutis animarum zelo fer[illegible]lus. Qui in primariis Italiæ Civitatibus grandi divinæ gloriæ incremento, plures ad Populum Quadragenas conciones declamatus, dum divina ex ore illius eloquia ſonabant, corda rapuit, demulſit animos, & ſpiritus fervoris ſui à via iniquitatis multos ereptos, & ab umbra æternæ mortis ſemotos, ad veræ gratiæ radios in iter ſalutis direxit. Qui etiam poſt plures dignitatum gradus ad ſupremum Miniſtri Generalis munus, Superis annuentibus, evocatus, commiſſam ſibi Religionem feliciſſima prudentiæ, zeli, & ſolicitudinis dexteritate moderatus eſt, præclariſque vitæ exemplis præcellens, nominis immortalitatem, ac perpetuæ gloriæ memoriam ſua virtute, & rebus ſapientiſſimè geſtis ſibi comparavit. Scripſit:

*Epiſtolam ſatis eruditam, & prolixam ad univerſos noſtræ Religionis Fratres pro bono regimine ejuſdem Religionis, & perfecta Seraphicæ Regulæ obſervantia, præſertim altiſſimæ paupertatis*; Impreſſa Romæ anno 1584. die 28. Auguſti. Plenus dierum, & bonorum Operum cumulo dives, mortis ſuæ præſcius, ſeptuagenarius, & ampliùs de-

vo-

votiſſimum reddidit Creatori ſpiritum Genuæ in noſtro Conventu S. Barnabæ anno 1586. decimoſexto Kal. Ianuarii, tertio ſui Generalatus anno nondum expleto. Vitam ejus deſcribit Boverius Tom. 2. Annal. Capuc. ad annum prædictum, quo obiit.

IACOBVS MEDIOLANENSIS, ex præclara Iuſſanorum familia, ejuſdem Provinciæ Miniſter Provincialis; vir multo virtutum decore præfulgidus, moribus compoſitus, charitate fervidus, orationi aſſiduus, corporis macerationi totus deditus, manſuetus in omnes, ad patientiam fortis, in judicio certus, ſtrenuus in agendis, pęnitentibus benignus, omnibus gratus, & amabilis, & præcipua à Sanctiſſimo Cardinale Carolo Borromæo benevolentia affectus: cujus opera, & conſilio in graviſſimis Eccleſiæ ſuę rebus ſæpiſſimè eſt uſus; præſertim in reformandis in Vrbe Mediolanenſi Virginum Monaſteriis, & eo tempore, quo peſtis graviſſima Civitatem, ac totum Mediolanenſem agrum occupaverat. Scripſit:

*Chronologiam fundationis Provinciæ Mediolanenſis, & rerum memorabilium &c. quam continuavit uſque ad annum* 1580. Sanctiſſimæ vitæ clarus præconio, piiſque pro Dei Eccleſia confectus laboribus, obiit Mediolani anno 1584. die 4. Auguſti anno eodem, quo Sanctus Carolus, qui de ejus morte maximè condolens, collacrymans dixit: *Doleo magnoperè, quandoquidem magnus Dei ſervus nobis eripitur, & fideliſſimum in onere mihi commiſſo cooperatorem amitto*. Vita ipſius deſcribitur à Boverio Tom. 2. Annal. Capucinorum ad annum 1584.

IACOBVS MELPHICTENSIS, natione Italus, alumnus Provinciæ Neapolitanæ; vir ſanctitate vitæ, doctrinæ eruditione, in rebus Fidei pertractandis, ac in Sacris Scripturis explicandis admodum præſtans: qui conſilio, prudentia, obſervantiæ regularis zelo, patientia, fortitudine in Religione, & ſæculo magnus, evangelicæ pręedicationis munus ardentiſſimè, & apoſtolico ſpiritu proſecutus, innumeros, Ferrariæ, Venetiis, Neapoli, ac in aliis pręcipuis Italię Civitatibus, ad pęnitentiam reduxit, atque Forolivianam Vrbem nonnihil hęretico imbutam errore, tum publicis ſermonibus, tum privatis diſceptationibus, ab ea tabe liberavit; tantamque ſibi etiam ea de cauſa apud Populum, & Rempublicam Epidaurienſem [ vulgò *Raguſa* ] gratiam conciliavit, ut eum ſibi in Epiſcopum, & Patrem à Summo Pontifice Paulo IV. enixis precibus poſtulaverint. Nonnulla piiſſima ſcripſit Opuſcula, quibus præclaræ ſuę devotionis, & doctrinę monumenta reliquit. In his ſunt:

*Commentaria in decem præcepta De[illegible]gi*. Venetiis anno 1575. apud I[illegible], & Neapoli 1597.

*Commentaria in Pſalmum* 14. Domine quis habitabit &c. *per modum Dialogi, interlocutoribus Davide, & Salomone, hoc interrogante, illo reſpondente*. Incipit: Cum Cœlorum ambitus &c.

 *Opuſ-*

*Opuſculum in Symbolum Fidei cum Commentariis.*

*De Præceptis Eccleſiæ.*

*Tractatus de mortificatione carnis.*

*De Immaculata Virginis MARIÆ Conception.*

*Conciones diverſæ.* Omnia ſunt impreſſa Venetiis annis 1535. 1575. & 1578. apud Cominum de Tudino. Meritis illuſtris ſenio venerando confectus, multiſque laboribus divexatus, Meſſapiæ, in qua Civitate à Prorege Provinciæ Hydruntinæ ob prędicatę veritatis teſtimonium fuerat relegatus, placidiſſimè quievit in Chriſto anno 1561. Eaque fuit apud Populos illos eius ſanctimonię fama, ut eadem in Civitate Statua illi publicè erecta fuerit. Ejus inſignia geſta deſcribuntur à Boverio Tomo 1. Annal. & de eo meminerunt Vvaddingus de Scriptor. Ord. Minor. Poſſevinus in Apparatu Sacro. Gonzaga lib. Seraphicę Relig. Toſſinianus in Hiſtor. Seraph. & D. Nicolaus Toppius in ſua Bibliotheca Neapolitana.

IACOBVS RAGGIVS Genuenſis, ejuſdem Provincię Concionator, ac Diffinitor, Octaviani Cardinalis Raggii germanus frater, & Laurentii itidem Cardinalis Raggii olim Ravennæ Legati patruus; vir clarus generis nobilitate, ſed religioſa clarior forma virtutum, in divinis litteris ſtudioſiſſimè verſatus, Philoſophię humanę, ac divinę Theologię pręſtanti nomine explanator. Hic, cùm eſſet regularis Inſtituti fervidus zelator, ac pleroſque abuſus ab electionibus quarundam Religionum eliminari vehementer cuperet, eos liberè perſtrinxit, & remedia palam propoſuit; utque hęc faciliùs præſtare liceret, nomen quod habebat in ſæculo, & cognomen Raggius ſub Anagrammate Giragus prępoſuit libro, quem inſcripſit:

*Dubiorum Centuria de Regimine Regularium in tres partes diſtributa.* In prima parte *incommoda Electionum, quæ inter Regulares oriri poſſunt, neque uſque ad hanc diem prælo ſubjecta, enucleantur.* In ſecunda *remedia aſſignantur.* In tertia *nonnulla ſelecta elucidantur.* Lugduni ſumptibus Heredis Petri Proſt, Philippi Bordè, & Laurentii Aniſſon, 1647. in 4. Quod Opus poſtea ab eodem Auctore multis additionibus locupletatum, & in pluribus auctum, proprio nomine inſignivit, & fuit impreſſum Genuę in fol. anno 1653. apud Benedictum Guaſcum. Quod verò ſupradictus liber ab omnibus ſit magni habitus, clariſſimè patet ex ſolicitudine, qua omnes ferè Religiones illum ſibi comparare ſtuduerunt, & ad ſufficientiam etiam oſtendit doctiſſimus Auctor, & Theologus Hiſpanus in quodam ſuo Opuſculo impreſſo anno 1670. quod Hiſpanicè ſic intitulatur: *Breve reſumen de viente Reſoluçiones Morales tocantes el Eſtado Regular, illuſtradas con unas breves notas predicables acerca la miſma materia.* Nam illas omnes Reſolutiones probat ex auctoritate extrinſeca ejuſdem P. Raggii, qui ab ipſo honorificentiſſimè commendatur. Alia plura ſcripſit tam

tam Theologica, quàm Moralia, quæ morte præveniente imperfecta reliquit: ſolùm extat impreſſum Opuſculum ſub Titulo:

*Monita neceſſaria Confeſſariis tempore peſtis ad Sacramenta miniſtranda, ne morbo afficiantur, in ſummum animarum bonum.* Genuę apud Guaſcum anno 1657. Obiit devotiſſimè in noſtro Conventu Immaculatę Conceptionis Genuæ morbo peſtilentiali correptus, cùm ſexaginta ſex ætatis annos numeraret, Religionis verò 49. De illo meminerūt Vvaddingus in Appendice Scriptorum Ord. Minor. ſub Franciſci nomine, quo audiebat in ſæculo. Iuſtinianus, & Sopranis de Scriptor. Ligurib. Torreçilla in Speculo Apologetico, & Ferdinandus Vghellus in Italia Sacra Tom. 7. ubi de Epiſcopis Alerienſibus ad Octavianum Raggium S. R. E. Cardinalem.

IACOBVS SALINARIVS, natione Italus, Patria à Franca-Villa, Provinciæ Hydruntinæ alumnus, Concionator non ignoti nominis, ac in variis ſcientiis non vulgariter eruditus; Scripſit Italicè:

*Opuſcula varia, & Hiſtorica &c.* De illo meminit A. R. P. Magiſter Andreas de la Monaca lib. 1. cap. 4. fol. 38. Mem. Hiſtor. Brunduſinæ.

IACOBVS DE SCALVO natione Italus, Provinciæ Brixienſis alumnus, ex præclara Albiciorum Familia, vir vitæ ſanctitate celebris, ac præcipuus Seraphicę paupertatis amator: qui totam illam Provinciam ſuis concionibus, ac piis charitatis operibus ad ſanctiorem vitam excitavit. Compoſuit Italicè:

*Expoſitionem ſuper Regulam FF. Minorum, quæ habetur in noſtro Conventu Soveri M. S.* Ad Superos evolavit in Oppido Cluſonii anno 1630. dum indefeſsè nulli parcens labori contagio infectis Sacramenta adminiſtraret. De eo meminit Marcellinus de Piſè Tom. 3. Annal. Capuc. ad annum præfatum.

IEREMIAS PANORMITANVS Siculus, Provinciæ Panormi filius; vir doctus, & eruditus, Concionator, ac Sacræ Theologiæ Lector; Scripſit:

*Elogia varia, & Epigrammata lepida, & ingenioſa.* Panormi anno 1673.

IGNATIVS AB APIRO, natione Italus, Picenæ Provinciæ alumnus; vir ingenio, & genio penè admirabilis: qui omnium ingenuarum artium, præſertim Grçcæ & Hebraicæ linguæ peritiam aſſecutus, non ſolùm multos Græcorum, & Hebræorum interpretatus eſt libros; verumetiàm in illis Idiomatibus verbum Dei paſſim diſſeminavit; eaque de cauſa in Cretam Inſulam à P. Mario à Foroſarzinio (ſic antiquitùs, nunc autem *Foroſaraceno*) tunc Ordinis noſtri Generali Miniſtro ſub Commiſſarii Generalis titulo miſſus, quaſi novus Apoſtolus, quo nomine publicè ab incolis appellabatur, non tantùm in ea præclariſſimis vitæ exemplis illuxit; ſed etiam totam ferè Inſulam ſuis concionibus ad Chriſtianam pietatem reduxit. Scripſit, & elimavit:

*Quædam Hebraici, & Grçci ſer-*

*monis Opera; quorum Titulum habere non potuimus*. Mortale corpus depoſuit in Inſula Caneę anno datæ ſalutis 1569. multiſque, ac maximis miraculis poſt mortem coruſcavit. Videatur Boverius Tomo 1. Annalium Capucinorum, ad annum prænotatum, in quo ejus geſta præclariſſimè deſcribuntur.

IGNATIVS A' CARNAGO, natione Italus, Provinciæ Mediolanenſis filius; vir devotis, ac religioſis moribus venerandus, pietate, ac concionandi munere fervidus, erga Beatiſſimam Virginem MARIAM ſummo devinctus devotionis affectu, ejuſque propagandi, ac dilatandi cultus ſtudio, præcipuè ejus Immaculatæ Conceptionis, aſſiduè intentus; Scripſit Italicè in honorem ejuſdem Deiparæ librum ſub Titulo:

*Città di Rifugio a' Mortali &c.* In quo continentur præcipuæ devotiones in obſequium Beatiſſimæ Matris Dei ex ſanctis Patribus collectæ. Mediolani apud Ludovicum Monzam 1655. Tom. 1. in 4. Scripſit etiam:

*De Excellentiis B. Virginis MARIÆ librum unicum.* Ibidem 1656. Tom. 1. in 4.

*Manuale Servorum B. MARIAE Virginis.* Tom. 1. in 8. Ibidem 1656. & Cremonæ 1658.

*Paradiſum Spiritualem, in quo agitur de perfectione Chriſtiana, de vanitate, & infelicitate hujus ſæculi, de falſitate Religionis, & ſimilibus.* Mediolani apud Ludovicum Monzam anno 1663. Tom. 1. in 4.

*Turris Sacra erecta ſupra firmam petram auctoritatum Divinę Sapientiæ ad gloriam magnæ Matris Dei omnium infirmitatum, & malorum Medicæ Cęleſtis, ac Supernæ curatricis*; eſt Opus ejuſdem Auctoris impreſſum Mediolani anno 1665. In commendationem hujus piiſſimi viri Auguſtinus Terzagus in ſuis Epigram. fol. 44. ſic cecinit:

*AEmula dona nitent radiis, Ignatius, & Sol:*
*Hic flagrat flammis, alter amore calet.*
*Sol Cęli influxu violas, & lilia gignit,*
*Ille uberi eloquio Cęlica dona pluit, &c.*

Meminit de hoc Auctore Abbas D. Philippus Picinellus in Athenæo Scriptorum Mediolanenſium.

IGNATIVS A' CISNAGO, ſeu *Caſnigo*, natione Italus, Provinciæ Brixienſis alumnus; vir pius, ac ſalutis animarum zelo accenſus. Hic fuit primus, qui in illa Provincia arduum Miſſionis opus in Rheti... tentavit, & Capucinis iter aperuit, ibi contra Sectarios Catholicę Fidei deſertores pugnaturis, ipſeque plurimos labores, piis animarum obſequiis vacando, eſt eluctatus. Ejus ſanctimonię ſplendor, non ſolùm Rhetios, ſed etiam Hęreticos ipſos in ſtuporem adduxit. Nam ipſius vita auſtera, & illibata convicti plerique viri inter Sectarios primarii, fateri cogebantur, non poſſe Fidem illam

erro-

erroneam eſſe, quam tot prꝗclara, pia, & aſſidua virtutum opera ſanciebant. Scripſit:

*Opuſculum ad modum Catechiſmi pro erudiendis, & inſtruendis rudibus in myſteriis ad Fidem Catholicam ſpectantibus*, quod fuit impreſſum abſque nomine Auctoris. Plurimos in fide, ac legis divinæ, & eccleſiaſticis præceptis Miſſionarius Apoſtolicus inſtituit; & propter aſſiduos labores, quos præſertim in converſione Hæreticorum in Valletellina improbos ſubiit, fractus, & conſumptus, ad cœleſtia præmia evolavit in noſtro Conventu Tirani anno 1630. magno ſui deſiderio totis illis Regionibus relicto; illiuſque exequię ob Populi devotionem ſolemnes extiterunt. Vide de Piſè ad annum datum.

IGNATIVS DE COMBIS, Patria Rheginus in Calabria, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Theologus, nec non in Poeticis Facultatibus valdè eruditus; Scripſit italicè, & evulgavit Poema ſacrum, & heroicum de S. Maria Magdalena in 20. libros diſtributum ſub hoc Titulo:

*La Maddalena liberata*. Ad Illuſtriſſimum D. D. Ioſephum Francopertam Conſoliti Principem. Venetiis apud Paulum Balleonium anno 1673. in 8.

*La Lira ſacra di varie corde Poetiche ordinata in due claſſi*.

IGNATIVS REINPHELDENSIS, natione Suevus, Provinciæ anterioris Auſtriæ Concionator; vir doctrina, & religioſis virtutibus admodum commendatus; qui in Miſſionibus Apoſtolicis Paleſtinæ apud Infideles, & Helvetiæ apud Hæreticos pro Chriſtianæ, & Orthodoxæ Religionis promotione, & à via ſalutis errantium reductione, per plures annos ſedulò laboravit; Deſcripſit, & imprimi fecit:

*Itinerarium Ieroſolymitanum cum deſcriptione omnium Miſſionum Apoſtolicarum Ordinis noſtri Capucinorum*. Friburgi Briſiſgoviæ anno 1666. in 4.

ILLVMINATVS MESSANENSIS, ejuſdem Provinciæ filius; vir inſignis doctrinæ, Theologus eximius, Concionator ſuo tempore celebris: qui in ſua Provincia omnes Prælationis gradus aſcendit, & Commiſſarii, ac Viſitatoris Generalis in Regnis Caſtellæ munus fideliſſimè magno cum virtutum ejus encomio ſubivit. Edidit:

*Orationem de Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione, quam habuit Romæ anno 1618. coram Sanctiſſimo, ac Beatiſſimo Papa Paulo V. nec non ad Eminentiſſimos Cardinales, omneſque S. R. E. Præſules*.

ILLVMINATVS DE ODDIS, natione Siculus, Patria de Colliſano Provinciæ Meſſanenſis; vir doctrinæ præſtantia ſatis notus: qui in noſtro Meſſanenſi Conventu per plurium annorum ſeriem Ariſtotelem feliciter expoſuit, & Doctorem Subtilem fideliter eſt interpretatus; Scripſit magno ſtudio, & ingenii acumine:

*Integrum Curſum Philoſophicum ad mentem Scoti, in quo Subtilis Doctoris doctrina declaratur, defenditur,*

*tur, & roboratur*. Prodiit Panormi ex Typographia Petri de Iſola anno 1664. & 1665. Tom.4. in 4. Edidit etiam Italicè Opuſculum ſub Titulo:

*La vera pace del cuore*. Meſſanæ apud de Amico 1676. in 12.

ILLVMINATVS A PANORMO Siculus, ejuſdem Provinciæ Diffinitor, Sacræ Theologiæ Profeſſor; vir cui, præter eruditionem, & doctrinam, ac varia munia in Religionis regimine, integritas morum, ac vitæ innocentia, non parum ornamenti attulerunt; Scripſit plura Theologica, eaque prælo digniſſima, ſicut habemus ex relatis, ejuſdem Provinciæ; ſolùm huic Bibliothecæ damus:

*Compendium Annalium Cardinalis Baronii cum Adnotationibus, & gloſſis*. Servatur M.S. in Conventu noſtro Panormitano.

INNOCENTIVS DE LA NEVFVILLE, natione Gallus, Provinciæ Campaniæ alumnus, Concionator varia tum ſacra, tum profana perpolitus eruditione; Scripſit Opus in quatuor partes diſtributum appoſito Lemmate:

*Symbolica Prælati Generalis Idea Reverendiſſimo P. Bernardo à Portu-Mauritio Ordinis FF. Minorum Capucinorũ Generali Miniſtro oblata*. Tom. 1. in fol. & habetur M. S. in noſtro Conventu Genuenſi.

IOACHIMVS BANZIVS, natione Italus, Patria Bononienſis, ejuſdem Provinciæ eloquens, eruditus, ac præclari nominis Concionator; vir tam generis nobilitate, quàm morum gravitate, veneranda auctoritate, ſolido judicio, prudentia in agendis, ac ſermonis ſuavitate commendatus: qui etiam ſuam Provinciam non modica ſapientiæ, ac benignitatis laude prudenter adminiſtravit; Edidit Concionem in laudem B. Catharinæ Virginis Bononienſis Ordinis Sanctæ Claræ ſub hoc Titulo:

*La Patria ſpatriata, ab eo habitam in inſigni Eccleſia S. Petronii anno 1665. die 9. Martii in feſto ejuſdem Beatæ, cùm occurreret eodem die Evangelium*: Nemo Propheta acceptus eſt in Patria ſua. Bononiæ apud Io. Baptiſtam Ferronium anno 1665.

IOACHIMVS DE MONTEFALISCO Italus, Provinciæ Romanæ Concionator, Scripſit Italicè:

*Vita di Santa Margarita Vergine, e Martire*. Tom. 1. in 8.

IOANNES AB ALBINTIMELIO, natione Ligur, vir vitæ ſanctitate, ac evangelica prędicatione ſublimis, doctrina, prudentia, necnon totius Regularis obſervantiæ zelo excellens: qui ſæpiùs inter Romanę, ac Genuĕſis Provincię Patres cooptatus, eaſdem quoque ſub Vicarii Provincialis titulo per ſexennium, & ampliùs ſanctiſſimè gubernavit. Scripſit Italicè librum:

*De ſeptem Tribulationibus Ordinis S. Franciſci, latinè primùm deſcriptis à R.P. Angelo à Cingulo, aliis à Clavaſio, & ab eodem decerptis ex Originali M.S. ipſius P. Angeli, quod aſſervatur in Conventu FF. Minorum de Obſervantia loci Clavari Provinciæ Genuenſis, ab anno 1521. die 24. Iulii*. Plenus dierum, ac merito-

ritorum, in omni candore innocentiæ in Religione Seraphica inter RR. PP. Regularis Obſervantię, & Capucinos Domino famulatus, in divinis laudibus, & Crucifici amplexibus animam exhalavit in noſtro Cęnobio S. Barnabæ, dum ibi eſſet Gardianus anno 1650. De eo meminit Boverius Tom. 1. Annal. ad annum 1543.

IOANNES DE ANTIQVERA, natione Hiſpanus, Provinciæ Andaluſiæ alumnus; vir doctus, Concionator eruditus, Theologus profundus, & in Sacris Scripturis valdè ſtudioſus; Elaboravit, ac typis ſubmiſit:

*Commentaria Moralia ſuper Ionam Prophetam*. Tom. 3. in fol. Ita Torreçilla lib. de Excellentia Seraphicę Religionis Matriti impreſſo; ubi de Scriptoribus Capucinis.

IOANNES BELLOTVS à Romano, natione Bergomenſis, Provinciæ Brixienſis Concionator, Miſſionarius Apoſtolicus in Regionibus Congi, Angolæ, & Braxilię, in quibus per plures annos in Fide Catholica diſſeminanda laboravit, & indefeſſus Evangelii ſancti operator, multas Infidelium myriades ad Fidem, ac Baptiſmum Chriſti convertit. Aliqua compoſuit Opera, eaque ſaluti animarum utiliſſima; & ſunt:

*Elettuario al peccatore &c.* Poſtea ſub Titulo: *Tromba ſonora al peccatore con figure terribili, & ardenti eſclamationi.* Volumen hoc impreſſum fuit Venetiis anno 1668. ſub nomine cujuſdam ſervi Dei.

*Avuertimenti neceſſarii a' Miſſionarii Apoſtolici*. Hunc librum dicavit Sacrę Congregationi de Propaganda fide.

*Le Apoſtoliche giornate, nelle quali rappreſenta parte delle ſue fatiche nelle Miſſioni ſoſtenute a beneficio delle anime de' Negri Infedeli*. Omnia iſta Idiomate Italico. Latinè verò edidit Tom. 3. in 4. ſuper tria Cantica Evangelica, ſcilicet: *Magnificat, Benedictus, & Nunc dimittis* ſub Titulo:

*Canticorum Evangelicorum &c.* Additur in fine aliud Opuſculum inſcriptum:

*Decachordum Beatiſſimæ Virginis*.

IOANNES BRIXIENSIS, ejuſdem Provincię Concionator; vir maximę humilitatis, aſſiduæ orationis, ac miræ abſtinentię: cujus vita eximia una concio fuit ſanctitatis, & innocentiæ: cujus pręcordia divini amoris incendio ſemper, & ubique ardebant; pręſertim in concionando, quo tempore ſacrum hunc ignem pectore clauſum continere non valens, tanquam è camino flamma ex ejus ore erumpens, auditorum cordis intima penetrabat, quę in lacrymas ad peccatorum deteſtationem, diuinamque dilectionem, diſſolvebantur. Scripſit Latinè, & Italicè:

*Volumen Orationum Iaculatoriarum ad excitandum in ſe divinum amorem*, quo precandi genere ille familiariter utebatur. Fuerunt impreſſæ pluriès Brixię, Bergomi, & Bononię ſub nomine cujuſdam Religioſi ſervi Dei. Multa fecit, tulitque acerba pro ſalute animarum, meri-

tiſ-

tiſque cumulatus feliciſſimè decubuit Brixię anno 1632.

IOANNES BVRDIGALENSIS Gallus, Provincię Turonię alūnus; vir doctrina, & eruditione decoratus: qui Concionatoris Evangelici, Sacræ Theologiæ, & linguæ Hebraicæ explicandæ munere in ſua Provincia inſignitus, utrunque non vulgari profundi ingenii laude, ac animarum lucro, fideliſſimèque adminiſtravit; Scripſit, & evulgavit:

*Synopſim Inſtitutionum Hebraicarum*. Pariſiis apud Maturinum, & Ioannem Henault anno 1646. De eo meminit Vvaddingus ut ſupra.

IOANNES COMPOSTELLANVS Hiſpanus, Provinciæ Bæticę alumnus, Magiſter Novitiorum, & vir altiſſimę contemplationis; Scripſit Tractatum, ſive Opuſculum:

*De arte moriendi*, qui poſt illius mortem exiit poſthumus.

IOANNES A' COPRANO, Provincię Rhegii Concionator, ac Diffinitor; vir morum ſanctitate, ac doctrinę præſtantia celebris: qui per plures annos Philoſophicas, ac Theologicas Diſciplinas Noſtris expoſuit, & præcipua Religionis munera in ſua Provincia exercuit; Edidit Italicè:

*La Calabria illuſtrata*. Tom. 3. in fol. dedicata al Re di Spagna.

*La Sacra Baſilica Lateranenſe cadente ſoſtentata dalle ſpalle Franciſcane*. Tom. 1. in fol.

*Prediche Quareſimali*. Tom. 2.

*Prediche per tutte le Domeniche dell' anno*. Tom. 3.

*Plauſū Doctrinæ Seraphicæ Illuſtrium Scriptorum ſubſcriptionibus conclamatum*. Tom. 1. in fol.

*In Divum Bonaventuram Commentaria*. Tom. 2. in fol.

*Curſum Philoſophicum*. Tom. 3. in fol.

IOANNES DE DEFONT, Gallus, Provinciæ Normannię Concionator; vir doctus, ac ſcientiis ferè omnibus ornatus; Scripſit latinè Opus, cujus Titulus eſt:

*Scientia Principis Chriſtianiſſimi* libri 10.

IOANNES ERGHOSTEMVS Germanus, Patria ex Beuren, Diffinitor Provinciæ Auſtrię Anterioris; vir pietate, ac religioſis moribus illuſtris; Edidit:

*Exercitia pro Novitiis Capucinorum*. Tom. 1. in 8. Obiit 1633.

IOANNES A' FANO, natione Picenus, natus ex illuſtri Piliorum Familia, Provinciæ Marchiæ alumnus; vir egregia indole, præſtanti forma, alta naturæ vi, ac animi magnitudine præditus. Hic in ipſo adoleſcentiæ flore temporalis generis nobilitate contempta, mundique illecebris nobiliori animo calcatis, divinam ſibi in Fratrum Minorum Obſervantium Familia ſervitutem elegit: in qua prę ingenii excellentia in Theologicis Facultatibus, ac concionandi munere maximam laudem adeptus, illuſtris ſuo tempore Theologus, ac divini verbi Declamator evaſit; cùmque ſingulari prudentia, ac in gerendis negotiis gravi dexteritate polleret, ſępè Diffinitoris, ac Miniſtri Provincialis dignitatibus effulſit, & naſcenti tunc noſtrę Congre-

gre-

gregationi extitit acerrimus impugnator. Superno tamen aliquando lumine illuſtratus, de repentè mutatus, in illa aſcribi voluit, & admirabilem illicò vitę rationem inſtituens, locum pauperrimum, ac ab omni humano conſortio remotum obtinuit; ibique hiſpido, ac viliſſimo habitu indutus, in jejuniis, lacrymis, & orationibus novę vitę Tyrocinium agēs, magna poſteà cum ſanctimonię fama illam feliciſſimè concluſit. Multa ſcripſit, attamen ſolùm typis extare videmus:

*Commentaria in Regulam Fratrum Minorum*. Romæ 1589. & 1635.

*Tractatum de Paupertate FF. Minorum, in quo agitur de recurſu ad pecuniam, & ad Miniſtros pro ſpirituali Regulæ obſervantia*. Romæ 1555. & Antuerpiæ 1589.

*Contra Lutheri deliramenta libri* 2. Romæ 1535. & Antuerpiæ 1538.

*Artem unionis cum Deo conſequēdæ per triplicem viam ſpiritus*, nempè *per purgativam, illuminativam, & unitivam*. Brixiæ anno 1565. & alibi multotiès.

*Hiſtoriam de Sancto Ioſeph, & de ejus interceſſione*, quæ citatur à Piſtorienſi Corona 3. cap. 53. pag. 706.

*Dialogum ſalutis Italicè ab eo conſcriptum inter Fratrem ſtimulatum, & Fratrem rationabilem circa Regulam FF. Minorum adverſus Capucinos*. Anconæ apud Bernardum Vercellēſem anno 1527. Hoc Opuſculum aperto calamo fuit ab eo retractatum, cujus etiam illum poſteà tantoperè pęnituit, ut ſæpiùs dicere ſolitus eſſet, niſi libellum illum publicè palinodia decantaſſet, penitùs de ſua ſalute illi fore deſperandum, nec unquam coram Deo ſe ſatisfacturum niſi ſeipſum eidem Capucinorum Reformationi animo, & corpore conſecraſſet, atque integra ſui deditione tot impietatis faſciculos diſſolviſſet. Senio confectus ad vitæ coronam evocatus eſt in Civitate Durantii, dum ibi quadrageſimalis prædicationis operi inſudaret anno 1539. ætatis ſuæ ſeptuageſimo. Ejus geſta diffusè deſcribuntur à Boverio Tom. 1. Annal. Capucinorum, & de illo agunt Marcus Vlyſſiponenſis part. 3. Chron. Fratrum Min. lib. 11. cap. 15. Gonzaga in Hiſtor. Seraph. Relig. part. 2. Toſſinianus in Hiſt. Seraph. lib. 1. & 2. Vvillotus in Athenis Orthodoxis Verb. Ioannes. Rapinæus in Hiſt. Recollectorum Decade 6. §. 11. Gravina in voce Turturis lib. 2. Poſſevinus in Apparatu Sacro litt. I. Vvaddingus de Scriptor. Ordin. Minorum. Elias Tom 2. Legat. Eccleſiæ Triumphantis in Indice Auctorum, & Martyrologium Franciſcanum tertio nonas Martii.

IOANNES FASSATIVS, Patria Mediolanenſis, vir clarus ingenio, doctrina ſublimis, & ſpiritu laboriorum in Dei verbo declamando ſuo tempore facilè princeps: qui, ex Sacro FF. Prædicatorum Ordine ad noſtrum aſſumptus, in Mediolanenſi Provincia Provincialis Miniſtri dignitate ſæpiùs inſignitus, maxima prudentiæ, ac ſanctitatis fama illam

eſt moderatus, & Evangelici Patris nomen ſibi comparavit. Aliqua ferunt ſcripſiſſe Opuſcula, inter quæ ſunt duo M. S. quæ vidimus; ſcilicet:

*Quæſtiones aliquæ in Regulam Fratrum Minorum.* &

*Tractatus de Oratione, & Meditatione.* Obiit ſanctiſſimè Mediolani inter Crucifixi amplexus divinas laudes decantãdo anno ſalutis 1565. ſexto Kal. Martii. Ejus vita deſcribitur à Boverio Tom. 1. Annalium Capucinorum.

IOANNES A' FOROSEMPRONIO, natione Picenus, Provinciæ Genuenſis, in qua fuit aggregatus, pluriès Diffinitor; vir piiſſimus, moribus compoſitus, & probatiſſimæ vitæ exemplis venerandus; Scripſit Italicè:

*Tractatum de tota vita, & paſſione Domini noſtri IESV Chriſti ad formam Meditationum in 8.*

*Tractatum de Caſibus reſervatis, & aliis rebus moralibus.* Latinè:

*Paraphraſes ſuper Pſalmos.* Latinè in 8.

*Tractatum de libro vitæ, de Beatitudine, de Angelis, & de Dœmonibus* Latinè in 8.

*Tractatum de Ventis, & metheoris in* 8.

*De tribus mundi partibus in* 8.

*De admirabili, & divina hominis ſtructura.*

*Compendium de mundi theatro Abrahami Ortelii.* Omnia iſta Opuſcula aſſervantur M. S. in noſtra Bibliotheca Genuenſi Conventus Immaculatæ Conceptionis, in quo ille piiſſimè deceſſit anno 1646. ætatis ſuæ ſeptuageſimo primo.

IOANNES GVBITOSA, natione Italus, Patria à Caſtroneto in Provincia Hydruntina; vir doctus, Theologus, & Concionator eruditus; evulgavit Italicè librum Concionum; ſcilicet:

*Avuento, Novena, e Diſcorſi de' Santi per il medeſimo tempo.* Neapoli apud Hyacinthum Paſſerum anno 1668. Tom: 1. in 4. Edidit etiam:

*Tre Novene per la Natività del Signore.* Tom. 1.

*Prediche Quareſimali.* Tom. 1.

*Panegirici Sacri.* Tom. 1.

*Prediche della Paſſione del Signore.* Tom. 1.

*Prediche dell' Immacolata Concettione.* Tom. 1.

*Sermoni del Santiſſimo Sacramento.* Tom. 1.

*Sermoni delle Anime del Purgatorio.* Tom. 1.

*Sermoni delli 4. Noviſſimi.* Tom. 1.

*Vita di Santa Margarita Regina di Scotia.* Tom. 1.

*I Trionfi del Divino amore.* Tom. 1.

IOANNES MORIVNDVS, natione Pedemontanus, Patria à Montecalerio; vir doctrina inſignis, prudentia excellens, in negotiis pertractandis ſummus, Principibus carus, à quibus ad difficilliora peragenda non ſemel fuit vocatus: cujus etiã in dicendo gravitas, in judicando maturitas, morum compoſita natura, ſapientiæ candor, & animi ingenuitas, non ſolùm variis in Religione dignitatum honoribus dignum

fe-

fecerunt; verumetiàm ad Generalatus apicem in Comitiis Romæ habitis anno 1637. feliciſſimè ſuſtulerunt. Scripſit Italicè, & evulgavit Volumen Sermonum in fol. ſub Titulo:

*Memoriale a' Prelati &c.* In quo habentur Conciones ad Prę̃latos Regulares pro ſpirituali profectu ſuorum ſubditorum. Prodiit Taurini anno 1654. apud Heredes Ioannis Dominici Tarini. Tom. 1. in fol. Scripſit etiam:

*Epiſtolam eruditiſſimam ad noſtrę Religionis Fratres, quæ habetur in principio primi Tomi Annalium. Boverii in verſione Italica P. Benedicti à S. Benedicto Mediolanenſi.*

*Epiſtolam Paſtoralem ad Univerſos noſtræ Religionis Fratres, in qua eos ad obſervantiam Seraphicæ Regulæ adhortatur.* Laureti anno 1641.

*Epiſtolam aliam Dedicatoriam ad Eminentiſs. S. R. E. Cardinalem Antonium Barberinum:* quæ habetur in principio ſecundi Tomi Annalium Zachariæ Boverii.

*Chorographicam deſcriptionem Provinciarum, & Conventuum Inſtituti Capucinorum.* Romæ 1643. & iterùm Taurini 1649. ex Roſſotto lib. de Script. Pedemont. qui dicit eum obiiſſe in Conventu ſuæ Patriæ anno 1654. ætatis ſuæ 76. relictis feliciſſimi ſui ſpiritus, & Religioſæ vitæ monumentis æternis. De eo meminit Vvaddingus de Scriptoribus Ord. Minorum.

IOANNES ROMÆVS, natione Italus, Patria à Terranova, Provinciæ Rheginæ alumnus. Hic in ipſis primordiis naſcentis Reformationis Capucinorum ex Minorum de Obſervantia Inſtituto ad ipſos accedens, in ea, veluti cedrus Libani in domo Domini plantata, ita profundas in virtute radices egit, atque in tantam excrevit propaginem, ut cunctis regularis diſciplinæ, ac ſanctioris perfectionis forma præeſſet. Fuit in prędicatione evangelica divino ſpiritu imbutus; &, ſicuti honoris Dei, & ſalutis animarum zelo fervidiſſimus erat, ſic tanta Populos vi commovebat, quòd omnes ad pęnitentiæ lacrymas, atque ſingultus propelleret: neque ullus tam fero, ac ferreo animo præditus erat, qui, eo audito, ſibi à vitiis abſtinendum fore non ſtatueret. Catholicæ quoque Fidei fuit validus propugnator, Sectariosque verbo, & ſcripto palàm exagitavit, eo præſertim tempore, quo nonnullæ Italiæ Vrbes hęreſis venenum ebiberant; eaque ratione à Sacra Eminentiſſimorum Inquiſitorũ Congregatione egregias laudes ſępiſſimè eſt conſecutus. Multa ſcripſit Opuſcula, quæ edax tempus nobis ſubripuit; ſolùm damus:

*Tractatum de recta in Deum Fide.* Venetiis 1566. &

*Hiſtoriam de Origine, & progreſſu noſtræ Congregationis in Provincia Piceni, & Calabriæ, quam continuavit uſque ad annum* 1571. illamque dedicavit Eminentiſſimo Iulio Sanctorio Cardinali Sanctę Severinę nuncupato tunc Ordinis noſtri Protectori. Clarus miraculis, & prophe-

tico ſpiritu donatus in Conventu Galatri migravit ad Dominum anno reparatæ ſalutis 1573. ætatis ſuæ 70. Ejus vita recenſetur à Boverio Tomo 1. Annal. ad annum prædictum, & de eo meminit Gualterius.

IOANNES DE SANCTO IACOBO, natione Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ filius; vir doctus, & Concionator valdè pius, qui in Regno Congi, & Angolæ per plures annos Miſſionarii Apoſtolici munus egit. Scripſit Hiſpanicè librum, cujus Titulus eſt:

*Recuerdo de Dormidos, y ſoccorſo de Agonizantes*. Eſt impreſſus Matriti apud Melchiorem Sanchez anno 1672. Deſcripſit pariter eodem ſermone:

*La Relaçion de la Miſſion de los Frailes Capuchinos al Congo, y de los fructus, que ali ſe hazian*. Ibidem 1670.

IOANNES DE SESTOLA, natione Italus, Provinciæ Bononienſis Diffinitor, Sereniſſimæ Claudiæ Medices Archiduciſſę Auſtriæ Confeſſarius, & à ſacris Concionibus; vir doctrina, vitæ integritate, ſpiritus fervore, ac plurimis aliis evangelicis virtutibus inſignitus; Scripſit ſermone Italico:

*Vitam A. R. P. Ioannis Baptiſtæ Eſtenſis Concionatoris Capucini olim Ducis Mutinæ, nec non ejus conjugis Iſabellæ filiæ Ducis Sabaudiæ*. Mutinæ apud Bartholomæum Solianũ anno 1646. Tom. 1. in 4. Scripſit etiam, & edidit:

*Inſtructionem ad benè, beatèque moriendum &c. Opus animarum curatoribus apprimè neceſſarium.* Oeniponti apud Danielem Agricolam anno 1633. Tom. 1. in 4.

*Orationem de laudibus S. Caroli Borromæi ab eo habitam Faventiæ in Eccleſia Cathedrali die 4. Novembris*, ibidem impreſſam 1627.

*Orationem S. Apollinaris Epiſcopi, & Martyris Civitatis Ravennæ Protectoris*. Ravennæ anno 1635. De hoc piiſſimo viro meminit Vvaddingus lib. de Scriptor. Ord. Minorum.

IOANNES A SYDERNO, natione Italus, Provinciæ Rhegii in Calabria alumnus, vir doctus, & eruditus, Sacræ Theologiæ Profeſſor ingenuus, ac Concionator eloquenti nomine clarus: qui eandem ſuam Provinciam ſub Miniſtri Provincialis munere gubernavit; Evulgavit Latinè Opus, quod inſcripſit:

*Directorium Theologicum*, ſive, *Apologia contra errores hæreticales Armenorum*. Prodiit Meſſanæ apud Heredes Petri Breę anno 1645. De eo ſcribit Vvaddingus, ut ſupra.

IOANNES ZVAZE, natione Hiſpanus, Patria à Metymna Campeſtri, quæ eſt præclarum Oppidum Hiſpaniæ, & Regni Caſtellæ Emporium. Hic nobiliſſimo ſanguine ſatus, à pueritia in benedictionibus dulcedinis ſuaviter à Deo pręventus, non ad mondanas, ſed ad cœleſtes delitias aſpirans, habitum FF. Minorum ſuſcepit, & in Conventu Valliſoletano apud Patres de Obſervantia profeſſionem emiſit; ſed zelo ſtrictioris diſciplinæ inflammatus, ad Monaſterium Reformatorum in eadem

Pro-

Provincia ſe contulit, ubi ſex annis vitam penitùs cœlicam duxit: inde, ut ad altiorem perfectionis gradum pertingeret, ex Provincia Conceptionis tranſiit ad Provinciam Sancti Gabrielis Excalceatorum, ac tandem in Italiam profectus, Deo ſic revelante, anno 1539. noſtrum Capucinorum Inſtitutum amplectitur. Poſteà in Provinciam Tuſciæ miſſus, in Conventu Montiſpolitiani totus ſe ſolitudini, ſilentio, jejuniis, lacrymis, ac divinis meditationibus addicens, in Deum ſemper mente, & animo elevatus, Angelicæ potius, quàm humanæ vitæ rationem inſtituit. Demum anno 1550. accepta à F. Bernardino Aſtenſe tunc Ordinis Generali licentia, ac benedictione, mare transfretavit, unà cum F. Ioanne Appulo laico vitæ ſanctimonia claro, totaq; Terra Sancta perluſtrata, Memphin, ſeu Cairum profectus eſt. Ibi maximo ſpiritus fervore, Fidei zelo, ac animi libertate, Chriſti nomine, ac Fide enunciatis, ſimul cum ſocio comprehenſus, & flagellis cæſus, amboque ad perpetuum carcerem abſque cibo, & potu damnati, fame, & ſiti necati interjerunt anno 1551. Porrò Ioannes, cùm eſſet eximia ſanctitate celebris, juſſu, & ſub formali obedientiæ præcepto Fratris Franciſci Æſini Generalis ſcripſit:

*Plures Revelationes, quas à Chriſto accepit in noſtro Conventu Montiſpolitiani in Etruria, quæ ad Religionis ſtatum declarandum pertinent.* Habentur impreſſæ in Tom. 1. Annal. Boverii ad annos 1543. §. 30. 1544. §. 1. Agunt de illo Marcus Vlyſſipon. part. 3. Chron. FF. Minorum lib. 9. cap. 32. Baretius ibid. part. 4. lib. 2. cap. 18. Gonzaga par. 3. Orig. Seraph. Relig. Picquetus in Cathalogo viror. illuſtr. Ord. Min. ad annum 1551. Vvaddingus Tom. 1. Annal. ad annum 1248. §. 24. Marianus lib. 4. Chronic. Minor. ſtrictior. obſerv. Reform. cap. 28. Rapineus in Hiſtor. generali Recollector. Decade 7. par. 2. Daça 4. par. lib. 3. cap. 43. Salazar. lib. 2. Chronic. Minor. Provinc. Caſtellæ cap. 12. Marieta lib. 17. Hiſtor. Eccleſiaſticę SS. Hiſp. cap. 31. Molez in memoriali Provinc. S. Gabrielis; & fuſiùs omnibus Boverius Tom. 1. Annal. ad annos 1539. & 1551. ex pluribus M. S. Hinc corrigendus eſt Goſſancourt Tom. 2. Martyrol. Equitum Melitenſium fol. 234. qui illum vocat Ioannem Suarez, & obiiſſe ſcribit Alexandriæ.

IOANNES ANTONIVS A MONTECVCVLO, natione Italus, alumnus Provinciæ Bononienſis. Hic auctoritate Sacræ Congregationis de Propagandafide in Regnũ Congi, & *Matambæ Miſſionarius* profectus, magna virtutum omnium documenta, ac pręcipuè tolerantiæ longa navigatione reliquit. Plures annos apud illos Barbaros Populos verſatus eſt, ibique magno charitatis ardore, quà catechizando, quà pueros docendo, Chriſtianam Fidem, divinum honorem, & illorũ mortalium ſalutem provexit. A Superioribus in Italiam revocatus, deceſſit Genuæ anno 1678. Deſcripſit iter ſuum ad Regnum Congi, & compilavit:

*Hi-*

*Hiſtoricam Deſcriptionem Æthiopiæ Occidentalis.* Tom. 1. in fol. quam P. Fortunatus à Bononia puriori ſtylo, ac ordinatiori methodo ad meliorem formam redegit. Bononię anno 1687. apud Iacobum Montium.

IOANNES AVGVSTINVS OLDOINVS à Spedia, Provincię Genuenſis Diffinitor, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor; vir ab ingenii elegantia, doctrinę varietate, multarum diſciplinarum cognitione, ac morum probitate in eadem ſua Provincia valdè commendatus: qui gratus Populo, ac eloquens Concionator, verbum Dei ex ambone faciens, non vulgarem ſibi famam, & laudem comparavit; Tranſtulit ex Gallico in Italicum Idioma, & typis dedit librum, cujus Titulus eſt:

*La Filoſofia Criſtiana*, overo *Perſuaſion: Potenti per diſpregiare la vita.* Genuæ apud Io: Baptiſtam, & Antoniū Mariā Scionici anno 1690. Tom. 1. in 4. Habet paratum pro prælo aliud Opuſculum ex Gallico itidem in Italicum verſum Idioma, quod inſcribitur:

*Specchio della vanità delle Donne Mondane*, à Patre Ludovico Boviniacenſi Capucino compoſitum.

IOANNES BAPTISTA ABRINCENSIS, natione Gallus, Provinciæ Turoniæ alumnus; vir ſua ætate doctrina inſignis. Hic, cùm in ipſa adoleſcentia linguam Græcam perfectè didiciſſet, Romæ degens, atque ob ſingularis ingenii ejus famam Clementi VIII. Pontifici Maximo notus, ab eo factus Cenſor librorum Græcorum Bibliothecæ Vaticanæ, inter domeſticos ejuſdem Summi Pontificis fuit recenſitus. Divino tamen ſpiritu afflatus, Eccleſiaſticis dignitatibus ſpretis, in quarum ſpem propter Clementis in eum benevolentiam poterat aſſurgere; omniaque terrena faſtidiens, annuente Papa in Galliam reverſus, Pariſiis inter Capucinos adſcribi voluit. Ejus vita in Religione fuit peculiari virtutum varietate decorata, & præcipuè maximo charitatis zelo erga animas Chriſti ſanguine redemptas exarſit. Decem annos in Miſſione Pictavienſi conſumpſit, quo tempore quotidie privatim, ac palam convincens Hæreticorum Miniſtros, & omninò à ſomno, & cibo abſtinens, quando animarum ſalus ejus opem expoſcebat, eum ſeptem millia Sectariorum ad gremium Romanæ Eccleſiæ reduxiſſe ex fideli cathalogo conſtat. Plures alios Hæreticos magni nominis, quos nemo priùs in caulas Eccleſiæ inducere potuit, gratia præcipui ſermonis, qua pollebat, ab eorum erroribus revocavit: in quorum numero recenſentur Dux Trimolius, & Illuſtris Matrona mater Epiſcopi Pictavienſis, qui de ejus ſalute ſolicitus, fruſtrà in ipſius converſione omnem ſuam induſtriam contulerat. Sanctiſſimę Euchariſtiæ fuit acerrimus propugnator, ſacrumque ejus cultum in Gallia, præcipuè in Vrbe Turonenſi mirificè propagavit: fuit etiam in reconciliandis animis odio percitis ſpeciali gratia præditus, ſoloque aſpectu dura corda frangebat, & ad amorem tacitus emolliebat. Vnde veteres inimicitias extinxit, quibus ſedandis ne-

nemo prius modum invenire potuerat. Plura ſcripſiſſe contra Hæreticos ex relatis habemus, & ſignanter:

*Libros duos Controverſiarum de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, de Primatu Summi Pontificis, & aliis materiis ad Fidem ſpectantibus; qui tamen propter immaturam Auctoris mortem non fuerunt impreſſi.* Obiit in noſtro Conventu Partheniaci anno 1629. eique pia ſuffragia in debitum gratitudinis à pluribus Galliæ Civitatibus publicè, ac ſolemniter fuerunt exhibita, & ipſius merita in vita, & in morte nonnullis prodigiis fuerunt à Deo manifeſtata. Vide Tom. 3. Annalium Capucinorum ad annum 1629. §. 72. pag. 773.

IOANNES BAPTISTA ANDEGAVENSIS, natione Gallus, Provinciæ Turoniæ Concionator. Hic, cùm eſſet in ipſo juventutis flore proper inſignem ejus doctrinam Senatoria Toga decoratus, omnibuſque rebus, quæ in ſæculo hominem beare poſſunt, afflueret, laſcivienſq; juventus, nobilitas ſanguinis, opes, egregia forma, eloquiis, geſtuſque lepos, ſodalium amor eſſent tanquam validi nexus, quibus eum mundus ſuo obſequio obſtringere nitebatur; ab omnibus tamen ſe validè expediens, ad Religionis ſinum evolavit anno ætatis ſuæ 19. In omni virtutum palęſtra primos Religionis annos feliciſſimè tranſegit; indèque poſt Theologica ſtudia in Lectorem illius ſacræ ſcientiæ fuit inauguratus. Ejus ſchola illuſtrium virorum Galliæ Seminarium extitit. Provinciales enim, Diffinitores, Lectores eruditi, famoſi Concionatores, aliique homines pietate conſpicui hinc emerſerunt; tantaque erat opinio concepta de ejus doctrinę eminentia, & vitæ illius ſanctitate, ut ad conciliandam alicui probi, & docti hominis famam, talem ejus diſcipulum fuiſſe dicere, ſatis eſſet. Multa ferunt præclariſſima ſcripſiſſe:

*De Sacra Theologia, & ad alias ſacras ſcientias ſpectantia, quæ immatura morte præventus limare, & typis dare nequivit.* Conſervantur tamen M. S. in Provincia Turoniæ in noſtro Conventu Pictavienſi, ubi è vivis exceſſit anno 1620. ętatis ſuę 38. ejuſque mors fletus ex omnium oculis elicuit, qui ſuis lacrymis fatum hoc immaturum in deplorandum illius Provinciæ cedere detrimentum oſtendebant. Ejus geſta recenſentur à Matiſconenſi Tom. 3. Annalium ad annum prædictum.

IOANNES BAPTISTA CANTONVS, natione Italus, Patria Mediolanenſis, in eadem Provincia prædicationis munere ſatis clarus; qui magna etiam cum doctrinæ, ac profundioris ingenii fama Sacram Theologiam pluribus annis Noſtris expoſuit; & ob ſingularem ejus in rebus agendis prudentiam ad Provincialatus munus, & dignitatem aſſumptus, non minori ſolicitudine, ac regularis obſervantiæ zelo illam decoravit. Scripſit:

*Declarationem omnium Myſteriorum, quæ continentur in Sacroſancto Miſſæ Sacrificio.* Mediolani anno 1642. De eo meminit Vvaddingus de Scriptor. Ordin. Minor.

IOAN-

**IOANNES BAPTISTA DE CASSALET**, natione Gallus, Patria Murmuracenſis; Provinciæ S. Ludovici Concionator; vir in divinis, humaniſque litteris eruditus, ac non vulgaris notæ Theologus; Scripſit Gallico Idiomate Volumen Hiſtoricum, cujus Titulus eſt:

*Les Heureux Augures du Triomphe de Lovis XIV. Roy de France, e de Navarre ſour tous les Roys du Monde, où l'on voit les noms des Patriarches, des Roys, & des Monarques, qui ont donnè commencement aux ſept aages, & aux quatre Monarchies du monde, enfermez avec les noms de leurs Royaumes dans ſon auguſte nom; e les veritablez images d'Anne d'Auſtriche, de Marie Tereſe d'Auſtriche Reyenes de France, & de Navarre, & de Monſeigneur le Dauphin avec un abregè de l'Hiſtoire generale du monde.* Imprimè à Paris chez Gilles Temperre anno 1665. Tom. 1. in fol.

**IOANNES BAPTISTA ESTENSIS**, olim Alphonſus III. Dux Mutinæ, Cęſaris Eſtenſis, & Virginię Mediceę filius; vir noſtro ęvo toti Orbi notiſſimus. Hic defunctâ Iſabella Sabaudię ejus piiſſima uxore anno 1629. ętatis ſuę 38. ſceptro, mundo, regalibus delitiis ultrò relictis, terreniſque omnibus contemptis, divino amore perculſus, inter Seraphici S. P. Franciſci filios annumerari voluit, pauperumque Capucinorum habitum ſuſcepit in Conventu Merani Provinciæ Tirolenſis die 8. Septembris. Totus igitur Chriſto deditus, humilitatis ſpiritu renovatus, paupertate, charitate, patientia, animarum zelo, omnigenoque virtutum exercitamento factus inſignis; poſt ſpirituales nequitias devictas, mundi glorias, & Eccleſiaſticas dignitates peſſundatas, carnem rudi pęnitētia attritam, mirabilis hominibus, gratiſſimus Deo, & Angelis, anno à vocatione 15. illuſtriſſimis mūdi, & ſpiritus victoriis dives, inter Crucifixi amplexus animā Deo reddidit in noſtro Conventu Caſtrinovi per ipſum conſtructo anno 1644. die 24. Maii ætatis ſuę 53. Scripſit:

*Epiſtolas Spirituales miram ſpirantes devotionis fragrantiam, & Faſciculum ſpiritualium orationum, & precationum.*

Sepultus eſt in eodem Conventu Carfagnanæ, ejuſque ſanctitatis encomium ſatis celebrat ſequens Epitaphium illius tumulo appoſitum eo die, quo ſolemnes ei exequiæ factæ fuerunt, quod I. V. D. Carolus Bertacchius elegantiſſimè concinnavit.

D. O. M.

*Hac in Arca Sereniſſimus ille Alphonſus includitur Dux Mutinæ, Regii &c.*
*Qui ex antiquiſſima, clariſſimaque Eſtenſium*
*Proſapia ortum habuit Sereniſſimum.*
*Eſſe illa dedit, cui iſte per formam conſervari*
*Subminiſtravit*

*Tem-*

*Temporaneum, quod mutuatur, æternum, quod*
*Rependitur.*
*Sereniſſimæ Iſabellæ Sereniſſimi Caroli Emmanuelis Sabaudiæ*
*Ducis, perdigno ſe conjunxit Matrimonio.*
*Ex his Sereniſſ. Franciſcus, Opicius, Cæſar, Carolus, Alexander,*
*Rinaldus, & Philibertus, Margarita, & Anna Beatrix*
*Nati ſunt Filii.*
*Numeroſa quidem Proles; ſed magis glorioſa*
*Geſta per iſtum canit æternitas.*
*Quieſcat penna, dum volitat fama.*
*Vis fama perennis eſſe?*
*Vide iſtum Mundo deficientem.*
*Sanctiſſmi Patris Franciſci Militiæ ſe adſcripſit.*
*Quid humilius?*
*Sed felix humilitas, quæ in ſempiternas*
*Degeneras dignitates!*
*Dum Religioſa Chriſtianitas Chriſti aræ Nativitatem*
*Sublimat, Mundanis iſte parentat honoribus.*
*Dum Maria veſtit humanas ſpolias, veſtit*
*Iſte ſacratum Capucium.*
*Dum illa induit vitam, exuit iſte purpuram:*
*Evadit illa è Sacratiſſimo Annæ ventre, dum vadit*
*Iſte ſe claudere ad rigida.*
*Vis meritorum, Poſteritas, comprehendere vaſtitatem?*
*Intuere humilitatis fundamenta Capucinorum.*
*Dum Religionem in Marani Cœnobio in Tirolo ingreditur,*
*Statim profitetur Sanctiſſimo*
*Sic permittente Vrbano Octavo.*
*Ad quid inter Novitios detinendus, qui in omnibus*
*Perfectiſſimè profecerat?*
*Ioannis Baptiſtæ nomen datur in ſortem meritò:*
*Ille ante Chriſtum naſcitur, iſte cum Matre*
*Chriſto renaſcitur:*
*Ille dignus Præcurſor futurus, iſte ſequax fideliſſimus.*
*Ducatu, Imperio, liberis, cæteriſque omnibus ſpontè*
*Spoliatur Dignitatibus, quò arctam Cœli viam*
*Expeditiùs valeat ſuperare.*
*Dat, quod non licet ſemper retinere, ut illud recipiat,*
*Quod nunquam amittet: Patriam habens ſuperiùs,*
*Illuc præmittit ſubſtantiam.*
*Per annos quindecim inter ſpinoſas aſperitates*

 *Vir-*

*V..etutum omnium roſas ani ne comparavit.*
*Animo contentus, quia corpus contempſit.*
*In dies crevit amore Dei, quia proprio decrevit affectu.*
*Vitia omnia ſemper odit, quia ſanctimoniam*
*Nunquam ceſſavit amare.*
*Chriſtianum Gregem maximè adauxit,*
*Quia Hæbraiſmum diminuit.*
*Tandem felici, & optabili meritorum omnium preſſus pondere,*
*AEtatis ſuæ anno 53. inter Sacra Clauſtra, quæ ipſe fundavit*
*In Terra Caſtrinovi Carfagnanæ die 24. Maii 1644.*
*Totus in Deo; quia totus extra Mundum obiit,*
*Non obiit, abiit.*
*Non moritur, quia perpetuus eſt in Cęlis duraturus.*
*Hic EST ENSIS, qui mortis ictum non pavet.*

IOANNES BAPTISTA FAVENTINVS, natione Italus, alumnus Provinciæ Bononienſis; vir proceræ magnitudinis, ac robuſtarum virium, qui priùs ſub Vrbinatum Duce Magiſtri militię onus ſuſtinuit; deinde ſub Clemente VII. & Paulo III. Dux creatus Cohortis, plurimam in bello laudem obtinuit. Cùm vitam maximis vitiis contaminatam gereret, & avitæ virtutis obſequio penitùs alienam, omnigenæque nequitię ſordibus, quam caſtra ſolent incultis moribus affricare, eſſet infectus; Deo miſerante, cœleſti lumine perfuſus, cognoſcens ſe eſſe fœdum Diaboli mancipium, aliquando pœnis ęternis juſto Dei judicio adjudicandum, infamem vitam pertæſus, & ad pœnitentiam converſus, Religionem Capucinorum in priorum ſcelerum expiationem ſibi delegit anno ſuæ ætatis quadrageſimo, & in ea admirabilem vitæ auſteritatem inſtituens, toto illius curriculo aſperum ſemper gerens cilicium, nudis pedibus incedens, ſolo pane, & aqua corpus reficiens, diris flagellis magna cum ſanguinis effuſione carnem cędens, prolixiores in oratione vigilias traducens, omnibus veræ ſanctitatis, ac pœnitentię extitit ſimulacrum. Scripſit ad Concives ſuos Faventinos:

*Epiſtolam, in qua magno ſpiritus fervore illos invitat ad recolendam Paſſionem Domini noſtri IESV Chriſti.* Mutinæ apud Bartholomeum Solianum anno 1648. & antea Faventiæ, & Bononiæ 1603. & 1608. Diutino, ac familiari diri languoris morbo vexatus, ſenectute, ac voluntariis cruciatibus confectus, tanquam aurum igne examinatum, & probatum, die ſui obitus prædicto, placidiſſimè obdormivit in Domino anno à Partu Virginis 1562. ejuſq; vita, & geſta deſcribuntur à Boverio Tom. 1. Annalium Capucinorum ad annum datum.

IOANNES BAPTISTA HOSTIENSIS, natione Italus, Patria Ro-

Romanus, ejuſdem Provinciæ alumnus; vir doctus, ſacri eloquii Interpres, ac evangelii fervidus Declamator: qui ob ſingularem ejus prudentiam, obſervantiæ regularis zelum, morum integritatem, ac vitæ perfectionem, pluriès fuit Guardianus, & Diffinitor. In honorem Dei, Beatiſſimæ Virginis, ac omnium Sanctorum ingenium, calamumque exercitans, elaboravit Opus piiſſimum ſub Titulo:

*Flammigera, & erudita Angeli, & hominis Dialexis, in qua divinus amor, in pia utriuſque naturæ conditione, & reparatione oſtenſus mirificè declaratur, & commendatur, in quatuor Libros diſtributa*. In primo agitur de multiplici earundem Naturarum dignitate. In ſecundo de incomparabili Beatæ MARIÆ Virginis excellentia. In tertio de ſtatu Eccleſiæ Militantis; & in quarto de ſtatu Eccleſiæ Trjumphantis. Romæ apud Stephanum Paulinum anno 1634. in 4. Deſcripſit etiam Latinè:

*Vitam Beati Felicis à Cantalicio Capucini, quam dicavit Eminentiſſimo D. Fr. Antonio Barberino*. Romæ apud Bartholomeum Ciacconiũ 1641. De eo meminit Vvaddingus.

IOANNES BAPTISTA A' MONTE-FORTI, Provinciæ Neapolitanę Theologus, & Concionator eruditus, compoſuit, & typis dedit Opuſculum Italicè ſub hoc Titulo:

*Miſtica Iſtruttione fatta alla Signora D. N. N. nella quale ſi ſcuoprono i divini attratti, e le intime operationi della divina gratia*. Neapoli apud Hyacinthum Paſſerum anno 1669. in 8.

IOANNES BAPTISTA PINNARDVS, natione Italus, Patriâ à Colle-Veteri, Provincię Romanæ Concionator, ac pluriès Diffinitor; vir religioſa pietate commendatus, ac doctrinæ varietate circundatus; deſcripſit Italicè:

*Vitam Ven. Patris Franciſci de Paſſeris Bergomatis Sacerdotis Capucini in Provincia Romana ſignis, & virtutibus admirandi*. Romæ 1647. & Bergomi apud Marcum Antonium Rubeum 1649. Tom. 1. in 4. De eo meminit Vvaddingus lib. de Scriptorib. Ord. Minorum.

IOANNES BAPTISTA A' SANCTO ANIANO, natione Gallus, Provinciæ Turonenſis filius; vir promptus ingenio, & doctrina præſtans, Præfectus Miſſionum Paleſtinæ, Syriæ, & apud Maronitas: quo in munere per plurimos annos ſubſtitit, magnamque Chriſtianæ rei meſſem in Eccleſiæ horrea intulit, non ſine periculis, laboribus, ac moleſtiis. Varia ſcripſit Arabico Idiomate ad profectum illarum Nationum; & ſunt:

*Dialogi de Religionis Catholicæ Myſteriis*.

*Catechiſticę lectiones pro erudiendis Infidelibus*.

*Meditationes variæ ſpirituales pro Monialibus Maronitis ſub Regula Sanctæ Claræ*.

*Officium Beatiſſimæ Virginis lingua Syriaca, cum aliis precibus, & orationibus ad uſum earundem Monialium*.

*Regula Sanctæ Claræ cum expoſitione, & adnotationibus.*

IOANNES BAPTISTA TRAMONTANVS, natione Italus, Patria à Peruſio, Provinciæ S. Franciſci alumnus; vir verè evangelicus, Concionator eruditus, Sacræ Theologiæ ingenuus Profeſſor, religioſa morum venuſtate compoſitus, & ad Seraphicam perfectionem totus intentus; Scripſit Italicè:

*Rime diverſe Sacre, e Morali.* Romæ anno 1625.

*Vitam B. Felicis à Cantalicio Capucini.* Romæ ex Typographia Rev. Cameræ Apoſtolicę 1626. in 8. Quę poſtea in Gallicum Idioma translata, impreſſa eſt Lugduni 1628. De eo meminerunt Vvaddingus, & Ludovicus Iacobillus de Scriptoribus Vmbrię litt. I.

IOANNES BAPTISTA VERSOLIENSIS, Pedemontanę Provincię alumnus; vir Seraphicæ Regulę ſtudioſiſſimus, & regularis diſciplinę zelator integerrimus, Theologus, & Concionator valdè doctus: qui in Miſſionibus Subalpinis apoſtolico muneri deputatus, evangelicam prędicationem fervidè exercuit, & diſputationibus publicis veritates Catholicas efficaciter demonſtrando, & Pſeudodoctores falſitatis palam coarguendo, proximorum ſaluti ſolicitus incubuit, multoſque ex ſectariis ad Romanæ Eccleſiæ Fidem attraxit. Scripſit:

*Manuale Controverſiarum ad commodum, & uſum Miſſionariorum Capucinorum.* Habetur M. S. in Bibliotheca Montis-Regalis.

IOANNES EVANGELISTA ANICIENSIS Gallus, quem Provincia Lugdunenſis Concionatorem pium, ac eruditum nobis exhibet; Edidit:

*Sermones de Purgatorio* Tom. 1. Lugduni 1684.

IOANNES EVANGELISTA SYLVADVCENSIS, natione Belga, Provincię Flandrię Diffinitor, ac Guardianus Lovanienſis; vir doctrinę donis, apoſtolicę prędicationis munere; & Religioſę pietatis ornamentis in tota Religione venerabilis; Scripſit Latinè:

*Pium, utileque Opuſculum ſuper illa verba: Regnum Dei intra vos eſt.* Prodiit Lovanii apud Ioannem Meſſium anno 1637.

*Praxim exercendam ante, & poſt Communionem, & celebrationem Sacroſancti Miſſæ ſacrificii.* Ibidem apud eundem 1645. Edidit etiam Libellum omnibus verę Theologię Myſticę ſtudioſis utiliſſimum ſub hoc Titulo:

*Diviſio animæ, ac ſpiritus, ſive, Anagogicus Sponſę per caſti amoris ſcalas aſcenſus.* Lovanii anno 1646. De eo meminit Vvaddingus ubi ſupra.

IOANNES FRANCISCVS DE ANTIQVERA, natione Hiſpanus, Provincię Betię alumnus; vir pius, & perfectę vitę laude notatus; compoſuit, & typis dedit Patrio ſermone:

*Opera nonnulla Spiritualia*: eorum tamen Titulum nondum vidimus. De eo meminit Torreçilla lib. [illegible] cell. Seraph. Relig. ubi de Capuc.

IO-

IOANNES FRANCISCVS BENIGNI de Pratalbano Italus, Provinciæ Brixienſis Concionator; vir doctus, ac obſervantiæ regularis ſtudioſus; Edidit Italicè Tabulam, quam inſcripſit:

*Proſpettiva Emblemmatica di Perfettione Chriſtiana*. Mediolani apud Ioannem Baptiſtam Malateſtam.

IOANNES FRANCISCVS DE BOVRDEMARE, natione Gallus Normannus, Provinciæ Pariſienſis Sacerdos. Hic, cùm eſſet perilluſtri genere natus, poſt aliquot annos conjugii anno 1593. ętatis ſuę 27. mundo, divitiis, & honoribus valedixit, & libellum repudii dedit; &, ſicut in illo priori ſtatu vitam ab omni gravi peccato alienam duxerat, ſic in Religione Chriſti Domini veſtigia eſt ſecutus, pręcipuarumque virtutum; humilitatis, ſcilicet, obedientiæ, paupertatis, carnis mortificationis,& abſtinentię pręclara ſpecimina dedit. Animarum ſalutis fuit fervidus zelator, eaque de cauſa ad Indos Braſilienſes transfretavit; ibique illius Regionis Idiomatis perfectè peritiam adeptus, plurimos catechizando, & docendo, in Chriſto regeneravit. Ob ipſius eximiam vitę ſanctimoniam à Rege Catholico Philippo III. fuit ſummè dilectus, magnaque habitus in exiſtimatione, eumque ſępiùs ad privata colloquia benigniſſimè excepit. Scripſit:

*Relationem de Populis Braſilienſibus, & de aliis pluribus rebus ad mores, & ritus illarum Regionum ſpectantibus*. Fuit impreſſa Matriti anno 1617. Vigiliis, laboribus, ac jejuniis conſumptus, obiit Matriti anno 1618.& de eo meminit Matiſconenſis Tom. 3. Annalium ſub nomine Franciſci.

IOANNES FRANCISCVS BRIXIENSIS, ejuſdem Provinciæ alumnus; vir generis nobilitate, doctrinę elegantia, concionandi fervore, ac vitę ſanctitate illuſtris. Hic ingreſſus noſtram Religionem anno 1580. ętatis ſuæ 18. & in ea brevi tempore magno ſibi virtutum, ac gratiarum cumulo comparato, ad ſuæ Provinciæ præcipuas dignitates; ſcilicet, Guardiani, Diffinitoris, Provincialis, ac Viſitatoris Generalis iter ſibi aperuit. Præter hominis exterioris in eo elegantiam, compoſitionem, humilitatem, manſuetudinem, affabilitatem, aliaſque animæ, & corporis dotes, quas angelica ejus facies ſpirabat, ſacer,& divinus amor in ejus corde flagrabat; & ſemper inter cõcionandum ſancti amoris ſcintillæ ex ejus ore erumpentes, ejuſdem charitatis igne auditorum animos accendebant. Magnæ etiam fuit auctoritatis apud Præſules, & Magnates; & eum, ut virum ſanctum, pluribuſpue aliis titulis perilluſtrem ſuſpexerunt. Paulus à Cęſena olim totius noſtræ Religionis Miniſter Generalis, eum ſibi ultrò in Conſultorem elegit, expertuſque eſt ab eximiis virtutibus, quæ in ipſo eluceſcebant, longè rumorem, qui de ipſius doctrina, & vitæ perfectione diffundebatur, ſuperari. Charitas ejus erga proximos fuit egregia: in Fratrum regimine extitit valdè mitis, ac

be-

benignus; & eam manſuetudinem, quam priùs amplexatus fuit, nunquam dimittere voluit. De hoc itaque argumento libros admirandos conſcripſit, in quibus:

*De Regimine Regularium luculenter agit.* Opus verè aureum, quod tanti fecit Cocinus olim S. R. Rotæ Decanus, ut in reverentiæ ſignum illud ſæpiùs capiti ſuo impoſuerit. Sed & Cardinalis Bellarminus toto Orbe celeberrimus, encomio tanto Auctore digno, eoſdem libros commendavit. Edidit etiam Italicè:

*Orationem in funere Ven. P. Mathiæ Bellintani à Salodio Capucini.* Impreſſa fuit Brixiæ anno 1611. Obiit ſanctiſſimè Brixię anno 1620. deliquio cordis oppreſſus, dum ad Populum concionem haberet, illiuſque exequias magnus hominum cōcurſus piis lacrymis honoravit. Vide Tom. 3. Annal. Capucinorum ad ad annum 1620. §. 39.

IOANNES FRANCISCVS CALARITANVS, natione Sardus, in Provincia Sardiniæ Concionator magnæ doctrinæ, & Sacræ Theologiæ Profeſſor, qui ob ſingularem ejus in agendis prudentiam, & Seraphicæ Regulæ zelum pluriès Guardiani, & Diffinitoris munus exercuit. Scripſit plura Theologica, inter quę ſunt:

*De Sanctiſſimo Trinitatis Myſterio lib. 3. in folio.*

*Quæſtionum de Prædeſtinatione, de Angelis, & de Incarnatione lib. 3.*

*Quæſtionum Moralium de Sacramentis lib. 2.* Sed ob Auctoris obitum nondum ſunt impreſſi: aſſervantur tamen in noſtra Bibliotheca Conventus Calaritani.

IOANNES FRANCISCVS CARPENSIS Italus, Provinciæ Inſubriæ Theologus, ac Concionator, elaboravit, & edidit egregium Opuſculum, cujus Titulus eſt:

*Enucleatio, ſeu totius Theologiæ Compendioſa dilucidatio, continens principalia fundamenta Opinionum D. Bonaventuræ, D. Thomæ, ac Scoti.* Venetiis apud Bolium anno 1685. in 16.

IOANNES FRANCISCVS CERVTI, natione Italus, Patria à Romano, Concionator, ac Magiſter Novitiorum; vir pietate, ac doctrina admodum ſpectabilis, devoti ſpiritus Poeta, nonnulla reliquit metricæ hujus artis manuſcripta, inter quæ edidit ſolùm:

*Poema ſupra Reſponſorium Sancti Antonii de Padua.*

IOANNES FRANCISCVS A' LONDRONIO, natione Hiſpanus, Provinciæ Brixiæ alumnus. Hic ex illuſtri Comitum Londronii ſtirpe progenitus, cùm ante Religionis ingreſſum in expeditione Luſitana Tribuni Equitum ſub Catholico Rege Philippo II. munus præclarè obiiſſet, ab eo inter S. Iacobi Equites cooptatus, Cæſarei Oratoris Viennę primùm, deinde Romæ apud Pontificem officium præclariſſimè geſſit; eoque tempore ad ſublimiora pietatis ſtudia à Domino vocatus, ſpontè ſe ab eo munere abdicans, mortua conjuge, Capucinorum Ordinem ingreſſus eſt, crucisque ignominiam cunctis honoribus pręferens, plurimis

mis in Religione virtutibus, ac præcipuè maximo ſui contemptu, mentiſque humilitate refulſit. Scripſit:

*Manuale plurimarum Orationum de Paſſione Domini, & de Beatæ Virgine M. S.* Obiit Tridenti anno 1612. ſancti viri fama ſibi comparata.

IOANNES FRANCISCVS RHEMENSIS, natione Gallus, quem Pariſienſis Provincia Concionatorem eximium, prudentem, Capituli pluriès Diffinitorem, ac in Theologia Myſtica Magiſtrum magni nominis ſatis concelebrat; quemque perſonę ſpirituales ſæpiſſimè conſulebant, ut ab eo in viam ſpiritus dirigerentur. Ejus enim virtus multiplex fuit, & vita præclaris perfectionis exemplis exornata. Scripſit Gallico Idiomate libros duos, quorum Titulus eſt:

*Director Pacificus conſcientiarum in duas partes diſtributus, in quarum prima agitur:* De impedimentis, quę poſſunt reddere animas inhabiles, vel minus idoneas, & diſpoſitas ad recipiendum effectum Sacramenti Pœnitentię. *In ſecunda verò agitur:* de omni illo, quod poteſt reddere animas anxias, & inquietas in examine ſuorum peccatorum, & aſſignantur inſtructiones neceſſariæ. Pariſiis apud Samuelem Thibouſt anno 1638. & 1643. Tom. 2. in 8.

*Vera Perfectio hujus vitæ in exercitio præſentiæ Dei.* Prodiit primò Pariſiis apud Viduam Nicolai Buon anno 1646. ſecundò ibidem anno 1648. & tertiò Lugduni 1649. Felici morte ſublatus eſt anno 1658. in noſtro Conventu Pariſienſi S. Honorati, dum ſcriberet aliud Opus de rebus ſpiritualibus, quod imperfectum reliquit. De eo meminit Vvaddingus.

IOANNES FRANCISCVS ROMANVS, ejuſdem Provinciæ alumnus; vir quidem pius, Religionis, ac Fidei zelo clarus, qui Miſſionarius Apoſtolicus ad Regnum Cõgi à Sacra Congregatione de Propaganda fide deſtinatus eò ſemel & iterùm profectus eſt in ſummum illarũ Regionum bonum, deſcripſit vulgari Idiomate:

*Hiſtoriam Miſſionis FF. Capucinorum ad Regnum Congi, cum deſcriptione Geographica ejuſdem Regni, adjunctis moribus, & ritibus illius Nationis.* Romæ 1646. & Neapoli 1646. & 1647. & pluriès alibi in aliis Civitatibus. Obiit Romæ anno poſt partum Virginis 1646. animamque ſuam pro fratribus ſuis poſuit, dum in Vrbe peſte infectis magno charitatis ardore Sacramenta ſedulus adminiſtraret.

IOANNES FRANCISCVS TVRRIVS, natione Italus, Patria Lucenſis, Provinciæ Etruriæ Diffinitor, ac Vicarius Provincialis; vir clara virtutum ſobole fulgidus, ſicut etiam ſanguinis genere nobilis, divini fervidus Declamator eloquii, Regularis obſervantiæ, & omnigenę doctrinæ, ac ſapientiæ ornamentis nobilitatus; cui vita fuit Deus ſolus, & cui vivere fuit perfectionis incrementa ſemper meditari: In honorem Deiparæ Virginis, erga quã mira devotione fuit affectus, Scripſit:

*Ana-*

*Anagrammata Virginea pura prorſus omnia, & ſingula è Sacratiſſimo Angelicæ Salutationis:* Ave Maria gratia plena Dominus tecum: *Theſauro innumeris Myſteriorum Arcanis redundante, quaſi pretioſæ gemmæ deprompta.* Fuerunt impreſſa Lucæ opera, & ſtudio Illuſtriſs. D. Ioannis Turrii Auctoris ex Fratre nepotis anno 1664. apud Hyacinthum Paci, pro devotiſſimis omnium Fidelium ſuſpiriis, & in exaltationem Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis Matris Dei MARIÆ. Obiit Romæ die 16. Ianuarii anno 1665. ætatis ſuæ 73. cùm quinquageſimum ſextum annum in Religione ſumma vitæ exemplaritate explevisſet, ac celebre de ſe ſanctitatis nomen poſteris reliquit. De hujus Auctoris excellentia doctrina, & pietate præclarè meminit Hippolytus Marraccius in Pſalterio Anagrammatico pag. 24. ſequenti Elogio.

*Fr. Ioannes Franciſcus à Luca ex Familia Turri, Prædicator Capucinus, vir candidiſſimi moris, & priſcæ pietatis, iiſque omnibus virtutibus, quæ verè Religioſum hominem efficiunt, abundè dives, in exaltationem Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ Matris Dei, quam ſingulari cordis affectu venerabatur; ex iiſdem Angelicæ Salutationis verbis:* Aue MARIA gratia plena Dominus tecum: *deprompſit ſupra mille, & centum Anagrammata Virginea pura prorſùs omnia, & ſingula: &, quòd eſt valdè mirum, magna ex parte metro ligata; nempè in carmina hexametra, pentametra, & ſpondaica redacta: quæ ab Auctore ſui modeſtia tenebris damnata, vir clariſſimus Ioannes Turrius Patritius Lucenſis, ejuſdem P. Ioannis Franciſci ex Fratre nepos in publicam utilitatem, & admirationem, necnon in gloriam ejuſdem Beatiſſimæ Virginis Lucæ excudi curavit anno 1664.*

IOANNES FRANCISCVS DE VELASCO, natione Hiſpanus, Patria Hiſpalenſis, nobilibus parentibus genitus, Religionem noſtram, immò Hiſpaniam totam nobilioribus virtutum ſplendoribus illuſtravit. Hic in ipſo adoleſcentiæ flore mundum deſpiciens, Religioni Redemptionis Captivorum manus dedit; cùmque in ea vigintiſex annos tranſegiſſet, omneſque dignitates, quas ſuis alumnis Congregatio illa conferre poterat, conſecutus fuiſſet, ad ſtrictioris obſervantiæ Inſtitutum anhelans, inter Capucinos ſe totum Seraphici P. Franciſci Regulæ devovit, & in noſtro Conventu Valentiæ in ſinu Religionis exceptus fuit anno 1589. Ejus corporis maceratio fuit incredibilis, totoq; vitæ ſuæ tempore carnem vigiliis, jejuniis, ciliciis, aliiſq; aſperitatibus edomuit. Nuda humus illi pro cubili ſemper fuit, nudis pedibus abſque ſandaliis, etiam in omnibus temporis injuriis ſemper inceſſit. Quotidie totum ſuum corpus flagellabat, atque nodoſis funibus, & ſpinarum aculeis laniabat: in pavimento crebris teſtarum fragmentis ſtrato ſe ſępiùs volutabat: ſagulum fibulis ferreis, loricamque nexilibus annulis conteſtam ſemper die, no-

ćte-

ctéque nudis carnibus detulit; tantuſque pro Chriſto patiendi in illo ardor inerat, ut non ſolùm ab omnibus deſpici, contemni, & conculcari, ſed & flagellari, laniari, & in fruſtra ſcindi Deum aſſiduè exoraret. Eximius fuit, ac planè apoſtolicus verbi Dei Declamator, & penè incredibiles fuerunt fructus ejus concionum. Magna enim in dicendo libertate, atque in vitiis objurgandis efficacia præditus, divinique amoris igne totus accenſus, cęleſtia oracula è pulpito eructando, illicò integræ Communitates ad pœnitentiam convertebantur, innumeræq; animæ peccatorum mole obrutę, & in vitiorum cęno demerſæ, ad vocem loquelæ grandis ſtatim eodem charitatis igne exardebant; adeò ut præ contritione, & dolore ſcelerum commiſſorum in lacrymas, & fletus pœnitentiæ omninò difluerent. Hinc fructum concionum ejus paucis expreſſit nobilis Canonicus Alphonſus Lopez, qui in proceſſu de ejus vita nominatus, ſic dixit: *Non credo B. Paulum Apoſtolum Spiritus Sancti tubam, ac prædicationis evangelicæ Magiſtrum, plures concionando animas ad virtutum omnium ſtudium, quàm ſervus Dei Franciſcus, induxiſſe*. Ad fructum concionum hujus præclari, & apoſtolici viri pertinent plures Sodalitates, & Congregationes, quas in multis Hiſpaniæ Civitatibus inſtituit, præſertim Valentiæ, & Alonæ, in quibus Immaculatæ Conceptionis cultum mirificè, & magno animarum emolumento propagavit. Eapropter edidit:

*Regulas, & Conſtitutiones pro Congregatione præfatæ Illibatæ Conceptionis Deiparæ, quam inſtituit in Eccleſia PP. Minorum de Obſervantia*. Valentiæ anno 1610.

*Regulas, & Conſtitutiones pro Congregatione Pietatis ab eo inſtituta ad viſitandos ægros, pauperes, & afflictos, ad eorum infirmitatem, inopiam, & afflictionem ſublevandam*. Ibidem 1608.

Sanctorum operum meritis dives, ac prophetico ſpiritu clarus, à corporeis vinculis abſolutus, inter divinas laudes ſuo Creatori animam reddidit in Civitate Antiqueræ Provinciæ Bæticæ ànno 1615. die 27. Decembris Beato Ioanni Apoſtolo ſacra, quem vivens ſumma devotione coluerat. Vixit annos 57. Ejus vita deſcribitur copioſè à Matiſconenſi Tom. 3. Annal. Capuc. ad annum præfatum §. 77. ſub nomine Franciſci, eamque collegit ex M.S. Provincię Valentiæ, & ex Proceſſu facto pro ejus Canonizatione, necnon ex quodam libro in eadem Civitate impreſſo, cujus Titulus eſt:

*Vida, y predicaçion &c. del P. Fr. Franciſco de Sevilla Predicador Capuchino*.

IOANNES FRANCISCVS ZACER, natione Hiſpanus, Patria Matritenſis, Provinciæ Caſtellæ, Sacræ Theologiæ Profeſſor, S. Officii Conſultor, & Regis Catholici Philippi IV. à ſacris concionibus; qui doctrinæ, ac profundi ingenii donis excelluit, & apoſtolicæ vitæ ſtemmate decoratus per plures annos magna cum eruditionis, ſapientiæ, ac

pietatis fama in præcipuis Hiſpaniæ Vrbibus verbum Dei diſſeminavit; Evulgavit Hiſpanico Idiomate Sermones plures de Sanctis, inter quos extat:

*Concio eruditiſſima ab eo habita in Civitate Murçiæ in die Aſcenſionis Domini noſtri IESV Chriſti*. Prodiit Orimbellæ apud Vincentium Franciſcum anno 1632.

IOANNES GASPARVS Mergentheimenſis, natione Germanus, Provinciæ Bavariæ Concionator, Sacræ Theologiæ Lector, ac Diffinitor; vir eruditus, ſacræ doctrinæ, tam Scholaſticæ, quàm expoſitivæ, non mediocriter peritus; Edidit quædam Opuſcula. Ea ſunt:

*Novenale Marianum*. Tom. 1.

*Compendium Inſtructionis Practicæ Neo-confeſſarii*. Prodiit Herbipoli apud Eliam Michaelem Zinck 1683.

*Scrupuli Fęminarum putativè nuptarum Sacerdotibus, & Religioſis à Sancta Fide Catholica Apoſtatis circa eorum Matrimonium*. Ibidem.

*Libellum Confraternitatis Marianæ*.

*Refutatio futilis impugnationis concionis à P. Marco de Aviano Capucino Auguſtæ factæ*: quam impugnationem typis evulgavit Michael Rucheneder. Ibidem. Evulgavit etiã librum valdè ſpiritualem, quem intitulavit:

*Status Gigantis &c.* Et aliud Opuſculum ſub Titulo:

*Hebdomas Euchariſtica Mariana*.

*Sermones de Beatiſſima Virgine*. Tom. 1. in 8. anno 1687.

*Supplices Libelli Fidelium animarum in Purgatorio detentarum*. Tom. 1. in 8. 1688.

*Conciones in Feſta totius anni*. Tom. 2. 1689.

IOANNES LVDOVICVS AMBIANENSIS, natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis Concionator; vir Facultatis Aſtronomicæ, Geometricæ, ac Chronologicæ peritia, & illuſtratione inſignis. Scripſit, ac magno ſtudio elaboravit Opus egregium ſub Titulo:

*Atlas Temporum in quatuor libros diſtinctum*.

In primo libro, qui intitulatur: *Periodus Ludovica ex aſtrorum conſideratione deducta*, exponuntur Chronologiæ principia, cum omnibus ciclis, & annorum characteribus à mundo condito ad mundum redemptum. In ſecundo exponitur *Chronologiæ nova methodus Calendario Eccleſiaſtico, Aſtronomiſque regulis ſuſtentata*: in qua per ciclos, perque Feſta Mobilia præterita, & futura à cęteris vera ſecernitur Chronologia. In tertio *Chronologia Sacra, quæ omnes veteris Teſtamenti ſolvit controverſias*: ubi etiam arcana Canonicorum librorum in ordine ad Chronologiam dilucidantur, & ex Tabulis complicatis Chronologia generalis, & ſpecialis, ſacra, & profana à mundi creatione ad Meſſiam producitur. In quarto *Chronologia nova ex Textibus Canonicis deducta*: in qua mira æquè ac juſta explicatur numeratio anno-

annorum omnium ſæculorum per Sabbata, Sabbaticas hebdomadas, & Iubilęos, donec Chriſtianorum Dominica Iudaico Sabbato ſuccedat. Pariſiis 1685.

*Epitome Hiſtoriarum omnium à Chriſto nato ad octogeſimum annum ſupra milleſimum ſexconteſimum cum omnibus characteribus uſque ad conſummationem ſæculi*. Ibidem 1685. in fol.

IOANNES MARIA HIERACENSIS Siculus, Provincię Meſſanenſis olim Miniſter Provincialis, necnon Panormitanæ Commiſſarius Generalis; vir in Philoſophicis, ac Theologicis, Facultatibus, quas profeſſus eſt, admodum verſatus; Edidit:

*Diſputationes varias Theologicas, & Morales, quas tamen ſtudens humilitati prælo ſubmittere recuſavit*.

*Il Carro d' Elia*. Meſſanæ anno 1620. De eo meminit Torreçilla lib. de Excellentia Seraph. Relig. ubi de Scriptoribus Capucinis.

IOANNES MARIA A' NOTO, ſeu Netinenſis, natione Siculus, Provinciæ Syracuſanæ pluriès Diffinitor, ac Miniſter Provincialis; vir incomparabili animi magnitudine, pietate, & juſtitia, antiquis illis Seraphicæ Religionis Heroibus meritò comparandus: qui ad totius Seraphici noſtri Ordinis Miniſteriũ, ac dignitatem poſt Clementem à Noto Romæ in Comitiis Generalibus anno 1625. celebratis evectus, omnium Provinciarum factus ſedulus, ac vigilantiſſimus Perquiſitor, nihil aliud, quàm de ſtabilienda Seraphicę Regulæ obſervantia, & præſertim altiſſimæ paupertatis, totis viribus curavit, illamque omnium virtutum incremento, & regularis vitæ perfectione multis modis adauxit. Scripſit:

*Annotationes in 8. libros Phyſicorum Ariſtotelis*.

*Annotationes in libros Metaphyſicorum*.

*Annotationes in 4. libros Sententiarum*.

*Epiſtolam ad univerſos Religionis noſtræ Fratres: in qua de obſervantia altiſſimæ paupertatis, & de Regula Minoritana luculenter diſſerit*. Romæ 1628. Si quæ alia data, vel danda prælo compoſuerit, adhuc nos latet. Religioſa pietate fulgidus, admiranda devotione inſignis, poſt ingentes pro Chriſto, Eccleſia, & Seraphica Religione perpeſſos labores, plenus operibus Cœlo dignis, Neapoli feliciſſima morte præventus ad ſuperos evolavit anno 1631. die 4. menſis Februarii, ætatis ſuæ ſexageſimo octavo. Ejus vita deſcribitur à Marcellino de Piſe. Tom. 3. Annalium Capucinorum.

IOANNES MARIA TISSANENSIS, natione Siculus, Provinciæ Panormitanæ, ac Sancti Angeli Miniſter Provincialis, totius Ordinis noſtri in Romana Curia Procurator, ac demum decimus octavus Miniſter Generalis electus anno 1581. Vir divino ſpiritu afflatus, ardentiſſimus verbi Dei Declamator, maximaque ad demulcendos, commovendos, & emoliendos animos ho-

hominum pollens virtute; doctrina non minus, quàm apoſtolicæ vitæ titulis illuſtris. Abſtinentia, humilitate, ac ſui deſpicientia clariſſimus: orationi, divinarum rerum contemplationi ſemper intentus: altiſſimæ paupertatis fervidus zelator, miraculorumque denique, ac prophetiæ donis à Deo decoratus; Scripſit doctiſſimo calamo:

*Expoſitionem*, ſive, *Commentaria ſuper Regulam FF. Minorum*. Tom. 1. in 8. Vitæ curſum ſanctiſſimè peregit anno 1584. in noſtro Conventu Romano, ultimo ſui Generalatus anno; cùm paulò ante illi morti jam proximo Gregorius XIII. Pontifex Maximus, apud quem ejus magna vigebat exiſtimatio, Plenariam ſuorum peccatorum remiſſionem, benedictione etiam per Nuntium impertita, contuliſſet: tantique viri occaſum tota Religio maximo luctu proſecuta eſt. Ejus vitam deſcripſit Boverius Tom. 2. Annal. ad annũ 1584. & de eo meminit etiam Toſſinianus in Hiſtoria Seraphica pag. 107. lib. 1. ubi de illo ſic loquitur: *Pater Ioannes Maria Tiſſanenſis, vir eruditiſſimus, Pontificii Iuris non ignarus, vitæ exemplo præſtans, jejuniis deditus, ſolo pane, & aqua contentus hoc anno 1584. obiit Romæ, ob cujus mortem omnes ingemuerunt.*

IOANNES MARIA ZAMORA, natione Italus, Patria Vtinenſis, Provinciæ Venetiarum alumnus, verbi Dei egregius Declamator, ac in Provincia Bohemiæ, quò miſſus fuerat ad Religionem propagãdam, Commiſſarius Generalis: vir maximæ virtutis, ac eximiæ doctrinæ ſtemmate præornatus, vitæ auſteritate rigidus, jejuniis, ac carnis mortificationi totus deditus, & contemplationis præſertim Dominicę Paſſionis dulci pabulo enutritus, utpotè qui inſomnes ſæpè noctes viſus fuerit tranſigere orando in lacrymas juges effuſus, & ſuſpiria multa ab intimis cordis ſui penetralibus emittens, Beatiſſimę Virginis MARIÆ admirabili fuit amore devinctus, & cęleſtibus ab ea favoribus inſignitus: in grati animi obſequium, & ejus Immaculatæ Conceptionis honorem Scripſit:

*De Eminentiſſima Deiparæ Virginis MARIÆ perfectione libros tres, in quibus primùm generaliter de ſumma illius præſtantia; deinde ſingillatim de ipſius virtutibus, donis, & privilegiis juxta vitæ ſeriem ab æterna Prædeſtinatione uſque ad deſponſationem diſſeritur. Opus quidem Sacræ Theologię ſtudioſis, ac divini verbi Præconibus apprimè utile, & accommodatum.* Venetiis apud Nicolaum Miſſerinum anno 1629. in folio. Quod poſteà ab eodem piiſſimo Auctore in pluribus elucidatum, auctum, & locupletatum, iterùm pręlo traditum fuit in eadem Civitate, additis aliis quatuor libris in Pręfatione prioris editionis promiſſis; Scilicet:

*De Deſponſatione, Angelica ſalutatione Virginis MARIAE, Diviniique Verbi Conceptione.*

*De illius Viſitatione & de iis omnibus, quæ uſque ad ejus poſt partum Pu-*

*Purificationem acciderunt.*

*De Fuga illius in AEgyptum, & reliquis omnibus, quæ uſque ad glorioſiſſimam ejus mortem acciderunt.*

*De Feliciſſimo ejus tranſitu, reſurrectionis gloria, aſſumptione, coronatione, quæ illam conſecuntur in æterna felicitate.*

Scripſit inſuper alios Tractatus; nempè:

*De Originali Virginis MARIÆ Innocentia, & ab originalis peccati macula immunitate, & exemptione ex Sacræ Scripturæ teſtimoniis.*

*De vera, & germana Sanctorum Patrum, Priſcorumque Doctorum de Sancta, & Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione, mente, & ſententia ex eorum lucubrationibus, & monumentis.*

*De vera itidem S. Thomæ Aquinatis de eadem Conceptione mente, & ſententia.*

*De Facilitate, & decentia, ac neceſſitate dirimendæ, terminandæque Controverſiæ de Sancta, & Immaculata Conceptione à communi, & univerſali peccati lege.*

*De Perfecta, & abſoluta Deiparæ Virginis Immunitate, ac exemptione à communi lege peccati.*

Preter hos libros de Deipara ſequentes etiam de Deo Trino, & Vno Tractatus Theologicos elaboravit, in quibus componit omnes Controverſias inter Divum Bonaventuram, D. Thomam, & Scotum; Et ſunt:

*De Deo, ut principio, & de ipſius præſtantia lib. 1.*

*De rerum creatione, & conſervatione lib. 1.*

*De Divina Providentia lib. 1.*

*De Libero arbitrio, de Actibus humanis, & eorum differentiis.*

*De Concurſu Dei cum voluntate creata ad actus naturales lib. 1.*

*De Peccato, & ejus cauſis lib. 1.*

*De naturali hominis facultate lib. 1.*

*De Auxiliis divinæ gratiæ ad opera ſupernaturalia*; &

*Compendium Metaphyſicæ.* Omnia iſta Opera ſunt impreſſa Venetiis anno 1626. apud Iacobum Sarzinã. Obiit Veronæ anno 1649. ætatis ſuę ſeptuageſimo, Religionis 52. magnę doctrinę, ac ſanctimonię fama poſteris relicta. De illo meminerunt Vvaddingus de Scriptor. Ordin. Minor. Pagnotius de Maria Trjumphante, & Maraccius in Bibliotheca Mariana.

IOANNES THOMAS BRAYDENSIS, natione Pedemontanus, ejuſdem Provincię Concionator, vir eminentiori eruditione conſpicuus: qui Philoſophiæ, ac Sacrę Theologię explanationem per geminatum ſeptennium prȩclariſſime Noſtris expoſuit; & religioſis virtutibus, regulariſque obſervantię ſtudioſus ad Guardianatus, & Diffinitoratus miniſteria pluriès fuit electus:

Scripſit, & magno ſtudio elaboravit:

*Integrum Curſum Theologicum ſecundùm mentem Scoti pluribus noviſſimis quæſtionibus illuſtratum*, &

*Integrum Curſum Philoſophicum.* Habentur M. S. in Conventu ejus Patrię, ubi obiit devotiſſimè anno 1669. dum prędicta Opera pręlo

prælo pararet.

IOANNES THOMAS GENVENSIS, ejuſdem Provinciæ alumnus, & Concionator, vir doctus, & eruditione varia inſignitus, morum compoſitione, atque Religioſæ vitæ virtutibus decorus, in eadem ſua Provincia ſæpiùs Guardianus, & in Provincia Corſicæ Provincialis Miniſter. Scripſit Italicè, & habebat paratum in dies prælo ſubmittendum Opus ab eo ingenioſè elaboratum ſub Titulo:

*Genova ſollevata con li ricordi di San Bernardo Abate dedicata alla Sereniſſima Republica di Genova.* Sed morte præventus, dum Provincialatus munere fungeretur in Inſula prædicta anno 1681. ſui voti compos haud effectus, adhuc M.S. remanet, & aſſervatur in noſtra Bibliotheca Immaculatæ Conceptionis Conventus Genuæ.

IOSAPHAT ROTHOMAGENSIS, natione Gallus, Provincię Normannię alumnus; vir doctus, & eloquens, ac religioſis moribus ornatus; qui in præcipuis Galliæ Civitatibus munus prædicationis præclariſſimè exercuit; & in Provincia Normanniæ in Miniſtrum Provincialem electus, illam magno regularis obſervantiæ zelo ſedulò gubernavit, ſuiſque virtutibus plurimùm illuſtravit. Edidit Gallicè:

*Orationem in funere Rev. P. Honorati Bouchart de Champigni Capucini, viri ſanctitate, & gratia miraculorum illuſtris.* Pariſiis anno 1624.

IOSEPH BARCINONENSIS, natione Hiſpanus Tarraconenſis; Provinciæ Cathaloniæ alumnus. Hic Patre Petro Rocaberto, ex Baronum ordine, Caprarię Dynaſta, & Anna Gualbeſia piiſſima herojna progenitus; in ipſo adoleſcentiæ flore Clericalem habitum aſſumpſit, & in Complutenſi Academia Theologicis ſtudiis omni cum diligentia, ac ingenii felicitate incubuit; indèque ad altiora à Deo vocatus, primùm in Venerabili PP. Minorum de Obſervantia Familia adſcribi voluit: deinde arctioris vitæ cupiditate ductus, Capucinorum Inſtitutum amplexatus, prioris vitę laudem ſumma poſterioris gloria cumulavit. Vir fuit gravis, prudens, & maturus; humilitate, abſtinentia, paupertate, ac morum innocentia excelluit: orationem, ſui ipſius contemptum, ac carnis macerationem arctiſſimo ſibi vinculo conjunxit: in Dei verbo diſſeminando maxima vi ſpiritus, ac virtute enituit, primuſque fuit ex Noſtris, qui in Hiſpania Orationem Quadraginta horarum ſermonibus celebravit; eoque in munere magnoperè valens, admirabiles in Populis commotiones excitavit, uberrimamque animarum meſſem Domino reportavit. Sicut habemus ex relatis, aliqua ſcripſit Opuſcula ſpiritualia ad utilitatem Fidelium, quę fuerunt impreſſa abſque ejus nomine. Hìc ſolùm damus M.S.

*Librum Sermonum de Tempore, qui aſſervatur in noſtro Conventu Barcinonenſi Montis Calvariæ.* Sanctimoniæ fama apud omnes illuſtris, diutino hecticę febris languore

à Deo probatus, ad Iuſtorum præmia evolavit in eodem Conventu anno 1584. ętatis ſuę 58. Ejus vitam ſcripſit Boverins in Tomo 2. Annalium Capucinorum, & præclarum de illo evulgavit encomium P. Sebaſtianus Verdejus Ordinis Minorum de Obſervãtia Concionator in libro, quem inſcripſit: *Inſtructio ad Officium de Sancta Cruce ritè perſolvendum; ab eo Hiſpanico Idiomate conſcriptum:*

IOSEPH A' CAPRIOLA, natione Italus, Provinciæ S. Franciſci alumnus, vir in mechanicis artibus valdè peritus; Scripſit, & evulgavit librum ab eo Italicè exaratum ſub hoc Titulo:

*La Miſura del Tempo &c.* In quo tractatur de modo fabricandi horologia ex rotis compoſita, cujuſlibet generis, tam grandia, quàm parva, & etiam ſine rotis cum aqua ſolùm. Patavii apud Andream Gattellum anno 1663.

IOSEPH DE CHERAVANTES, natione Hiſpanus, Provincię Aragoniæ Concionator, ac Miſſionarius Apoſtolicus in Indias Occidentales à Summo Pontifice, & à Rege Catholico ſpecialiter deputatus, qui in Provinciis de Catcas, Caraças, & Cumanan in Infidelium converſione plurimùm inſudavit, uberemque animarum meſſem unà cum ſociis ſacri Baptiſmatis lavacro Eccleſiæ Chriſti reportavit. Scripſit Hiſpanico Idiomate:

*Relationem progreſſus, & fructus Miſſionum FF. Minorum Capucinorum Provinciæ Bęticæ in Indiis Occidentalibus ad Excellentiſſimum D. D. Marchionem dè Aytona.* Hiſpali apud Ioannem Gomez anno 1666. Edidit etiam aliud Opuſculum Spirituale ſub hoc Titulo Hiſpanico in duos Tomos in 4.

*Medios, y Remedios para ir al Cielo.* Fuit impreſſus in Civitate Legionenſi apud Auguſtinùm Ruitz de Valdivieſſo anno 1672. Inſuper:

*Alphabetum puerorum.* Tom. 2. 1688.

IOSEPH LE CLERC de Tomblay, natione Gallus, Patria Pariſinus; vir generis nobilitate, doctrinę prętantia, ac animi pietate magnus, in Provincia Turonenſi per plures annos Magiſter Novitiorum, ac Miniſter Provincialis: in Pariſienſi verò, cujus fuit alumnus, ſępiùs Guardianus, ac Diffinitor: Miſſionum omnium, tam Orientalium, quàm Occidentalium contra Infideles, & Pictavienſium contra Hęreticos Inſtitutor, & à S. Sede Apoſtolica cum ampliſſima facultate Commiſſarius Generalis ſpecialiter delegatus: Fundator, & auctor Monialium Benedictinarum ſub Titulo Montis Calvarię: invictiſſimi, ac juſtiſſimi Ludovici XIII. Regis Chriſtianiſſimi, ac Eminentiſſimi Cardinalis de Richieliù à ſacratiſſimis conſiliis, & ab illis unicè dilectus; utpotè in agendis rebus perarduis ſumma dexteritate, prudentia, animi fortitudine plurimùm pręſtans. Quo Conſultore, & Auctore, quippe qui dilatandę ubique Fidei, & Religionis Catholicę erat ſtudioſiſſimus, ac Acatholicorum hoſtis acerrimus; idem Rex Chriſtianiſſimus, cùm Chriſti ſepulcrum

crum Ieroſolymis ſacrilegam Græcorum, & Armenorum prædam Chriſtianus Orbis lugeret, Catholicorum fidelium gemitus audiens, miſſis ad Turcarum Imperatorem, & ejus præcipuos Miniſtros litteris, præſumptę infeſtationis, & audaciæ curſum cohibuit, Schiſmaticorumq; ſpurcam, ac tyrannicam rabiem à Civitate, & domo Dei propulſavit. Qui etiam aſſiduè animo verſans damna irreparabilia, quæ Heretici Catholicis inferebant, præcipuè ex munitiſſima Arce Rupellenſi, ex qua virus hæreſum ebulliens univerſam penè Galliam inficiebat, & Sectarios omnes ad perfidiam contra Majeſtatis Divinæ, ac Regis obſequium erudiebat, in Regio conſeſſu, in quo de illius expugnatione tentanda diſcuſſum fuit, tanta eloquentia peroravit, ut Regem ad illud tam egregium, & arduum facinus aggrediendum induxerit; præmiſſis ab eo Capucinis in Inſulam Regiam, quæ profectò ſine Fratribus noſtris milites generosè obſtringentibus Regis obſequio, in Ius hoſtium ceſſiſſet; ſicque votum obſidionis Rupellæ irritum reddidiſſet. Qui etiam poſt ipſius expugnationem, eloquentiſſimè perorando in eodem Regio Conſilio, ſui ſermonis efficacia eundem Chriſtianiſſimum induxit, ut locum illum, tanquam caput hæreſum, fomitem rebellionis, Regni dedecus, Divinæ, Regiæque Majeſtati injurium, æterno damnaret excidio. Scripſit Gallicè plura Opuſcula; Et ſunt:

*Introductio ad vitam ſpiritualem per facilem quandam orationis methodum pro omni anima devota, & religioſa*. Fuit primum impreſſa Pictavii apud Franciſcum Lucam anno 1626. & in duobus Tomis in 8. partita. Deinde Pariſiis in ſecunda editione unico Volumine comprehenſa anno 1630. apud Ioannem Fovet in 4.

*Praxis interior præcipuorum vitæ Chriſtianæ exercitiorum juxta methodum orationis mentalis in primo libro traditam*. Ibidem 1638. in 8.

*Sexaginta Monita ad Moniales Benedictinas ſub Titulo Mõtis Calvariæ*. Ibidem 1632. in 4.

*De Perfectione Seraphica, ſive, de Felicitate admirabili ſervorum Dei ſub forma coronę myſticę expreſſa, quam omnibus divinorum ſuorum mandatorum, & conſiliorum veris obſervatoribus Dominus tribuit, & ſpecialiter Religioſis Sancti Franciſci*. Pariſiis apud Sebaſtianum Cremouſy anno 1634. Tom. 1. in 4.

*Tractatus de tribus generibus vitæ ſpiritualis, & tribus votis viri Religioſi*. Nioſti anno 1646. Tom. 1. in 8.

*Epiſtolas Spirituales, & alia ejus Opuſcula edidit P. Franciſcus Andegavenſis Concionator Capucinus, qui etiam ejus vitam, & geſta luculenter, & copiosè deſcribit*. De eo meminerunt omnes, qui de rebus Gallicis ſcripſerunt ſub Ludovico XIII. & Vvaddingus de Scriptor. Ordin. Minorum. Ioannes de la Haye illi dicavit Tom. 3. ſuper Geneſim, & Tom. 2. ſuper Exodum.

IO-

IOSEPH A' COLLEAMATO, natione Picenus, ejuſdem Provinciȩ alumnus. Hic inter ipſa noſtræ Religionis primordia decimum octavum ætatis ſuæ annum agens, à Deo in benedictionibus præventus, mundo, ac mundanis omnibus valedicens, divinoque ſpiritu accenſus, exutis veſtibus, detractis calceis, verus S.P. Franciſci imitator, nudus coram Fr. Ludovico à Foroſempronio apparuit, ab eoque benignè receptus, ac habitu Religionis donatus, fuit ſecundus ex ſæcularibus, qui relictis rerum mundanarum exuviis, Capucinorum Ordini nomen dedit. Vir fuit maximæ abſtinentiæ, carnis macerationes, ac cæteras vitæ auſteritates ſummoperè excoluit. In oratione fuit aſſiduus, & prolixas in ea noctis vigilias perducebat, brachiis in Crucis modum ſemper protenſis; ſuaque animi ſubmiſſione, mentis humilitate, vitæque perfectione, quoad vixit Religionem plurimùm illuſtravit. Scripſit:

*Hiſtoriam de Origine, & progreſſu Reformationis Capucinorum in Provincia Marchiæ M.S.* Obiit ſanctiſſimè Foroſempronii anno 1557. De eo Boverius Tom. 1. Annalium Capucinorum pag. 547. & Martyrologium Franciſcanum die 28. Iunii.

IOSEPH DONDORIVS, natione Italus, Patria Piſtorienſis, Provinciæ Ætruriæ alumnus, & Concionator; Scripſit latinè libros quatuor ſub Titulo:

*De Pietate Piſtorienſium &c.* De eo meminit Pagnotius de MARIA Triumphante Corona prima cap. 8. pag. 28. & Cor. 3. cap. 18. pag. 25. 27. 470. &c. in quibus ejuſdem Auctoris libros ſæpiùs citat.

IOSEPH DE DREVX, ſive, Drujenſis, natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis Concionator; vir exquiſitæ eruditionis, vitæ integritate, & omnium, quæ ad Religioſum ſpectant hominem, virtutum ornatu decorus; Edidit:

*Orationem,* ſeu, *Concionem in funere R. P. Ioſeph de Morlais Concionatoris Capucini ab ipſo habitam die ſeptima Octobris* 1662. *in noſtra Eccleſia Montis Calvariæ Civitatis Pariſienſis*: in qua deſcribuntur omnia ejus geſta, & mors piiſſima aptiſſimè commendatur. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1662. Item Opuſculum ſub Titulo:

*Thronus Dei in anima juſti,* ſeu, *Idea perfectæ Abbatiſſæ in vita ſancta, & præclaris geſtis D. Magdalenæ de Sourdis Abbatiſſæ Regii Monaſterii S. Pauli Bellovacenſis.* Tom. 1. in 8. Pariſiis 1668.

IOSEPH FERNENSIS, natione Italus, Provinciæ Mediolanenſis filius, in Bononienſi verò Vicarius Provincialis, ac totius Ordinis Diffinitor Generalis electus anno 1552. Vir fuit eximiæ perfectionis, & altiſſimæ contemplationis: toto enim vitæ ſuæ tempore extitit auſteriſſimus, Seraphicæ Regulæ ſedulus excultor, arctiſſimæ paupertatis exemplar. Orationis amator, ac totius evangelicæ perfectionis integer æmulator: doctrina quoque, ſapientia, ac prudentia plurimùm excelluit: Congregationes, ſeu Religiones S. Pauli

Decollati, qui vulgò *Barnabitæ* vocantur, & Clericorum Regularium de Somaſcha nuncupatorum, magnoperè ſuo conſilio juvit. Illarum enim Præfecti in Viſitationem peragendo eum ſemper ſibi comitem adjungebant, nec unquam abſque ejus conſilio quidquam agebant. Eximius quoque, ac verè Apoſtolicus fuit ſua ætate Concionator, & Orationis Quadraginta Horarum primus auctor, & inſtitutor; eaque mediante admirabiles, ac penè incredibiles in hominum animis impetus divini amoris, ac mutationes effecit; præſertim Mediolani, Ticini, Senis, Biturgiæ, Eugubii, & in aliis Italiæ Civitatibus, in quibus tam pia inſtitutio ab illo relicta, uſque ad hodiernum diem perenni religione per totum anni circulum devotiſſimè percolitur. Scripſit, & typis edi curavit:

*Methodum, ſive Inſtructionem celebrandi devotè, & cum fructu ſupradictam 40. Horarum Orationem*. Fuit impreſſa Mediolani anno 1571. & alibi diverſo tempore.

Clarus miraculis, ac ſanctis laboribus in prædicatione verbi Dei, ac converſione animarũ ferè conſumptus, ad præmia evolavit Mediolani anno 1556. ejuſque geſta copioſè deſcribuntur à Boverio Tom. 1. Annal. Capucinorum ad annum prædictum ex M. S. Petracii, Salodienſis, Monteflorum, Provinciæ Mediolanenſis, & Brixienſis. De eo etiam meminerunt Auctor Manipuli FF. Minorum in cap. 7. Regulæ S. Franciſci: Martyrologium Franciſc. nonis Ianuarii, & Spondanus in continuatione Annalium Eccleſiaſtic. Baronii Tom. 2. ad annum 1556. ubi de illo ſic ſcribit. *Mortuus eſt hoc anno Mediolani Ioſephus Fernenſis Capucinus, vir Theologia apprimè excultus, quem Auctorem, & Inſtitutorem fuiſſe volunt utiliſſimæ Orationis 40. Horarum, cùm Vrbs Mediolanenſis, ob graſſantia Cæſaris, & Regis Francorum bella, maximè conſternata jaceret, in ea Ioſephus prædicationi vacans, Civibus perſuaſit Orationem inſtituere, ex qua futurum pollicebatur, ut ab hujuſmodi ærumnis liberarentur. Quare communi Vrbis conſilio ea primò in Eccleſia Cathedrali, deinde in aliis per totum anni circulum inſtituta fuit; unde poſteà hæc pia inſtitutio in univerſum Chriſtianum Orbem diffuſa fuit*. Hæc ille.

IOSEPH DE GRAVX, natione Hiſpanus, Provinciæ Aragoniæ Miniſter Provincialis, & Commiſſarius Generalis: qui etiam per plures annos verbum Dei cum fructu diſſeminavit, Monaſteria multa adminiſtravit, aliiſque muneribus magna cum prudentiæ, ac obſervantiæ regularis ſtudio ſatis feliciter functus; in omnibus ſe præbuit exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate. Scripſit Hiſpanicè:

*Commentaria, ſive, Expoſitionem ſuper Regulam à S. P. N. Franciſco Fratribus Minoribus præſcriptam*. Prodiit Cæſarauguſtæ anno 1652. Tom. 1. in 8.

IOSEPH HISPALENSIS, Provinciæ Caſtellæ alumnus, Sac. Theolo-

logiæ Profeſſor,ac Concionator Regius; vir præclaris doctrinę,eloquentię, eruditionis, & Religioſę vitę ornamentis inſignitus; Edidit:

*Sermones varios tam de Sanctis, quàm de aliis materiis*. Tom.3. in 4. Matriti anno 1685. & 1686.

IOSEPH DE LEONISSA, natione Italus, Provincię S. Franciſci alumnus, vir toti Orbi ob eximiam ejus ſanctitatem notiſſimus. Hic anno 1556. Ioanne Deſiderio,& Franciſca Paulina nobilibus, ac piiſſimis genitoribus natus, ętatis ſuæ 17. à fluctuantis mundi vorticibus anteà ſemper ab illo ſicco immaculatæ vitę pede calcatis, ad Seraphicę Religionis noſtræ portum, propinquis omnibus inconſultis, ſe contulit, ac Eufranii nomine mutato Ioſephi non modò appellationem,ſed & antiquiſſimi illius Patriarchæ virtutem, ac benedictionem ſortitus, tot trjumphis clarus inter Religionis ſidera emicuit; ut tanquam novum Orbis prodigium omnium in ſe haud immeritò oculos, etiam his temporibus convertat. Tantarum enim cœleſtium virtutum luce, tanto ſanctitatis ſplendore, tanta deniq; ſignorum, ac miraculorum copia, & majeſtate refulget, ut in Romana Curia inſtanter agatur de illo adſcribendo in numero Sanctorum. Scripſit:

*Præparationes ad benè moriendum*. Romæ anno 1602. &

*Opuſculum de Proteſtationibus frequenter faciendis ab iis, qui piæ morti obeundæ ſe præparant*. Circumfertur ad finem Paradiſi Interioris à P. Paulo Manaſſęo compoſiti Brixiæ 1610.& alibi diverſis temporibus. Obiit ſanctiſſimè in noſtro Convẽtu Amatricis Provinciæ Vmbrię anno poſt partũ Virginis 1612. decimo tertio Kal.Ianuarii,ętatis ſuę quinquageſimo octavo. Illius vitam admirandam deſcripſerunt Boverius Tom.2. Annalium, qui ejus obitum ponit pridie nonas Februarii, & Io: Baptiſta Manzinus Patritius Bononienſis. De illo etiam meminerunt Ardinghellus in Append. Congeminatę vocis Turturis Oſtenſ. 4. Ioannes Baptiſta à Peruſio in prologo ad vitam B.Felicis. Valerianus Magnus lib. 3. Reg. credendi: Martyrolog. Franciſcanum ad diem 20. Decembris, & Vvaddingus de Scriptoribus Ordin. Minorum.

IOSEPH MATRITENSIS Hiſpanus, in Provincia Caſtellæ Sacrę Theologiæ Profeſſor, ac Caroli II. Regis Catholici Concionator; vir eruditus, in perorando facundus, ac elegans; Edidit Idiomate Hiſpano:

*Sermones* 40. *ſuper Pſalmum* 50. Matriti Tom. 2. in 4.

*Sermones plures de Sanctis* impreſſos Matriti apud Antonium Bedomarum anno 1669. & 1672.

*Epicidium Sacrum in Regalibus exequiis Sereniſſimæ Claudiæ Felicis Auſtriacæ Imperatricis celebratis coram Rege Catholico Carolo* II. Ibidem apud eundem 1676. Inſuper tranſtulit ex Latino in Idioma Hiſpanicum:

*Tomum Tertium Annalium FF. Minorum Capucinorũ Patris Marcellini de Piſe*. Matriti in fol. 1690.

De eo meminit Torreçilla ubi ſupra.

IOSEPH DE MORLAIS, natione Gallus, in ſua Provincia Britanniæ, præter multiplicis doctrinæ prçſtantiam, à fructuoſa, ac eloquenti concionandi methodo ſatis laudatus; Scripſit, & edidit:

*Orationem in funere Dominæ de Jojnvillæ* in 4.

*Directorium Chriſtianum &c.* in 4.

*Præparationem ad ſanctam mortem* in 8.

IOSEPH DE NAXERA, natione Hiſpanus, Provinciç Caſtellæ filius, ac Miſſionarius Apoſtolicus in Regnum Ardenſe in Aphrica, & Guinea deſtinatus: quo in munere ſtrenuè per plures annos ſaluti animarum incumbens, inſudavit non ſine uberi fructu, & Infidelium multorum ad Chriſtianam Fidem reductione; Scripſit Hiſpanicè librum, cujus Titulus eſt:

*Eſpeio Myſtico &c.* Eſt impreſſus Matriti apud Antonium de Bedemar ſumptibus Matthçi de Baſtida anno 1672. in 8. De eo etiam meminit idem Torreçilla ubi ſupra.

IOSEPH A' NOVIS Concionator Provinciæ Genuenſis; vir moribus compoſitus, qui ad plurium Cçnobiorum regimen deputatus, Religioſis alumnis laudabiliter præfuit. Edidit librum Italicè ſub Titulo:

*Metodo*, ò ſia *Regola chiara*, *diſtinta*, *e neceſſaria per far ben l'eſame di coſcienza*, *sì per le confeſſioni particolari*, *sì per le generali &c.* Genuç apud Antonium Georgium Franchellum anno 1686. Tom. 1. in 8.

Habet etiam paratum pro prçlo aliud Opuſculũ verſum ex latino in Italicum ſermonem, cujus Titulus eſt:

*Il Confeſſore Novello Iſtruito &c.* compoſitum à Patre Io: Gaſparo Mergentheimenſi Capucino; adjunctis etiam aliis tractatulis, de ſcrupulis, Indulgentiis, & Propoſitionibus à pluribus Summis Pontificibus damnatis uſque ad Alexandrum VIII. incluſivè.

IOSEPH OXIBIENSIS (vulgò *d'Oneglia*) natione Ligur, Provinciæ Genuenſis alumnus; vir multarum virtutum, præſertim humilitatis, abſtinentiç, atque mentis ſimplicitatis ornamento inſignitus. Fuit etiam aſſiduç orationis ſtudio incenſus, ita ut longas in ea noctis vigilias ducere conſueverit, eaque mediante apoſtolicum ſpiritum conſecutus, cùm ad evangelicam prædicationem accederet, Deo per ipſius os proloquente, uberes ſemper animarum fructus reportavit. Scripſit nonnulla piiſſima Opuſcula; Ea ſunt:

*Tractatus de Trjumphanti Reſurrectione Domini noſtri IESV Chriſti in tres partes diſtributus.* Tom. 1. in 8.

*De Sacro Monte Alverniç tractatus unicus*; in quo ad formam Meditationum agitur de ſacris Stigmatibus S. P. N. Franciſci in tres pariter partes diviſus. Sanctimoniç apud omnes fama clarus; poſt prolixæ ςgritudinis patientiam, piiſſimè obiit Genuæ in Conventu Sancti Barnabç

anno 1591, & de eo meminit Boverius ad annum 1589. ſed mendosè, cùm ejus obitus fuerit ad annum ſupraſignatum, ut conſtat ex M. S. Provinciæ Genuenſis in Catalogo defunctorum.

IOSEPH TABERNA, ſeu Daberna, natione Siculus, Patria à Camerata, Provinciç Panormitanç Sacerdos, vir evangelicç vitç exemplis, & cordis puritate laudabilis, necnon vulgare ſanctimoniæ ſimulacrum; Edidit:

*Symphoniam Sacræ lectionis, ſive, de Sacrarum dictionum prolatione.* Meſſanæ apud Heredes Petri Breç anno 1656. Rhegii, & iterùm Peruſię eodem anno. Tom. 1. in 8.

*Tractatum de Arte benè moriendi.* Ibidem apud eundem Bream anno 1652. Tom. 1. in 8.

*Tractatum de Sacris Ritibus tam ad celebrationem miſſæ, quàm ad recitationem Divini Officii, & alias functiones Eccleſiaſticas ſpectantibus.* Panormi apud Dominicum de Anſelmo 1669. Tom. 1. in 4. Edidit etiam Italico Idiomate:

*Il Vocabulario Toſcano.* Tom. 1. in 4.

*Lo Sprone del Peccatore.* Tom. 1. in 8.

*Viaggio al Calvario.* Tom. 1. in 8. Memoratur in lib. de Script. Ord. Min. à Vvaddingo, qui eum vocat Ioſeph de Berna. Mortalitatis exuviis, inedia, paupertate, cilicio, pçnitentia conſumptis, ad templum çternitatis evolavit Panormi anno 1677. çtatis ſuç 78. Relig. verò 60.

IOSEPH MARIA A' CENTO, natione Italus, Provinciæ Bononienſis alumnus, vir in Arithmeticis, Aſtronomicis, ac Mathematicis Facultatibus ſatis verſatus; Scripſit Italicè aliqua Opuſcula, quibus hunc prçfixit Titulum:

*Retta linea Gnomonica, overo, breviſſima eſtenſione inſtruttiva fra due punti di chiarezza, e di facilità per delineare horologi orizontali, verticali, e rifleſſi.* Forolivii apud Ioannem Cimattum anno 1667. in 4.

*Memoriale Geometrico, nel quale ſi contiene quanto ſi può deſiderare, per ſapere miſurare ogni data quantità continua, lineale, ſuperficiale, e le diſtanze &c.* Mutinæ apud Andream Caſſianum anno 1664.

*Riſtretto Aritmetico, nel quale con brevità, e chiarezza ſi trova tutto quello ſi vede ſparſo per gli Autori, e quanto ſi può deſiderare per conteggiare, non ſolo nella quantità rationale, ma ancora nelle quantità irrationali pertinenti alla Scienza maggiore, Parti due.* Ibidem 1664. in 4.

IOSEPH MARIA MOZZARELLVS, natione Italus, Patria Ferrarienſis, filius Comitis Franciſci Mozzarelli; qui priùs inter Patres Illuſtriſſimæ Societatis IESV per aliquot annos commoratus, poſteà Capucinorum Inſtitutum profeſſus, Bononienſem Provinciam ſuis virtutibus illuſtravit. Fuit enim pluriès Guardianus, & Diffinitor, verbi Dei eloquentiſſimus Declamator, Philoſophiæ, ac Sacrç Theologiæ ingenuus Profeſſor, ſingularique apud omnes doctrinç opinione prçfulſit.

Scrip-

Scripſit, & evulgavit adhuc juvenis:

*Volumen ſatis copioſum eruditarum Concluſionum ad Philoſophiam ſpectantium*. Romæ 1662. apud Anthæum Viottum.

*Orationem in funere A. R. P. Ioannis Baptiſtæ Eſtenſis Concionatoris Capucini, olim Ducis Mutinæ*. Mutinæ ex Typographia Ducali anno 1644. Evulgavit etiam:

*Alias Orationes, & Sermones, quos vidi impreſſos, ſed diſparatos*. Obiit devotiſſimè in noſtro, & Ducali Conventu Fontis-Vivi in Territorio Parmenſi anno 1659. ætatis ſuæ 59. De hoc viro meminit D. Antonius Libanorus Abbas Ordinis Ciſtercienſis lib. de Viris Illuſtribus Ferrarienſibus.

IOSEPH MARIA DE NOVARIA, Provinciæ Mediolanenſis Concionator; vir regularis obſervantiæ laude notatus, non vulgari ſcientia præditus, doctus, ac diligens ſuę Patriæ rerum antiquarum ſcrutator, ſolerti induſtria compoſuit Italicè ſub nomine Philippi Bagliotti ad inſtantiam Civitatis Novariæ:

*Vitam S. Gaudentii Epiſcopi Novarienſis*. Venetiis 1678.

*Vera Idea Sacerdotis Apoſtolici expreſſa in vita Sancti Laurentii Presbyteri, & Martyris*. Tom. 1.

*Delitiæ Seraphicæ Sacri Montis Ortenſis S. Franciſci*.

IOSEPH MARIA A' SANCTO STEPHANO, natione Gallus, in Provincia Lugdunenſi Concionator, ac Miſſionarius Apoſtolicus ſalutis animarum ſatis ſtudioſus; Edidit Gallicè duo Volumina, & ſunt:

*L' Adorateur perfait de IESVS repoſans dans le tres-Sainct Sacrement de l' Autel*.

*Memorial Spirituel de les Regles principales neceſſaires a la ſalut*. Lugduni 1683.

IRENÆVS AVALONENSIS, natione Burgundus, in Provincia Lugdunenſi Concionator magni nominis, & in Provincia S. Ludovici, in qua habitum Religionis induit, per plures annos Superior Apoſtolicarum Miſſionum contra Hęreticos: vir doctrina, animi magnitudine, pietate, ac ſanctis moribus exornatus, Catholicæ Fidei zelo ardentiſſimè incenſus: quo adverſus Sectarios, & præcipuè Calviniſtas, verbo, & calamo decertando, eos perterruit, & eorum putidiſſima, ac viliſſima dogmata uſque ad Inferos dejecit. Plurima digna ejus calamo ſcripſit; ſequentia tamen ſolummodo prælis ſubmiſit, quorum meminit Vvaddingus lib. de Script. Ordin. Minorum; & ſunt:

*Libri tres Controverſiarum contra Calviniſtas, Hugonotos, & Anabaptiſtas*. Lugduni anno 1628. Tom. 3. in 4.

*Liber Apologeticus, in quo explicat rationes, quæ moverunt Dominos de Paſſades, & de Mazel, nobiles Gallopolitanos, & alios nobiles ad Veritatem, & Fidem Catholicam in ſuis manibus publicè profitendam, abjurata primùm hæreſi Calviniſtica. Cui acceſſerunt etiam Propoſitiones ejuſdem Patris Irenæi, Reſponſiones cujuſdam Miniſtri Hæretici,*

&

*& contrareſponſiones ejuſdemmet Patris*. Rueſſii apud Stephanum Andream 1623. Tom. 1. in 4.

ISIDORVS LEGIONENSIS, natione Hiſpanus, filius Provinciæ Caſtellæ: vir verè pius æquè ac doctus, & inter peritiſſimos hac noſtra ętate Myſticæ Theologiæ Magiſtros meritò reponendus: qui multos non ſegniùs exemplo ad perfectionis faſtigium, quàm verbo promovit. Scripſit, & edidit Hiſpano Idiomate Opus de Theologia Myſtica in tres Tomos in 4. diſtributum ſub hoc Titulo:

*Myſtico Cielo, en que ſe gozan los bien de l'alma, y vida de la Verdade; y ſe ha la la Teorica, y la Practica de las tres vias de l'Eſpirito, y ſe comprende la ſuſtançia de toda la Myſtica Theologia*. Prodiit Matriti apud Rochum Rico de Miranda anno 1687.

ISIDORVS NIOSTENSIS Gallus, Provinciæ Turonenſis, Sacræ Theologiæ Profeſſor, Evangelicus pietatis Operarius; probitate, ac morum integritatę ſingularis, in Fidei Controverſiis inſigni eruditione præditus: qui ipſammet Turonenſem Provinciam magnę cum regularis obſervantiæ zelo prudentiſſimè adminiſtravit. Edidit Gallicè Opus, cujus Titulus eſt:

*Le Miſſionaire Controvertite. Eſt Curſus integer Controverſiarum contra Novatores*. Tom. 3. in 4.

IVLIANVS BISVNTINVS Burgundus, Provinciæ Comitatus Eccleſiaſtes; vir pius, nec vulgari præditus ſacrarum litterarum cognitione; Collegit, ac typis dedit:

*Librum Miraculorum Beatiſſimæ Virginis, cujus Imago eſt poſita in Eccleſia noſtra Civitatis Graycenſis*. Tom. 1. in 8.

IVLIVS A' VESVNTIONE, natione Burgundus, ejuſdem Provinciæ Diffinitor, ac Sacrę Theologiæ Profeſſor; quem, præter ſacrarum litterarum præſtantiam, vitę integritas, morum gravitas, animi candor, & non vulgaris in Deum pietas ornaverunt; Edidit Gallicè Opuſculum in 8. ſub Titulo:

*Les Meditations deſja faites*. Veſuntione anno 1688.

IVO EBROYCENSIS (vulgò d'*Eureux*) natione Gallus, Provinciæ Normanniæ Concionator, ac Miſſionarius Apoſtolicus; qui in nova Gallia in America ingenti animarum lucro per annos plurimos magno labore, maximoque Fidei Catholicæ zelo promovendæ ſtrenuè deſudavit; Scripſit Gallicè:

*Relationem ſui itineris, & navigationis, ſociorumque Capucinorum ad Regnum Marangani: cui etiam adjunxit Hiſtoriam de moribus illarum Nationum*. Rothomagi 1654. Tom. 1. in 4.

IVO PARISIENSIS Gallus, ejuſdem Provinciæ alumnus; vir cunctorum opinione inter Illuſtriores Seraphicæ Religionis, & totius noſtri ſæculi meritò recenſendus. Hic excellentiſſimo, atque perſpicaciſſimo pollens ingenio, tantarum Scientiarum ſegete factus eſt dives, ut Galliæ Phęnix hac noſtra ætate communiter ſit appellatus. Spretis enim quibuſ-

buſcunque in Religione honoribus, ac muneribus, ſolitudinem innocentiæ quęrens amicam, ſanctis ſtudiis totum ſe dedit: in quibus, ipſi rara contemplanti, ſacraſque litteras meditanti, nunquam defuit, quod diceret, aut ſcriberet. Lingua enim ejus verè fuit calamus ſcribæ velociter ſcribentis; dignèq; inter eloquentiſſimos, & erutitiſſimos Scriptores, & linguæ Gallicæ peritiſſimos à Petro Daviſio in ſua mundi Hiſtoria recenſitus apparet. Vir iſte egregius, non ſolùm de Religione Seraphica; ſed & de Vniverſa Eccleſia optimè meritus, zelum, pietatemque ſuam patefecit verbo, & ſcriptis in ſuſcepta, tum noſtri Ordinis, tum aliorum Mendicantium defenſione contra quendam Galliæ Epiſcopum, qui nimio ardore, & ſpiritu vehementi actus, ex multis ſcriptis in omnem Religioſorum, maximè autem Franciſcanorum ſtatum longa annorum ſerie invehi non ceſſavit; quantumvis à Romana Curia non ſemel fuerit admonitus, ut ab hujuſmodi invectivis ſuæ dignitati indecoris abſtineret; & aliquot ejus libri à Sacra Congregatione Indicis librorum publicè fuerint proſcripti. Contra hunc ſcripſit P. Ivo Gallico Idiomate librum verè aureum ſub hoc Titulo:

*Felices eventus Pietatis*; ſeu, *Triumphus vitæ Religioſæ adverſus illam impugnantes*. Opus ab omnibus miris modis commendatum, ſolemni Regiorum Theologorum examine, & approbatione confirmatum. Pariſiis Tom. 1. in 4. & in 8. 1638. & pluriès ſequentibus annis in 8. & in 16. in 2. Tom. *Contra hunc librũ, ut ſcribit R.P. Arturus Monaſterienſis in Prologo ad Martyrologium Franciſcanum, inſurrexerunt quidam Neoterici illum impugnantes, qui quemadmodum Patres eorum converſi ſunt in arcum pravum, & in vanum laboraverunt. Arcus quippe eorum confractus eſt: librorum, & argumentorum vis fuit enervata, periitque memoria eorum cum ſonitu: è contrario autem veritas ſtetit, & tempus omne nubilum diffugit per ejuſdem Patris Ivonis:*

*Declarationem quarundam propoſitionum ex prædicto ſuo Opere non adeò ſincerè extractarum*: quæ prodiit Pariſiis anno 1630. in 4. Nihilominus duo Tyrones adverſus eam denuò conati ſunt linguas ſuas acuere ſicut ſerpentis. Vnus eſt Anonymus, alter verò ementito nomine Matthæus de Plis vocatus. Primus Anonymi libellus ſic intitulatur: *Examen Proliloquii libri Patris Ivonis Pariſienſis Capucini*, & fuit impreſſus 1643. Indignus certè nomine, quippe qui careat Doctorum approbatione, Regia licentia, impreſſionis Officina, refertus autem ſit non paucis falſitatibus, detractionibus, & conviciis, ac Lemanicum ſentiat odorem Gherardi de Sancto Amore, Guilelmi de Abbatis-Villa, necnon Richardi Armachani patrocininium ſuſcipiat; horumque inſanum, & impium errorem, jam ab Eccleſia damnatum reſuſcitet. Alter verò, qui linguæ gladium exeruit contra ſupradictam P. Ivonis declarationem, ejuſque Opus præclariſſimum,

mum, fuit, ut dictum eſt, Matthæus de Plis ementito quidem nomine, ſed non incognitus, qui libro à ſe compoſito hunc præfixit Titulum: *Trjumphus virtutum ſuper vitia*; licèt ironicè ſic dici poſſit, ut ipſemet fatetur in Prologo ſui Operis; cùm more inverſo agat de iis, quæ promiſerat in Titulo: eadem enim, quæ ſuperiùs Anonymus diſſerit, immò & multo plura addidit, procaciterque defendit, ſed Andabatarum more, & licentia penitùs effrœnata. Veruntamen in camo, & frœno maxillas eorum conſtrinxit idem P. Ivo in hoc ſuo præclaro Opere, quod denuò imprimi fecit, & per Arreſtum Senatus-conſulti Regii eodem anno 1633. datum, publicè iidem libelli fuerunt proſcripti.

Nec ſic contriti, ac confuſione referti ceſſerunt, ſed rixas rurſus ineuntes, & lites, dum quarta jam editione præfatus liber P. Ivonis prælis cuderetur, Rex Chriſtianiſſimus pro ſua benignitate, ut iis obviam iret, Regni Francici pacem allaturus, totum negotium tribus ſuis Profeſſoribus in Sacra Theologia Almæ Pariſienſis Vniverſitatis demandavit; quatenus hujuſce libri iterata examinatione, diſſidium ſopiretur, & clamor. Re igitur ad Facultatem ipſam Theologicam delata, Regi aſſenſum ultrò præbuit, communibuſque votis eoſdem Regios Profeſſores; viros utique vita, & doctrina inſignes ſelegit, qui ſuæ Majeſtatis intentioni impensè obſecundarent, horumque teſtimonium publico Inſtrumento confectum hìc damus.

*Nos ſubſignati Doctores, ac Profeſſores Regii in Theologica Facultate Pariſienſi, ex mandato ſpeciali nobis expreſsè à Sua Majeſtate facto legendi, maturèque inſpiciendi librum R. P. Ivonis Pariſienſis Concionatoris Capucinorum Ordinis intitulatum*: Felices ſucceſſus, ſeu, vitæ Religioſæ Trjumphus, quarta editione impreſſum: *Omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, certificamus ipſum ſeriò examinaſſe, nihilque in eo reperiiſſe, quod non ſit Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ, vel bonis moribus conſonum: quinimò in eo quamplura obſervavimus cunctis fidelibus, maximè vitam Religioſam profitentibus, ſeu profiteri cupientibus valdè utilia, ut ab optimis, laudatiſque eorum deſideriis haud retardentur, vel impediantur ob fucatas, prætenſaſque rationes, quas nonnulli in contrarium producere valerent. In quorum fidem his noſtrum appoſuimus manuale apographum hac 2. die Novembris anni 1633.*

A. du Val. N. Iſambert.
I. L. ESCOT.

Quæ omnia unà cum objectis allatis, & reſponſis factis partibus præſentibus, & auditis, extemplò cuſa prælo publici juris evaſerunt.

Scripſit etiam P. Ivo alia plura Volumina, quorum hìc exponimus Titulum:

*Theologiæ Naturalis Tomos quatuor*. In primo *agit de Exiſtentia Dei, & Creatione mundi*. In ſecundo *de Immortalitate Animæ, de Angelis*,

*gelis*, *& Dæmonibus*. In tertio *de Perfectionibus Divinis in particulari de Providentia Dei*, *& Iuſtitia*. In quarto *agit de Religione*; *quòd Chriſtiana Religio ſit vera*, *& de ejuſdem Myſteriis*. Pariſiis apud Dionyſium Thierry 1638.

*Moralis Chriſtianæ Tomos quatuor in* 4. In primo Tomo agit *de Morali Chriſtiana in univerſum*, *& in particulari de Officiis hominis erga Deum*. In ſecundo *de directione vitæ ſingularis*. In tertio *de vita publica*, *œconomica*, *& politica*; & in quarto *de uſu bonorum*, *& malorum*, *ubi etiam agitur de Gratia contra Novatores*. Ibidem apud eundem 1638.

*Progreſſus Divini amoris Tomos quatuor in* 8. In primo *agitur de Divino amore naſcente*. In ſecundo *de Divino amore patiente*. In tertio *de Divino amore operante*; & in quarto *de Divino amore fruente*. Ibidem 1644.

*De Poteſtate Romani Pontificis adverſus Lutheranos*, *Calviniſtas*, *& alios Hæreticos*. Tom. 2. in 4. 1643.

*Tractatum de Indifferentia humanorum actuum*. Tom. 1. in 8. Ibidem apud eundem 1645.

*De Agente Dei in humanis*, *qui cenſuram exercet in rebus Eccleſiaſticis*, *œconomicis*, *& Politicis*. Tom. 1. in 4. Ibidem 1646.

*De Operibus Miſericordiæ in genere*, *& in ſpecie*. Tom. 2. in 4. apud Thierry 1650.

*De vanis peccantium excuſationibus*, *quæ omnes ſingillatim diſſolvuntur*. Ibidem 1662. Tom. in 4.

*De Perfectione Religioſa*. Tom. 2. in 4. Ibidem apud eundem 1649.

*Inſtructiones Religioſæ ex Chronicis*, *& Annalibus Fratrum Minorum excerptæ*. Tom. 1. in 4. Ibidem 1661.

*De Inſtitutione & Officiis viri Religioſi*. Tom. 1. in 8. Rhedonis 1653.

*Tractatus de neceſſitate*, *in quo docetur ab omni neceſſitate Morali expedita libertas*. Tom. 2. in 8. Ibidem 1654.

*Regulæ Morales cum ſuis exceptionibus*. Pariſiis 1680.

*Pœnitens Chriſtianus*. Ibidem 1680.

*De Principe*, *& Viro Nobili Chriſtiano*. Tom. 1. in 8. Ibidem 1679.

*Le Magiſtrat Chreſtien*. Tom. 1.

*Les Fauſes opinion du Monde*. Tom. 1.

*Les Maximes Morales avec leurs Exceptions*. Tom. 1. in 8. Omnia ſuccenſita Opera fuerunt ab eo compoſita, & impreſſa Idiomate Gallico; quæ tamen poſteà ab eodemmet Auctore in latinum converſa annis 1675. & 1676. denuò fuerunt prælo ſubmiſſa Pariſiis anno 1677. apud Thierry.

Plura alia ſcripſit, & edidit Latinè; & ſunt quæ ſecuntur:

*Digeſtum Sapientiæ*, *in quo habetur Scientiarum omnium rerum divinarum*, *& humanarum nexus*, *& ad prima principia reductio ſub combinatis terminis Artis Lullianæ*, *ſub quibus tractantur omnes quæſtiones*

nes *Morales, Politicæ, & Theologicæ*, Opus in quatuor Tomos in folio diſtributum. In primo *continentur omnia principia abſoluta*. In ſecundo *omnia principia relativa*. In tertio, & in quarto *habetur Supplementum omnium materiarum, quæ deſunt in prioribus Voluminibus ſeparatim*. Tres primi Tomi fuerunt impreſſi Pariſiis annis 1658. & 1659. prima editione apud Dionyſium Thierry. Editio tamen, quæ facta eſt ibidem 1660. & 1661. eſt locupletior, & ad commodum Concionatorum ab ipſomet Auctore Indice copioſiſſimo ditata. Quartus Tomus fuit impreſſus Lugduni apud Laurentium Aniſſon anno 1672.

*Ius Naturale rebus creatis à Deo conſtitutum. Opus intentatum, in quo leges naturales ab omnibus creaturis obſervatæ recenſentur, & explicantur*. Tom. 1. in fol. 1658.

*Fatum Mundi, ſeu, totius Orbis Horoſcopus*. Tom. 1. in fol. Rhedonis 1656.

*Diſſertatio de libro, cujus Titulus eſt: Aſtrologiæ nova methodus ad Ampliſſimos viros Senatus Britannię Armoricæ*. Pariſiis 1659. Tom. 1. in folio. Vivebat adhuc in veneranda ſenecta anno, quo hæc primò ſcribebamus 1679. die 5. Martii, & in Conventu Pariſienſi varia componebat Opera, multoſque ſuæ vitę exemplo, & ſcriptis ad perfectionem, & ſancta ſtudia provocabat. Nunc verò, cùm iſta ſic aucta iterùm prælo damus, plenum dierum, ac meritorum, relicta in libris ſui immortali memoria, ad immortalem coronam ſibi paratam in Cœlis evolaſſe accepimus Pariſiis anno ........ De eo meminerunt honorificè omnes ferè Scriptores Galliæ noſtri temporis. Vvaddingus de Scriptoribus Ordinis Minorum, & alii.

IVO TRECORENSIS, Gallus, Provinciæ Britanniæ Concionator, Miſſionarius Apoſtolicus in Palęſtina, & Syria, ubi plurima tulit perpeſſu aſpera, ac utilis Operarius multos Infidelium, & Schiſmaticorum Chriſto, & Eccleſiæ aggregavit; Scripſit Arabico Idiomate libros ſub infra poſitis Titulis:

*Flores Hiſtoriarum ex omni materia, & ex omnibus Myſteriis Fidei noſtræ ad convincendos, & convertendos Hereticos, Schiſmaticos, & Turcas*. Tom. 1. in folio.

*Reſurrectio peccatorum modo prędicabili*. Tom. 1. in 4.

*Conciones modo doctrinali contra peccata, quæ committuntur ordinariè in Syria, ac Palęſtina, cum Doctrina faciendo Populo omni temporè à Paſtoribus, & Miſſionariis*. Tom. 1. in 4.

*Duodecim Portæ, in quibus dignoſcitur, & oſtenditur quæ falſa ſunt à creatione mundi uſque ad iſta tempora; & quæ ventura ſunt in Iudicio, & poſt Iudicium*. Tom. 1. in fol.

*Meditationes Chriſtianæ pro quolibet die menſis: additur in fine libri tractatus de Moribus Chriſtianorum*. Tom. 1. in 4.

*Tractatus de peccato mortali*. Tom. 1. in 8.

*Ampla Doctrina Divi Caroli*

*Borromæi illuſtrata exemplis modo prædicabili*. Tom. 1. in 4.

*Nutrimentum animæ extractum ex viſitatione Terræ Sanctæ*. Tom. 1. in 8.

*Conciones pro tempore Adventus*. Tom. 1. in 4.

*Conciones pro tempore Quadrageſimæ*. Tom. 2. in 4.

*Conciones de Sanctis Apoſtolis*. Tom. 1. in 4.

*Conciones de Beatiſſima Virgine MARIA*. Tom. 1.

IVSTINIANVS TVRONENSIS, Gallus, Provinciæ Turoniæ filius; vir à doctrina, ac rebus arduis peragendis ſatis commendatus; ſed apoſtolica in primis charitate clarus, qua per totum viginti annorum ſpatium ſub Miſſionarii Apoſtolici titulo inter Populos Palęſtinæ, Syriæ, Armeniæ, & Græciæ animarum ſaluti incubuit, & plurimos è denſiſſimis infidelitatis, ac errorum tenebris ad Fidei Chriſtianæ, & Catholicæ lumen adduxit. Scripſit Idiomate Latino, Arabico, & Armeno;

*Librum Controverſiarum pro cõvincendis Infidelibus, & Schiſmaticis*.

*Catechiſmum, ſive, Doctrinam Chriſtianam Idiomate Arabico*. Edidit etiam ſub fictitio nomine D. Michaelis de Febure aliud volumen Italicè, cujus Titulus eſt:

*Teatro della Turchia, dove ſi rappreſentano i diſordini di eſſa, il genio, la naturalezza, & i coſtumi di 14. Nationi, che l'habitano*. Mediolani apud Heredes Antonii Malateſta anno 1681. in 4. cùm priùs, ſed valdè diminutum, fuiſſet impreſſum Romæ apud Tinaſſium 1657. in 8.

IVSTINVS A' NVRSIA, natione Italus, Provinciæ Sancti Franciſci alumnus; vir Deo, & hominibus amabilis, animi ingenuitate, morum elegantia, ac mentis humilitate mirificè decoratus: patientia, paupertate, abſtinentia, aſſiduaque oratione plurimùm præſtans: qui etiam per longam annorum ſeriem ad Novitiorum educationem in ſua Provincia deputatus, multos perfectos utriuſque hominis cultores Religioni dedit; Scripſit aliqua Opuſcula Spiritualia, inter quæ extat libellus:

*De oratione mentali*, qui fuit jam impreſſus Venetiis 1593. abſque nomine Auctoris. Miraculis, ac ſpiritu prophetico illuſtris obiit Amerię in Vmbria anno 1594. Ejus vitam deſcribit Boverius Tomo 2. Annalium Capucinorum ad annum prędictum.

IVSTVS BONAFIDES, natione Picenus, Patria à Sancto-Iuſto, Provinciæ Marchię alumnus: vir iſte illuſtre ſuum genus præcipuarum virtutum cumulo adauxit; ſed præcipuè inſigni pietate erga Beatiſſimam Virginem MARIAM, ejuſq; Immaculatam Conceptionem, quam multis obſequiis quotidie excoluit, ejuſque cultum ubique in cordibus hominum ingerere ſummoperè ſtuduit. Ipſius merita clariſſimè patent ex Præfecturis, & dignitatibus, quas pluribus in locis cum omnium applauſu apud nos geſſit. Sex enim annorum ſpatio ſuam Picenam Pro-

vin-

vinciam ſub Miniſtri Provincialis titulo ſanctiſſimè gubernavit. Per totum quinquennium Provinciam Styriæ, ibidem Commiſſarii Generalis munus agens, mirificè ſuis virtutibus illuſtravit. Idem onus in Provincia Aprutiorum magna ſanctimoniæ laude, & ac obſervantiæ ſeraphicę zelo fideliſſimè ſuſtinuit, & prætcrea in Hungaria multa ſuę charitatis, prudentiæ, ac doctrinæ ſpecimina dedit. Scripſit, & evulgavit duo Opuſcula ſub nomine Bruti Bonafides ejus Fratris, & ſunt:

*Tractatus de Sacramento pœnitentiæ, in quo inſtruuntur Fideles, ut Sacramentum hoc cum fructu recipiant*, ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D.D. Ioannem Baptiſtam Rinucinum Archiepiſcopum Firmanum. Maceratę apud Ioannem Carbonum anno 1626, in 16.

*Soliloquia Sacra, & devotiſſima.* Ibidem 1626. in 16.

Scripſit inſuper Opus in tres libros diviſum prænotatum Italicè:

*Piccoliſſimo Tributo offerto alla Sourana Regina dell' Vniverſo*: quod Timaleo Bonafides ejus nepos Paduæ excudi curavit anno 1661. in 4. De eo meminit Maraccius in Append. Biblioth. Marianæ pag. 74. Devotiſſimè curſum vitæ conſummavit in noſtro Conventu Firmano, ubi erat Guardianus anno 1631. ejuſque funera ab eodem Archiepiſcopo unà cum Clero magna Nobilium manu ſtipato honorata fuerunt. Ejus geſta deſcribuntur à Matiſconenſi Tom. 3. Annal. ad annum prædictum §. 36.

IVSTVS A MONTE-VLMO, natione Italus, Provinciæ Picenæ alumnus, Sacræ Theologiæ Profeſſor, pluriès Miniſter Provincialis, ac totius Ordinis Diffinitor Generalis: vir in ſacris litteris inſigniter verſatus, Theologus profundus, Concionator fervidus, eloquii efficacia, ſermonis ſuavitate, prudentia in agendis, ac conſilio maximè præcellens, Seraphicæ Regulæ admodum ſtudioſus, paupertatis altiſſimæ vividus zelator, magnæ pietatis, ac paris etiam apud Fratres auctoritatis; Scripſit:

*Expoſitionem in Regulam Fratrum Minorum.*

*Hymnos Sacros in laudem Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, & S. Ioſeph ejus Sponſi: adjunctis aliis devotis orationibus.* Venetiis anno 1629. De eo meminit Pagnotius lib. de MARIA Trjumphante Corona 3. cap. 65. pag. 791.

IVVENALIS ANNANIENSIS, natione Germanus, alumnus Provinciæ Tirolenſis, Concionator pręclaris eloquentię dotibus, ac ſpiritus fervore pręornatus, Sac. Theologiæ Profeſſor illuſtris, Religionis Catholicę acerrimus propugnator: ſingulari morum integritate, omniq; eruditionis genere inſtructus, ſuęque Provincię ſemel & iterùm per integrum triennium ſapientiſſimus Moderator. Varia edidit Opuſcula latino Idiomate; & ſunt:

*Manuductio Neophiti*, ſive, *Clara, & ſimplex inſtructio Novitii Religioſi.* Auguſtæ Vvindelicorum 1680. in 8.

Edi-

Edidit etiam Italicè, ac typis evulgavit:

*Compoſitiones piiſſimi, ac devotiſſimi F. Thomæ Bergomenſis Laici Capucini; viri magnæ pietatis, ac orationis dono plurimùm inſigniti.* Quæ compoſitiones, ſicut Auguſtiſſimo Imperatori hodie feliciſſimè Regnanti dedicatæ fuerunt, ita ei ſic placuerunt, ut eaſdem apud ſe retinere, & quotidie aliquam ex ipſis legere conſueverit; cùm anteà ex ſua innata pietate, & devota in præfatum piiſſimum virum devotione, omnes Typographici laboris expenſas liberaliter ſolvere dignatus fuerit. Fuerunt impreſſæ Auguſtæ Vvindelicorum apud Simonem Vzchneider anno 1682. ſub Titulo Italico: *Fuoco di Amore*. Eodem anno, & loco edidit brevem Confutationem latinam in 4. cujuſdam impii, ac hæreticiliſbelluli Ioannis Scheiblen Prædicantis Lutherani in Haſſia, qui nititur concutere, & evertere miraculorum veritatem. Titulus Confutationis eſt:

*Neceſſaria Defenſio contra injuſtum aggreſſorem.* Ibidem 1684. Scripſit etiam, & typis dedit aliud Opus Myſticum ſub Titulo:

*Solis Intelligentiæ, cui non ſuccedit nox lumen indeficiens, ac inextinguibile; ſeù, immediatum Chriſti Crucifixi internum magiſterium.* Auguſtæ itidem Vvindelicorũ apud eundem Typographum anno 1686. Tom. 1. in 4. Item ſcripſit:

*Artis magnæ ſciendi breviſſimam Synopſim.* Tom. 1. in 8.

# L

LACTANTIVS AB INTERAMNIA, ex nobili Mazzancoliorum Familia, Provinciæ S. Franciſci alumnus. Hic anno ætatis ſuæ 20. habitum Capucinorum induens, non modò nihil ſuæ proſapiæ detraxit, immò eandem egregiarum virtutum ſplendoribus plurimùm illuſtravit. Vir fuit mente, & corpore puriſſimus: humilitatem, & ſui ipſius contemptum maximè excoluit: divini amoris igne totus incanduit, & ad ſola divinę charitatis verba liqueſiebat anima ejus, totúſque in lacrymas ſolvebatur. Summa animi intenſione in oratione lucis aciem in Deum intendebat, eumque ſemper in omnibus ſuis actionibus præſentem aſpiciebat: maxima etiam virtute, & efficacia in ſuadendo fuit à Deo decoratus, ejuſque verba ſemper, & ubique deſideratum ad animarum utilitatem effectum conſequebantur. Scripſit:

*Volumen Epiſtolarum Moralium, & Spiritualium varii generis.* Habentur M. S. Longa, & ſæviſſima infirmitate probatus, à qua etiam ſanari renuit, ut ſic meliùs Chriſto ſuo compateretur, feliciſſimè obdormivit

vit in Domino in noſtro Conventu Tuderti anno 1619. ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſexto. Ejus vita deſcribitur à Matiſconenſi Tomo 3. Annalium Capuc. ad annum datum.

LAMBERTVS MASPVRGENSIS, natione Germanus, Provinciæ Bavariæ Diffinitor, fructuoſus Eccleſiaſtes, in Controverſiis Fidei, ac Sacrarum litterarum intelligentia admodum verſatus; Scripſit, & Typis dedit:

*Libros quinque Controverſiarum contra Lutheranos, & Calviniſtas.* Monachii 1684.

LAVRENTIVS AVRELIANENSIS, Gallus, Concionator Provinciæ Turoniæ, Confeſſarius Capucinarum Aurelianenſis Monaſterii: vir devotis moribus inſtructus; habemus ex ipſo Opuſculum Spirituale ſic prenotatum:

*Mors Myſtica, ſeu, Mors vitæ propriæ animæ per voluntariam ipſius demiſſionem in manu Dei, Part. 3.* Pariſiis 1684.

LAVRENTIVS A' BRVNDVSIO, natione Italus, Provinciç Venetiarum alumnus, ejuſdem Provinciæ, ac etiam Genuenſis, & Etruriæ Miniſter Provincialis: in Provinciis Coloniæ, & Bohemiæ Viſitator, ac Commiſſarius Generalis, ac demum totius noſtri Ordinis Miniſter Generalis electus Romæ anno 1602. die 24. Maii. Vir nonminus excelſæ doctrinæ titulis, omniumq; ferè linguarum, præcipuè Hebraicæ ornamentis illuſtris, quàm admirabili ſanctitatis culmine, & copioſa miraculorum gloria toti penè Orbi notiſſimus. Qui ob exquiſitam in rebus agendis prudentiam, ac miram dexteritatem, non ſolùm in Religione, quæ illum, ut Angelum Dei ſemper eſt venerata; verumetiam à Summis Orbis Regibus, ac Principibus, atq; ab ipſiſmet Chriſti Vicariis maximo fuit habitus honore. Qui totus Deo deditus, totus Chriſti Ieſu, & Virginis Matris obſequiis devinctus, paupertatis Evangelicæ rigidus obſervator, puritatis Angelicæ dono ditatus, invicta animi fortitudine decoratus, Paſſionis Dominicę aſſiduus meditator, erga Sacramentum Altaris mirabiliter affectus, in Sacroſancto Miſſæ Sacrificio celebrando tanto efferbuit Divini amoris incendio, ut ſemper copioſas lacrymas effundens, raptus etiam diuturnos, atque ecſtaſes patiens, in illis uſque ad quatuor communiter, aliquando ad ſex, & octo, & etiam ad duodecim horas magna cum adſtantium admiratione perſeveraverit. Qui fide claruit, ſpe enituit, charitate refulſit, zelo Religionis, animarum, & Fidei Catholicæ totus exarſit, omnibuſque toto vitæ ſuæ tempore ſe in perfectione mirabili univerſæ ſanctitatis clariſſimum exemplar exhibuit. Multa ſcripſiſſe, eaque piiſſima, non dubitamus. Attamen ſolùm vidimus:

*Expoſitionem in Prophetam Ezechielem.*

*Sermones varios de Tempore.*

*Epiſtolas quatuor, quas Generalatus ſui tempore direxit ad univerſos Religionis Fratres pro perfecta Seraphicæ Regulæ obſervantia.*

*Tractatum de modo concionandi,*

in

*in quo aſſignantur multæ Regulæ novis Prædicatoribus neceſſariæ.* Miraculis, gratia curationum, & prophetiæ dono illuſtris, ad Sanctorum pręmia pervenit in Civitate Vlyſſipone, dum apud Regem Catholicum res graviſſimas ageret anno 1619. die 22. Iulii Divæ Mariæ Magdalenæ ſacra circa ſolis occaſum, ætatis ſuæ 62. eoque defuncto, vivax in ejus reliquiæ gratia ſanitatum permanſit; tantaque fuit ſignorum copia, quę ejus interceſſione patrata ſunt, ut de Vrbani VIII. Summi Pontificis mandato juridica eorum perquiſitio decreta fuerit. Ejus funera in omnibus ferè Europę Civitatibus, ob tanti viri merita, devotè, & ſolemniter celebrata fuère, & Veronæ præcipuè, ubi die anniverſaria depoſitionis ejus ſummo Populorum concurſu in Eccleſia Cathedrali per plures annos ſolemni Officio commemorata. Claudius ........ I.C. Veronenſis in grati animi obſequium, & devoti cordis affectum nomine totius Civitatis hoc Epitaphium, ſive, Inſcriptionem tumulo appoſuit.

*Laurentium Brunduſinum*
*Divini eloquii Concionatorem*
*Ex Ordine Seraphico*
*Capucinorum*
*Noſtra tempeſtate primarium,*
*Nihil terreni habentem*
*In terris commorantem aſpeximus.*
*Ad Cęlum nunc translatum intueamur:*
*Cujus intaminati mores,*
*Vita irreprehenſibilis,*
*Mors Religioſiſſima,*
*Innumera miracula,*
*Fama ſanctiſſima*
*Sunt in cauſa, ut Paſtor Summus*
*Inquiſitione non levi præambula*
*Palàm profiteatur*
*Ejus nomen inter Divos referre.*
*Quòd nunquam tam citò eveniſſe*
*Nos monumenta docent:*
*Hunc itaque Patronum apud Deum eligamus;*
*Vt petitionum noſtrarum*
*Compotes fieri certò certiùs ſperare*
*Poſſimus.*

De hoc Sancto viro Magiſter P. Ildephonſus Fernandez in ſua Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 3. cap. 5. ſic honorificè loquitur: *Pater Laurentius*

*tius Brunduſinus, qui fuit Generalis Capucinorum, & Commiſſarius Alemaniæ, multum fructum attulit Eccleſiæ, Hæreticos debellando ſuis igniтis ſermonibus. Ejuſdem Patris Laurentii opera Liga Catholica in Imperio ſtabilita inter Cæſarem, Hiſpaniarum Regem, & Ducem Bavariæ. Hinc propulſatus Palatinus ante viginti quatuor annos circiter, demùm ignominiose profligatus; & noviſſima hac victoria Religio Catholica in Germania propagata: cujus progreſſus, inſtigante Sathana, funeſtis his bellis noſtris peccatis exigentibus tantiſper retardatus. Hujus viri magis excrevit fama poſt mortem, ut pro vita, & ſignis examinandis, jam formari proceſſus cœperit; & præ lætitia geſtio, quòd Neapoli in proceſſu auctoritate ordinaria fabricato, Romamque tranſmiſſo, Iudex in accipiendis atteſtationibus aſtiterim.* Hæc ille. Videantur etiam Lopez lib. 13. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Gravina in voce Turturis ubi de Capucinis, Ardinghellus Oſtenſ 4. Coriolanus in Breviario Chronologico, Martyrologium Franciſcanum undecimo Kal. Auguſti, Io: Baptiſta à Peruſio in prælудio ad vitam B. Felicis, Thielmans Tom. 1. Vitarum SS. Seraphici Ordinis, & fuſiùs omnibus Marcellinus de Piſè, qui ejus vitam luculenter deſcripſit Tomo tertio Annalium Capucinorum ad annum 1619.

LAVRENTIVS LVCENSIS, natione Italus, Provinciæ Etruriæ Concionator, ac Diffinitor; vir doctus, Sacræ Theologiæ Profeſſor eruditus, perſpicaci, & accurata præditus ingenii induſtria: qui doctrinæ præſtantiam, & ſermonis elegantiam religioſæ morum integritati ſemper conjunxit. Scripſit, & edidit Italico Idiomate:

*Conciones Quadrageſimales Tom. 1. in 4. ſub Titulo: Metafore Sacre &c.* Florentiæ apud Hippolytum de la Nave anno 1676.

Edidit etiam alias Conciones ſeparatas, inter quas extant:

*Sermones 40. Horarum, & Conciones pro omnibus Sabbatis Quadrageſimæ.*

*Sermo ab eo habitus in occaſione primæ celebrationis miſſæ novi Sacerdotis ſub Titulo: Il Sancta Sanctorum.* Lucæ apud Hyacinthum Paci anno 1671.

LAVRENTIVS A' MONTE-POLITIANO, natione Italus, Provinciæ Etruriæ alumnus, & in Provinciis S. Franciſci, & Aprutiorum Miniſter Provincialis: vir optima naturæ indole, mira animi benignitate, morumque ſuavitate decoratus; ad maximas quaſque res pertractandas, ad majora munia obeunda, & ad quaslibet inimicitias, ac diſſidia ſedanda, prudentiſſima præditus induſtria: vitæ puriſſima innocentia, perfecta Regulæ obſervantia, aſſiduæ orationis ſtudio, profunda cordis humilitate, omniumque evangelicarum virtutum exemplis illuſtris; Scripſit ad Novitiorum inſtructionem, quorum educationi per plures annos ſolicitè præfuit:

*Tractatum de externa hominis compoſitione, & hominis interioris*

abnegatione ex *Sancti Bonaventuræ Opuſculis extractum.* Vidimus M.S. Magna cum ſanctimoniæ fama vitæ curſum peregit in Civitate Pennæ Provinciæ Aprutiorum anno 1601. ſexto menſe antequam è vivis excederet die ſui obitus prænunciato. Videndus Boverius Tom. 2. Annal. ad annum 1601.

LAVRENTIVS PARISINVS Gallus, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac pluriès Diffinitor: vir in ſpiritualis vitæ documentis magiſterio excellens: Theologiæ Myſticæ Doctor egregius, ac propter ejus morum ſanctitatem Deo, & hominibus multum amabilis: qui etiam verbum Dei in illuſtrioribus Galliæ Civitatibus magno cum ſpiritus fervore diſſeminando, uberrimos animarum fructus ex eo collegit, quamplurimos Chriſto, & Eccleſiæ filios reportando; Scripſit duo piiſſima Volumina, quorum Titulus eſt:

*Palatium Divini amoris inter IESVM, & animam Chriſtianam: in quo quævis perſona, tam ſæcularis, quàm Religioſa videre, & invenire poſt regulas Deum, & proximum perfecte amandi.* Prima editio hujus libri facta eſt Pariſiis anno 1614. apud Carolum Cuſtellanum. Secunda ibidem 1626. apud Dionyſium de la Novè. Tom. 1. in 4.

*Periſtromata Divini Amoris*, ſeu, *Paſſio, & mors Domini noſtri IESV Chriſti ſecundùm Hiſtoriæ evangelicæ veritatem in quatuor libros diviſæ: dolores Chriſti internos, centum & quatuor contemplationibus compræhenſos, continentes.* Pariſiis apud Viduam Nicolai Buon anno 1631. Tom. 4. in 16. ex Vvaddingo de Scriptor. Ordin. Minorum. De eo meminit honorificè Eminentiſſimus D. Io: Cardinalis Bona de Myſtica Theol. cap. 5. & ſeq.

LAVRENTIVS DE PERTVSIO Gallus, Provinciæ S. Ludovici Concionator, Diffinitor, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor, vir litteris, ac prudentiæ nomine laudatus: qui etiam ſemel & iterùm eandem Provinciam per integrum ſexennium ſapienter moderatus eſt. Scripſit Gallicè:

*Vitam Ven. Servi Dei Fr. Bernardi à Corleone Capucini, viri maximæ ſanctitatis, de quo ad præſens fiunt Romæ proceſſus pro ejus canonizatione.* Pariſiis 1684.

LAVRENTIVS DE SCHINIFFY, Concionator Provinciæ anterioris Auſtriæ, quæ virum verè pium, & doctum nobis exponit. Scripſit, & Typis dedit:

*De Chriſto, & anima pœnitente Opuſculum in* 8.

LAVRENTIVS VERONENSIS, Provinciæ Venetiarum alumnus; vir ſalutis animarum zelo plenus, qui Concionatoris munus per totum ſuæ vitæ decurſum quotidie ſine intermiſſione exercuit, plurimoſque utriuſque ſexus ad pœnitentiam converſos ad Religioſam vitam amplectendam ſuis ignitis ſermonibus induxit: qui etiam humilitate, & charitate inſignis, divinis contemplationibus aſſiduus, & abſtinentia ſingularis, præter dies, quos omninò impaſtos ſæpiùs præteribat,

ſicut

ſicut & noctes inſomnes, acerbis, crebriſque flagellationibus magna cum ſanguinis effuſione ob Chriſti paſſionis memoriam, carnem dilaniavit; &, quòd valdè mirandum eſt, eo ſic jejunante, corpuſque ſuum e...ruciante, robur ejus non excidebat; immò tanto animi fervore, ac vocis fragore concionabatur, ut omnes ſtuperent, audientes eum ardore tanto in nefarios homines, ac eorum vitia declamantem. Scripſit:

*Sermones aliquot de Sacramento Pœnitentiæ, & alias Conciones, quæ abſque ejus nomine circumferuntur.* Alii ejus Sermones de Tempore aſſervantur M. S. Obiit devotiſſimè Veronæ anno 1631. ejuſque geſta deſcribuntur à Matiſconenſi Tom. 3. Annal. Capuc. ad annum predictum §. 102.

LAVRENTIVS MARIA GENVENSIS, ejuſdem Provinciæ alumnus; vir doctrina, & religioſis moribus candidus: qui Romæ, Venetiis, Florentiæ, Vrbini, Lucæ, Maceratæ, OEneponti, ac in aliis Italiæ Civitatibus divino fuit clarus eloquio, & excellentiori eruditione conſpicuus: Philoſophicam, ac Theologicam Cathedram apud Noſtros doctè ſuſtinuit, exactioriſque obſervantiæ zelo fervidus, Guardiani, Diffinitoris, & Cuſtodis pluriès munia fideliſſimè geſſit, ac demum Miniſtri Provincialis in noſtra Provincia ſumma cum laude per ſexennium partes egit; Edidit Concionem ab eo habitam ad Excellentiſſimum Senatum Reipublicæ Lucenſis Sabbato ante ſecundam Dominicam Quadrageſimæ anni 1670. cui hunc præfixit Titulum:

*Il volere Divino vera Corona de' Principi.* Prodiit Lucæ apud Hyacinthum Paci eodem anno 1670.

LEANDER DIVIONENSIS, natione Gallus, Lugdunenſis Provinciæ Diffinitor; vir omnigena doctrina, ingeniique profundi dotibus ornatus; Theologus inſignis, Concionator diſertiſſimus, & præclaris religioſæ vitæ exemplis admodum excultus. Scripſit, & typis ſubmiſit Opus in tres Tomos in folio diſtributum, quibus præfixit hunc Titulum:

*Veritates Evangelicæ, in quibus continentur, & comprehenduntur Myſteria vitæ IESV Chriſti, veritates Fidei Catholicæ, perfectiones Deiparæ Virginis MARIÆ, & Sanctorum, Miracula Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, Secreta ſublimiora vitæ myſticæ, & materiæ ad mores ſpectantes cum exemplis, reflexionibus, moralitatibus practicis, & affectibus devotis.* Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1659. Scripſit inſuper Latinè:

*Diſcurſus prædicabiles ſuper aureas Sententias Doctoris Gentium.* Tom. 2. in fol. Ibidem apud eundem 1665.

*Commentaria in Epiſtolas omnes Sancti Pauli Apoſtoli.* Ibidem Tom. 2. in fol. 1663. Edidit etiam alia duo Volumina Idiomate Gallico ſub Titulo:

*L'Idèe parfait de l'Amour Divin exprimèe dans l'intelligence du Cantique des Cantiques.* Tom. 2. Ibidem

apud eundem 1661.

LEANDER MEDIOLANENSIS, ejuſdem Provinciæ alumnus, Theologus, & Concionator, deſcripſit Italicè;

*Compendium vitæ, & mortis Ven. Matris Veronicæ Calcaterræ Fundatricis Collegii Virginum Præſentationis Virginis Mariæ ſub Titulo S. Philippi Nerii in Civitate Mediolanenſi*. Mediolani anno 1673. Tom. 1. in 4. apud Ludovicum Monzam.

LEANDER MONTANVS, natione Hiſpanus, Patria de Murçia, Provinciȩ Caſtellȩ Miniſter Provincialis, Catholicæ Majeſtatis Philippi IV. Concionator, ac Supremi Senatus Sanctȩ Generalis Inquiſitionis totius Regni Hiſpaniarum Qualificator. Vir fuit in ſacris litteris eruditus, in utroque Iure nobiliter verſatus, divini verbi prædicatione eximius, & in tota Hiſpania ob doctrinæ gloriam percelebris. Multa ſcripſit Opera, eaque doctiſſima, & ſunt:

*Commentaria Litteralia, & Moralia in librum Eſther*. Matriti apud Alphonſum de Parades 1647. Tom. 1. in fol.

*Diſquiſitiones Morales in primam ſecundæ Divi Thomæ, in quibus quamplurimæ novæ difficultates reſolvuntur*. Tom. 2. in folio.

Primus Tomus eſt impreſſus Matriti ſumptibus Antonii Rierii anno 1653. Secundus ibidem 1660.

*Quæſtiones Selectæ Regulares*. Tom. 1. in fol. Ibidem apud Alphonſum de Parades anno 1646.

*Quæſtiones Selectæ Morales*. Tom. 1. in fol. Ibidem apud eundem, 1649.

*Expoſitio, ſive, Commentaria in Regulam FF. Minorum*. Ibidem apud eundem 1645.

*Expoſitio ſuper Bullam Cruciatȩ*. Ibidem 1648.

*Expoſitio ſuper Regulam Clariſſarum à S. P. N. Franciſco illis præſcriptam*. Matriti apud Gregorium Rodriguez anno 1658.

*Apologia in defenſionem ſuorum Operum, præſertim Quæſtionum Selectarum contra Auctorem Anonymum*. Matriti 1655.

*Reſponſiones ad objectiones quaſdam cujuſdam viri docti ſupra expoſitionem, quam ipſe ſcripſit in Regulam Divæ Claræ*.

*Reſponſio Apologetica contra quādam quæſtionem Moralem, quam ſcripſit R.P. Chriſtophorus Delgaldillus*: in qua probare contendit contra ipſum Expoſitorem: *Quòd omne, quod continetur in ſupradicta Regula, nec quidem obligat ad peccatum veniale*. Quæ quidem quæſtio approbata, & confirmata à quamplurimis Doctoribus Hiſpanis, evulgata fuit à Delgaldillo, & typis mandata Matriti anno 1666. & etiam ſecunda, & tertia vice in alia Civitate Hiſpaniæ.

*Apologia in defenſionem Annaliū Capucinorum P. Zachariæ Boverii*.

*Liber Apologeticus in defenſionem aliquarum Propoſitionum, quas expoſuit quidam Concionator in ſuis Sermonibus habitis in Eccleſia Cathedrali Segorbienſi anno 1642*.

*Memoriale Apologeticum pro*

Miſ-

*Miſſione Capucinorum in Provinciam de Caraças.*

*Memoriale alterum Apologeticũ, in quo probat: Quòd Patres Provinciales Hiſpaniæ convocati ad Capitulum Generale anni* 1643. *non tenebantur in conſcientia ire Romam, ubi erat celebrandum.*

*Memoriale ad modum diſputationis Moralis, quam tranſmiſit Reverendiſſimo P. Ioanni à Montecalcrio Miniſtro Generali, in quo repræſentat inconvenientia, quæ neceſſario exoriri debebant in executione cujuſdam novæ Conſtitutionis.*

*Manifeſtum in defenſionem Seraphicæ noſtræ Religionis contra calumnias aliquorum adverſus eam malignantium.*

Scripſit etiam Hiſpanico Idiomate aliud Opus ſub Titulo:

*Llave Maeſtra, y Eſcudo de la verdad.* Quod Opus dividitur in duas partes. In prima continetur *Explicatio Bullarum Innocentii Papæ X. in quibus ſuſpendit omnes Indulgentias, & Facultates abſolvendi à caſibus reſervatis, durante anno Sancti Iubilæi* 1650. *etiam vigore Bullæ Cruciatæ.* In ſecunda parte continetur *Apologia in defenſionem Seraphicæ Religionis Capucinorum contra P. Martinum à S. Ioſeph.* Impreſſa eſt Matriti apud Gregorium Rodriguez anno 1650. Tom. 1. in 4.

Porrò de hujus Auctoris eruditione præclariſſimè ſcribunt plurimi Doctores, qui typis dederunt libros tam Scholaſticos, quàm Morales, & etiam Scripturales, non ſolùm in Regnis Hiſpaniæ, ſed etiam in Germania, Flandria, & Italia: inter quos annumerantur P. Lucas Vvaddingus Tom. 8. Annalium FF. Minorum, & lib. de Scriptoribus Ord. Minor. Antoninus Diana in 9. & 10. Tomo ſuorum Operum Moralium: Amadæus Ximenius in ſuo libro Apologetico Tractatu de Iejunio n. 4. pag. 178. Mattheus de Moya in Quæſtionibus Selectis Tract. 7. de Pœnitentia diſput. 1. queſt. 7. pag. 155. Octavius Vvorſt Capucinus Tom. 2. Controverſ. Iacobus Raggius Tom. 1. de Regimine Regularium. Ioannes Caramuel in ſua Theologia Fundamentali, & Morali. Celada in lib. Eſther. Hieronymus Garzia de Politica Regulari. Leander de Sanctiſſimo Sacramento lib. de Quinque præceptis Eccleſiæ. Martinus à S. Ioſeph in ſua Summa: Ioannes de Soria in Theologia Morali: Ioannes Rodriguez Soborco lib. de 3. Ordine: Auguſtinus Barboſa in ultimis Operibus Selectis impreſſis Lugduni: Nicolaus Antonius Hiſpalenſis Eques Sancti Iacobi Tom. 2. de Scriptor. Hiſpanis, & alii plures.

LEO VANNETENSIS (vulgò de *Vannes*) natione Gallus Armoricus, quem Pariſienſis Provincia, cujus fuit alumnus, eximium verbi Dei Præconem, virum doctrina, & eruditione ſublimem, & à perfecta Regulæ Seraphicæ obſervantia, necnon religioſæ vitæ perfectione maximè collaudat. Scripſit, & prælo ſubmiſit Opus devotiſſimum in tria Volumina diſtributum ſub hac Epigraphe:

*Secunda Nativitas D. N. IESV Chri-*

*Chriſti complementum primæ*, hoc eſt; *Converſio animæ formata ſuper Exemplar Verbi Incarnati*. Nannetæ anno 1635. Tom. 3. in 8. & Pariſiis apud Robertum Bertrandum anno 1637. De eo meminit Vvaddingus de Scriptor. Ordin. Minorum.

LEONARDVS AQVISGRANENSIS Germanus, Provinciæ Coloniæ, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac verbi Dei Declamator, de quo cum laude pietatis meminit eadem Provincia. Scripſit Germanico Idiomate ad inſtantiam Monialium Cęleſtinarum Sanctiſſimæ Annunciatæ Duſeldorphenſis Civitatis librum, cujus Titulus eſt:

*Propria perfecti Superioris delineatio in vita piiſſimæ memoriæ B. Matris Mariæ Ioannæ Franciſcæ Annunciatarum Cęleſtinarum Duſeldorphenſium Prioriſſæ, hiſtoricè, & moraliter exhibita*. Coloniæ anno 1687.

LEONARDVS PARISINVS, natione Gallus, Pariſienſis Provinciæ filius, ſacri eloquii fervidus Declamator, Tertiariarum Sæcularium S. P. N. Franciſci Director, & Confeſſarius: vir devotis, ac ſanctis moribus ornatus, evangelica paupertate, & apoſtolicæ vitæ exemplis venerandus; Scripſit Gallicè:

*Expoſitionem*, ſive, *Commentaria in Regulam Tertii Ordinis Profeſſoribus à S. P. N. Franciſco præſcriptam*. Pariſiis 1651. in 4.

LIBERATVS MAGATTI, natione Italus, Patria à Scandiano, Mutinenſis Ducatus Oppido prænobili, Provinciæ Bononienſis alumnus. Hic, cùm aliquando in Civitatibus Piſarum, & Ferrariæ Medicinę publici Profeſſoris munere præclarè functus fuiſſet, & non ſine magna doctrinæ, ac profundi ingenii gloria, ibi per plures annos ſapientiſſimè Medicam Facultatem expoſuiſſet; ad tutiorem vitæ ſtatum anhelans, Capucinorum habitum, & Inſtitutum ſuſcipere decrevit: inter quos Seraphicam vivendi formam amplexatus, plurium virtutum radiis, quoad vixit, cunctis præluxit. Ad communem utilitatem ſcripſit, & typis dedit ſub nomine Cæſaris Magatti, quo audiebat in ſæculo, Opus, cujus Titulus eſt:

*De rara medicatione vulnerum*, ſeu, *de vulneribus rarò medendis in duos libros diſtinctum*: *in quibus libris traditur nova methodus*, *qua feliciſſimè*, *ac citiùs*, *quàm alio quovis modo vulnera ſanantur*. Tom. 1. in fol. Venetiis apud Ambroſium Dei anno 1626.

Multa alia ſcripſit Opera, & compoſuit ad Medicinam ſpectantia, quę circumferuntur, & leguntur ſub nomine Ioannis Baptiſtæ Magatti ejus Fratris, & alia parata habebat, quæ morte pręventus indigeſta reliquit.

LVCAS CALEXBITANVS, natione Siculus, Provinciæ Meſſanenſis alumnus; vir doctrina, ac vitę integritate admodum commendatus; Scripſit Latinè:

*Summam de Caſibus conſcientiæ*, *quæ Summa Lucana appellatur in tres Tomos in* 8. *dipartitam*, *ab eo compilatam anno* 1563. Habetur

M. S.

M.S. in noſtra Bibliotheca Genuenſi.

LVCAS MECHLINIENSIS (vulgò de *Malines*) natione Belga, Provinciæ Flandriç Concionator, cui ſingularis vitç probitas, morum compoſita venuſtas, perfecta Regulç Seraphicç obſervantia, & in Arte Poetica eruditio, non incelebre in ſua Provincia nomen dederunt; Scripſit, & evulgavit:

*Epigrammatum, Madrigalium, & Cantionum Spiritualium libros duos in* 8. Fuerunt impreſſi Antuerpiç apud Henricum Aertſens anno 1631. De eo meminit Vuaddingus lib. ut ſupra.

LVCAS PARISIENSIS, Gallus, Concionator eruditus, ac eloquens Provinciç Pariſiorum; edidit Gallicè:

*La Vie du Bien-heureux Felix*. Tom. 1. in 4.

*Le Heros du ſiecle*. Tom. 1.

*Le Panegiriq; de Trajan*. Tom. 1.

LVCIANVS EX SCHRVES Montisfontanus, Provinciç Anterioris Auſtriç Concionator, qui in Miſſionibus contra Hçreticos in Regionibus Helvetiorum plurimùm laboravit, & fideliſſimi Operarii partes in vinea Domini excolenda, tum prædicando, tum catechizando, tum falſa Sectariorum dogmata diſputationibus confodiendo, viriliter adimplevit. Deſcripſit latinè vitam, & Martyrium Ven. P. Fidelis à Sigmaringa Concionatoris Capucini, ac Miſſionarii Apoſtolici pro Fide Catholica in Rhetia ab Hçreticis trucidati, ſub hoc Titulo:

*Probatica Sacra Ciſurclana, quam Ven. P. Fidelis à Sigmaringa Capucinus meritis, & cruore pro Fide effuſo ſtagnantem, nec annuis tantùm, ſed quotidianis penè gratiarum ſignorumque motibus miraculoſis bucuſq; exundantem, calamo fideli aperit, & offert Fr. Lucianus Montisfontanus Capucinus*. Conſtantiç apud David Haurt 1674. Tom. 1. in 8. Edidit inſuper Latinè, & Germanicè Opus Controverſiarum Fidei ſub Titulo:

*Vox clamantis in deſerto*. Item

*Primum, & ſecundum Curſum Concionum Annualium*.

*Vitam P. Archangeli Gordonii Scoti Concionatoris Capucini*. &

*Vitam P. Archangeli Leslæi Scoti Capucini Miſſionarii Apoſtolici*. Conſtantiæ apud eundem Typographum anno 1682.

*Conciones Feſtivales*. Tom. 1. 1689.

LVCIANVS SONCINVS, natione Italus, Patria Brixienſis, ejuſdem Provinciç Sacerdos; vir generis nobilitate illuſtris, ſed morum elegantia, profunda animi humilitate, ac vitæ ſanctimonia valdè illuſtrior: qui regularis obſervantiç ſtudio excellens, ſçpiſſimè inter ſuç Provinciç Diffinitores fuit cooptatus, ac Noviciorum curç, & educationi per totum integrum triginta annorum decurſum Prçfectus, plurimos illibatç vitç ſuç exemplo perfectos viros Religioni donavit. Scripſit:

*Exercitiorum Spiritualium librum unicum: quæ exercitia in Provincia Brixienſi paſſim practicantur*. Brixiæ anno 1610. in 8. Plenus dierum, ac meritorum ad prçmia

evo-

evolavit in noſtro Conventu Brixienſi anno 1618. ætatis ſuæ 78. Religionis 60.

LVDOVICVS DE ANTIQVERA, natione Hiſpanus, Provinciæ Bæticę alumnus, Concionator celebris, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor inclytus; vir ingenii claritudine præfulgens; Edidit Hiſpanico Idiomate:

*Sermonem in ſolemnibus exequiis, quæ in Provincia Immaculatæ Conceptionis in Regno Andaluſiæ factæ fuerunt ad Religioſos defunctos ejuſdem Provinciæ filios*. Malacę apud Matthęum Lopez anno 1677.

LVDOVICVS AVENIONENSIS, natione Gallus, Provinciæ S. Ludovici Concionator, vir pius, ac religioſis moribus ornatus; Scripſit Gallico Idiomate lib. in 8. ſub hoc Titulo:

*Theatrum Epidemicum, in quo deſcribuntur egregia facinora, res geſtæ, & beneficia à Capucinis Provinciæ S. Ludovici præſtita in variis locis tempore peſtis graſſantis anno* 1630.

LVDOVICVS BALDVS, natione Siculus, Patria Panormitanus, ejuſdem Provinciæ Concionator egregius, Sacræ Theologiæ doctiſſimus Profeſſor, nec non in Sacris Scripturis inſigniter verſatus; Scripſit:

*Commentaria varia in Sacram Scripturam*. In quot autem libros ſcripta, aut quot Commentaria ſcripſerit adhuc me latet, cùm nullum ejus exemplar viderim; citatur tamen iſte Auctor à R. P. Thoma Calona Capucino ejus concive in lib. Indicum cap. 1. artic. 24. §. 1. pag. 138. & à Torreçilla in Speculo Apologetico de Excellentia Relig. Seraph. ubi de Scriptoribus Capucinis.

LVDOVICVS BOVINIACENSIS (vulgò de *Bovignes*) natione Belga, Provinciæ Valloniæ, ſeu Gallo-Belgicæ Concionator, ac pluriès Diffinitor, & etiam Miniſter Provincialis: vir magnæ auſteritatis, regularis obſervantiæ ſtudioſus, paupertatis ſeraphicę amantiſſimus, in divinis litteris eruditus, reconditę, ac purioris doctrinæ peritia inſignitus, atque in declamando Dei verbo planè apoſtolicus: qui Fidei Catholicæ, animarumque ſalutis zelator acerrimus, præſtanti ingenii ſui robore, ſuique ſpiritus fervore ad Fidem Catholicam adverſus Hęreticos propugnandam, & Baptiſmum pęnitentię prędicandum converſus, tam in Miſſionibus, quàm in conſuetis concionibus plurimas, ubereſque profligatæ impietatis manubias Chriſto, & Romanæ Eccleſiæ ejus Sponſæ reportavit. Scripſit, ac prælis ſubmiſit Gallico Idiomate tria volumina ſub hoc Titulo:

*Le Miroir de l' Ame Religieuſe*. Tom. 1. in 8.

*Le Miroir de l' Ame Chriſtienne*; Ideſt, *Speculum animæ Chriſtianæ*. Tom. 3. in 8. Namurci anno 1674.

*Le Miroir de la vanitè des Femmes mondaines*; Ideſt, *Speculum vanitatis mulierum &c.* Ibidem 1675. Tom. 1. in 8. Hæc tria Opera omni ex parte Religionem redolent, magnamque pietatem, & ad excitandum

dum humanis in cordibus ſalutarem Dei timorem mirificè conferunt. Scripſit etiam noviſſimè, & evulgavit eodem Idiomate:

*Volumen ingens Concionum, tam de Tempore, quàm de aliis materiis ad mores ſpectantibus*. Opus perutile Sacris Dei Præconibus, & animarũ Paſtoribus. Namurci anno 1676. Tom. 3.

LVDOVICVS CASPENSIS, natione Hiſpanus, Provinciæ Aragoniȩ Miniſter Provincialis, ac totius Ordinis Diffinitor Generalis; vir præclaris naturæ dotibus exornatus, doctrina, eruditione, religioſa pietate, ac compoſitis moribus decorus: quique in Philoſophicis Facultatibus, in Sacra Theologia, & Sacris Canonibus clariſſimus in tota Religione refulſit. Elaboravit, ac prælis ſubmiſit:

*Integrum Curſum Theologicum complectentem omnes materias, quæ in Scholis tradi ſolent ſecundùm ordinem D. Thomæ in duo Volumina in folio diſtributum*. Primus Tomus impreſſus eſt Lugduni 1642. & ſecundus 1643. Ibidem apud Heredes Gabrielis Boiſſat, & Laurentii Aniſſon eorum ſumptibus. Secunda verò editio, quæ facta eſt in eadem Civitate ſumptibus ejuſdem Aniſſon anno 1666. eſt ſatis locupletata, & in pluribus magis elucidata. Scripſit etiam:

*Integrum Curſum Philoſophicum, ſecundùm eundem ordinem in duo Volumina in folio comprehenſum*.

*Apologiam in defenſionem Annalium Zachariæ Boverii*. Cȩſarauguſtæ anno 1645. Obiit in noſtro Conventu Cȩſarauguſtano anno 1647. ȩtatis ſuȩ 61. Religionis 45. De eo meminerunt Vvaddingus de Scriptor. Ord. Min. Torreçilla ubi ſupra, & Nicolaus Antonius Hiſpalenſis Tom. 2. Bibliothecæ Hiſpan.

LVDOVICVS DOLANVS Bereulſequanus, Provinciæ Comitatus Burgundiȩ alumnus, vir doctiſſimus, Theologus, ac Concionator magni nominis: qui in Conventu Dolano per plurimos annos Philoſophicas, ac Theologicas Diſciplinas Noſtris erudìtiſſimè interpretatus eſt, & ad Provincialatus ſuæ Provinciȩ Miniſterium aſſumptus, virtutum fulgore prȩvio ſic prȩfuit, quòd profuit viva lucerna Fratribus; Scripſit, ac typis dedit:

*Diſputationem doctiſſimam quadripartitam de modo conjunctionis concurſuum Dei, & Creaturæ ad actus liberos ordinis naturalis; præſertim ad pravos adverſus prædeterminantium, & aſſertorum Scientiæ Mediæ Modernorum Opiniones*. Lib. 4. In primo libro oſtenditur *prȩcipuas aſſertorum Scientiæ Mediæ, & prædeterminantium Controverſias ortum habuiſſe ob exiſtimatam à pleriſque eorum immediationem, identitatemque realem concurſuum Dei, & Creaturæ*. In ſecundo *non poſſe defendi concurſum Dei proximum, immediatum, & identificatum ad ſingulos actus noſtros bonos, ac malos beneficio Scientiæ Mediæ*. In tertio *Deum non concurrere nobiſcum ad actus ordinis naturalis, præſertim pravos prædeterminatione phyſica*

*ac inſuper concurſu identificato, & ſimultaneo*. In quarto *Concurſum generalem Dei ad actus ordinis naturalis, præſertim pravos, non eſſe proximum, immediatum, & identificatum, ſed remotum, mediatum, & ab actu creaturæ ex natura rei diſtinctum; idque ex Concilio Tridentino Seſſione 6. canone 6. videri defimtum.* Opus iſtud dicatum fuit Sereniſſimo Ferdinando Hiſpaniarum Infanti, Archiduci Auſtriç S. R. E. Cardinali, ac Philippi IV. Regis Catholici Fratri unico. Lugduni apud Iacobum, & Petrum Proſt anno 1634. Tom. 1. in 4. De hoc doctiſſimo viro, ejuſque ſententia de Concurſu Divino cum cauſis ſecundis, non tam falſitate, aut improbabilitate, quàm vetuſtate obſoleta, & veluti antiquata, ſuo ſplendori, & auctoritati ab illo reſtituta, præclariſſima Elogia nobis dederunt omnes ferè Doctores Vniverſitatum Hiſpaniç, & Burgundiæ; & præcipuè quinque Theologiç Magiſtri inſignes, qui, cùm per plurium annorum curſum oppoſitam ſecuti fuerint opinionem, re maturiùs inſpecta, atque perpenſa, neceſſarium planè exiſtimaverunt confiteri Divinum Concurſum immediatum, proximum, & identificatum ad ſingulas noſtras actiones ordinis naturalis minimè eſſe neceſſarium, ob rationes in prçfato libro perſpicuè declaratas. De eo etiam meminerunt Vvaddingus, & Torreçilla ubi ſupra:

LVDOVICVS A' GALATENA Italus, Provinciç Hydruntinç Concionator; vir magna in ſermocinando prçditus eloquentia, ac ingenii felicitate, virç etiam probitate notatus; Edidit Italicè:

*Concionem, ſeu Orationem de laudibus Sancti Caroli Borromæi ab eo habitam in Eccleſia Metropolitana Mediolanenſi die 4. Novembris in feſto ejuſdem Sancti Cardinalis.* Mediolani apud Ioannem Baptiſtam Cardum 1642.

LVDOVICVS LVCERNENSIS, Helvetus, Provinciæ Helvetiorum Concionator, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor; vir pietate, ac doctrina inſignis, & obſervantiæ regularis maximè ſtudioſus: qui eandem Provinciam per aliquot annos ſanctiſſimè gubernavit; Edidit latino ſermonç Opuſculum inſcriptum:

*Corona Lauretana Sanctiſſimæ Domus Nazarenæ nunc Lauretanæ, IESV, MARIAE, IOSEPH Divina myſteria, & privilegia repræſentans per AVE MARIA triginta, quinque Pater noſter, & unum Credo ad majorem IESV, MARIÆ, IOSEPH honorem, laudem, & cultum compoſita anno* 1656.

LVDOVICVS PARISINVS Gallus, Provinciæ Lutetiæ ſæpiùs Diffinitor, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor: vir doctrina illuſtris, vitæ integerrimæ, obſervantiæ regularis admodum ſtudioſus, ſeraphicç paupertatis fervidus zelator, ac de tota ſua Provincia, propter ardua negotia ab eo feliciter geſta, ac in ejus utilitatem peracta, optimè meritus; Scripſit, ac edidit Gallicè:

*Expoſitionem Litteralem ſuper Regulam FF. Minorum ſecundùm mentem Seraphici P. N. S. Franci-*

*ſci*

*ſci ab omnibus totius Regni Galliæ Provincialibus approbatam, & maximè commendatam*. Prodiit Pariſiis apud Renatum Goffert anno 1622. & iterùm anno 1623. apud Ioannem Fovet, & etiam Lugduni anno 1631. & 1633.

*Methodum facilem ad acquirendam perfectionem*. Tom. 1. in 16. Pariſiis apud Nicolaum Buon anno 1626. De illo meminerunt Vvadding. de Scriptor. Ordin. Min. & Io: Cardin. Bona de Myſtica Theolog. cap. 5. & ſeq.

LVDOVICVS SANGVINETVS, nobilis Theatinus, I. V. D. egregius, Concionator fervidus, vir magnæ pietatis, & ſeraphicæ obſervantiæ nomine clarus; Scripſit plura Volumina ex Bibliotheca Nicolai Toppii.

*De Rebus Spiritualibus, quæ circumferuntur abſque ejus nomine, eaque omnia idem Nicolaus Toppius vidiſſe teſtatur*. Obiit anno 1635.

LVDOVICVS VERRVCCHINVS, natione Italus, Patria à Nurſia, Provinciæ S. Franciſci Concionator: vir omnigena inſignitus eruditione, florentis, ac felicioris ingenii Poeta: qui à ſęculi curis ad Religionis quietem à Domino vocatus, majori ex alto virtute indutus, pręclarum apoſtolicę vitę curſum, quem cęperat, laudabiliter, ac piiſſimè complevit: Scripſit Italicè Carmine Heroico, & pręlis dedit:

*Poema Sacrum de S. Antonio Abbate ſub Titulo*: L'Eremita Antonio: *in 25. quinque libros diſtributum ab omnibus illuſtrioribus Italiæ Poetis, ut eruditiſſimum, ac dignum tanto viro celebratum*, illudq; dicavit Eminentiſſimo Cardinali Vbaldino. Prima, & ſecunda editio facta eſt Venetiis anno 1625. & 1626. tertia verò Fulginii apud Auguſtinū Alterium anno 1677. Tom. 1. in 4. Edidit etiam:

*Eclogas plures Paſtorales de Nativitate Domini noſtri IESV Chriſti*. Venetiis, & Fulginii 1629. & 1630.

*Poemata Sacra, & varia, ut de Beata Virgine MARIA. B. P. N. S. Franciſco, de Sancto Ioanne Baptiſta, de Paſſione Domini, & alia*. Fulginii anno 1630. De hoc Auctore meminerunt Vvadding. de Scriptor. Ord. Min. Ludovicus Iacobillus de Scriptoribus Vmbrię, & Io: Baptiſta Lallius Poeta inſignis in prologo ſuorum Operum. Tomo 1.

LVDOVICVS FRANCISCVS ARGENTANENSIS, natione Gallus, Provinciæ Normannię Concionator egregius, pluriès Diffinitor, ac Miniſter Provincialis: vir morum gravitate venerandus, in Sacris Scripturis eruditus, Myſticæ, ac Scholaſticæ Theologiæ doctor eximius, prudentiſſimus commiſſi ſibi gregis evigilator: in dicendo, in ſcribendo firmiſſimus enucleator: virtutum denique, ac probatæ vitæ ſplendore illuſtris. Scripſit Gallico Idiomate quædam Opuſcula miram redolentia pietatem; & quę ad aſſequendam Chriſtianam perfectionem maximè conducunt. Eorum Titulum hìc exhibemus:

*Le Chreſtien Interieur*, ideſt, *Chri-*

*Chriſtianus Interior*, ſive, *Conformitas interior, quam debet habere Chriſtianus cum IESV Chriſto*. Tom. 2. in 16. Primus Tomus prodiit Pariſiis anno 1659. & 1661. Secundus Rothomagi apud Franciſcum Vvaltier 1677. in 16.

*Les Exercices du Chreſtien Interieur. Exercitia Chriſtiani Interioris.* Tom. 2. in 8. Pariſiis apud Sebaſtianum Craumouſy 1662. Hi duo libri, ſicuti & poſterior Chriſtiani Interioris, in Italicum ſermonem tranſlati à P. Antonio à Rapallo (ut fuſiùs ad proprium nomen) Concionatore Capucino, viro religioſa pietate ſatis noto in ſua Provincia, prodierunt Genuę apud Franchellum anno 1669. & 1670. ſecundò Venetiis, ubi impreſſus eſt Tomus alter ejuſdem Chriſtiani Interioris.

*Les Conferences Theologiques, & Spirituelles du Chreſtien Interieur ſur les perfections de IESVS Chriſt*. Tom. 2. Pariſiis 1671. & Rothomagi 1675.

*Les Conferences Theologiques, & Spirituelles du Chreſtien Interieur ſur les grandeurs de Dieù*. Ibidem 1675.

*Les Conferences Theologiques, & Spirituelles du Creſtien Interieur ſur les grãdeurs de la Tres-Sainćte Vierge MARIE Mere de Dieù*. Pariſiis apud Viduã Stephani Martin 1670. Tom. 2. in 4.

# M

MARCELLINVS BAVESIPONTIVS, (Vvaddingo de *Ponte Bavveſino*) natione Gallus, ſeu Allobrox, Provinciæ Lugdunenſis alumnus: vir evangelica prædicatione ſublimis, regulari obſervantia plurimùm præſtans, veritatis Catholicæ zelator fervidus, errorum, Sectarum, & Hæreſum hoſtis infenſus: pro quibus extirpandis in vinea Domini verbo, & ſcripto Miſſionarius Apoſtolicus ingenti labore, preſſuris, & ærumnis fideliſſimè inſudavit. Evulgavit tacito nomine in Operis frontiſpicio, appoſito tamen poſt præfationem:

*Fallacias Miniſtrorum Hæreticorum, & falſitatem Religionis Calviniſticæ, atque ſimul veritatem Catholicam à Domino de Paſthee nobili Delphinato cognitam*. Lugduni apud Ludovicum Muguet anno 1620. in 8.

*Reſponſionem ſolidiſſimam adverſus quandam narrationem Miniſtri Gratianopolitani Calviniſtæ circa collationem inter eos habitam die 19. Novembris anno* 1614. *de Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento, aliiſque Fidei myſteriis, & controverſiis*. Gratianopoli apud Gulielmum Verdier anno 1615. in 4.

*Sermones ab eo habitos in Civitate Lugdunenſi de Auguſtiſſimo Euchari-*

ri-

*riſtiæ Sacramento*. Lugduni apud Ioannem Lautret 1620. Tom. 1. in 8. Virtutibus dives, & multa pietate venerandus, corporis exuvias depoſuit Gratianopoli anno 1623. dum converſioni Acatholicorum actu incumberet, ætatis ſuæ 58. De eo Vvaddingus de Script. Ord. Min.

MARCELLINVS DE PISE, natione Gallus, Patria Matiſconenſis, Provinciæ Lugdunenſis Diffinitor: vir in Dei verbo evangelizando facundus, acumine ingenii, ſermonis elegantia, ac opulentæ mentis dotibus inſtructus: mira in quodvis ſcribendo tum facilitate, tum felicitate præditus, vario eaq; ac multiplici rerum apparatu ſuffulta: quòd nobis præſertim commonſtrant elogia, plurimaque virorum in doctrina pręſtantium teſtimonia, quibus reconditioris, ac purioris doctrinæ laudem illorum ſententia ſibi comparavit. Accedit his ſolidum ejus in rebus agendis judicium, morum decor, & religioſæ converſationis ſuavitas, ob quæ maximè ſpectabilis, & carus ab omnibus habebatur. Inexhauſto ſtudio lectioni ſemper inhærens, varios ingenii ſui edidit partus non exiguis eruditiorum laudibus exceptos; & ſunt:

*Moralis Encyclopædia*; ideſt, *Scientiarum omnium chorus, expendens Sacroſancta Dei Evangelia*. Opus multiplici varietate conſpicuum, utpotè Philoſophiæ, Theologiæ, utriuſque Iuris, Mathematicæ, Medicinæ, & Hiſtoriæ omnigenæ floribus vernans. Tom. 4. in fol.

Primus Tomus expendit omnia *Evangelia de feſtis Domini, de Euchariſtia, de feſtis omnibus Beatæ MARIÆ Virginis, & quæ leguntur in Dominicis totius anni*. Prodiit primùm Venetiis in 4. anno 1634. deinde ab Auctore auctus, & valdè locupletatus fuit impreſſus Pariſiis anno 1644. apud Ioannem Toſt, ſeu Ioheſt.

Secundus Tomus agit de *feſtis S. Crucis, de Angelis, de S. Ioſeph, & de feſtis omnium Sanctorum*: cui acceſſerunt *Homiliæ in totam Quadrageſimam ſpeciali ratiocinandi modo contextæ, cum ſcientiarum omnium ornamentis*: additis ab Auctore in ſecunda editione Pariſienſi *Homiliis de Defunctis, de Purgatorio, de Inſtitutione Feſtorum, de Eccleſiis conſecratis, de Imaginibus, de Reliquiis Sanctorum, de Peregrinationibus, de Proceſſionibus, de Flagellis Dei, de Iubilæo, de Indulgentiis, & de Confeſſione*. Venetiis 1637. poſtea Pariſiis 1644. in fol. apud eundem.

Tertius Tomus expendit Moraliter *Evangelia totius Quadrageſimæ, præmiſſo ſenſu litterali, qui expenditur ad trutinam Sanctorum Patrum, conſultis textibus Hebræis, Chaldæis, Syriacis, & Græcis*. Pariſiis 1640. apud eundem in fol.

Quartus Tomus expendit Litteraliter, & Moraliter *Evangelia Quadrageſimæ, quæ ſuperſunt, & in tertio Tomo deficiunt*: adjunctis etiam ſicut in tribus prioribus Voluminibus *ritibus antiquis omnium ferè Nationum idoneis moribus excolendis*; ſcilicet, *Hebræorum, Chaldæorum, Syriorum, Perſarum, Medorum*,

*dorum, Stytharum, Ægyptiorum, Arabum, Græcorum, & Romanorum.* Tom. 1. in fol. Lugduni ſumptibus Laurentii Aniſſon anno 1656.

*Commentaria Litteralia, & Moralia in Evangelium S. Matthæi.* Tom. 1. in fol. Lugduni apud eundem 1656.

*Commentaria Litteralia, & Moralia in Sacroſanctum IESV Chriſti Evangelium ſecundùm Marcum.* Tom. 1. in fol.

*Commentaria Litteralia, & Moralia in Sacroſanctum IESV Chriſti Evangelium ſecundùm Lucam.* Tom. 1. in fol.

*Commentaria Litteralia, & Moralia in Sacroſanctum IESV Chriſti Evangelium ſecundùm Ioannem.* Tom. 1. in fol.

Tres iſti Tomi poſteriores ob immaturam Auctoris mortem nondum fuerunt prælo ſubmiſſi; habentur tamen parati, & ſervantur in noſtra Bibliotheca Lugdunenſi.

*Vita, & Geſta Vrbani VIII. Summi Pontificis.* Romæ 1645. ex Typographia Rev. Cameræ Apoſtolicæ. Tom. 1. in 4.

*Vita, & Geſta Patris Hieronymi Narnienſis, Vicarii Generalis Capucinorum, & Sacri Apoſtolici Collegii Concionatoris.* Romæ ex Typographia Rev. Cameræ Apoſtolicæ anno 1644. Tom. 1. in 4.

*Annalium, ſive, Sacrarum Hiſtoriarum Ordinis Minor. S. Franciſci Capucinorum Tomus tertius, in quo univerſa, quæ ad ejuſdem Ordinis progreſſum ſpectant, ab anno 1612. excluſivè, uſque ad annum 1634. incluſivè, fideliſſimè traduntur.* Lugduni ſumptibus FF. Aniſſoniorum, & Ioannis Poyſuel anno 1676. Reliquit etiam ſcriptum aliū Tomum ad complementum dictorum Annalium, in quo Vitas prioribus Tomis omiſſas à Boverio, unà ſimul cum his, quæ in tertio Tomo de induſtria prætermiſit, fideliſſimè concludit, cui hunc pręfixit Titulum:

*Appendix ad Annales Minorum Capucinorum, ubi multa ſcitu digna tribus omiſſa Tomis congruè deſcribuntur.* Promittit etiam Auctor in calce poſterioris Tomi ſuę Encyclopędię alia duo Volumina in folio, quorum primum ab eo ſic Latinè intitulatur:

*Genius Chriſtianus*, Ideſt, *qualiter ſpiritus Chriſti influat in omnes homines Chriſtianos:* Opus bipartitum. In prima parte oſtendit, qua ratione *Sacer hic Genius homines Eccleſiaſticos, & Religioſos agat, & percellat.* Secunda vero prodit *eundem ſpiritum ſe diffundentem pro uniuſcujuſque ſorte late, & congruè in homines omnes tinctos aqua baptiſmali.* Auſpicatur a Summo Pontifice, omnes omnium hominum ſortes inveſtigans, & deſinens in mendicis; & ita fit, ut nullum ſtatum prætereat. Et ſic iſte liber eſt ſpeculum exhibēs Eccleſiam ſine ruga, & macula: conſultis enim omnibus ſcientiis, ſingulis ſtatibus oſtendit, qua ratione poſſint Chriſtifideles Chriſti ſpiritum exhibere. Secundum Volumen agit de Virtutibus in univerſum; & in ſpecie, & in capite primo ejuſdem Voluminis habe-

betur pro Titulo:

*An Virtutes Theologales apud Gentiles viguerint? &c.*

De hoc eruditiſſimo Scriptore, præter Vvaddingum de Scriptoribus Ord. Minorum, præclariſſimè meminerunt, pluraque Elogia dixerunt omnes ferè Theologi Vniverſitatis Pariſienſis, ſicut teſtatur Pater Leander Divionenſis in approbatione quarti Tomi Encyclopędię: eadem etiam Encomia illi tribuerunt Doctores Hiſpani, inter quos Gregorius Garzia in ſua Politia Tom. 1. tract. 2. difficultate 4. n. 1. pag. 20. eum ore pleno vocat Virum doctiſſimum, & eruditiſſimum Scriptorem. Vide Torrecillam lib. ut ſupra, ubi de Capuc.

MARCELLVS A' CALVOMONTE Gallus, Provinciæ Campaniæ filius, Theologus, ac doctus Concionator; Edidit Gallico Idiomate Opus ſub Titulo:

*Le Bouclier de la Foy Catholique* Tom. 1. in 4.

MARCELLVS REGIENSIS, natione Gallus, Provinciæ S. Ludovici Concionator, ac Diffinitor, Theologicę Facultatis egregius explanator, genio, & ingenio profundus, ſeraphicæ doctrinæ ſectator, ac defenſor acerrimus, atque in partibus Hęreticorum Miſſionarius Apoſtolicus: quo in munere indefeſſo labore multa dixit, diſputavit, & fecit; & ob animarum ſalutem, Fideique Catholicæ propugnationem, ærumnas plurimas eſt perpeſſus. Summa induſtria, & eruditione ſcripſit, ac prælis ſubmiſit Opus Theologicum in duo Volumina in folio diſtributum ſub hoc Titulo:

*Summa Seraphica, in qua S. Bonaventuræ Doctoris Seraphici Seraphica doctrina per ejus in Magiſtrum Sententiarum libros diſperſa dilucidè eſt enodata, & accuratè redacta in Scholæ Methodum*. Ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. D. Laurentium Lomellinum, Patritium Genuenſem, utriuſque Signaturæ Referendarium, & Prolegatum Avenionis. Maſſiliæ apud Carolum Brebint, & Ioannem Pennot anno 1669. Opus iſtud multum fuit deſideratum, multumq; & diù expectatum ab omnibus viris doctis; quippe quod à pluribus Sacræ Theologiæ Magiſtris jamdudum tentatum, & inchoatum, à nullo tamen uſque ad ultimum apicem fuerit ſuo tempore perductum.

MARCVS DE AVIANO, Provinciæ Venetiarum, vir vitæ ſanctitate, ſpiritu apoſtolico, gratia curationum, rebuſque preclarè geſtis ad ſalutem animarum noſtro æuo toti ferè Orbi notiſſimus. Edidit Italicè, & Gallicè Opuſculum ſub Titulo:

*L' Enormità del peccato mortale*. Pariſiis apud Egdemond Cauterot 1680.

MARCVS A' BAVDVNIO, natione Gallus, Provinciæ S. Ludovici alumnus; vir clara doctrina, & inſigni ſapientia notus: qui Concionatoris Evangelici munus, Sacræ Theologiæ Cathedram, Diffinitoratus, ac Provincialatus dignitates, religioſa pietate, præclariſque virtuti-

bus

bus cumulavit. Scripſit, ac prælo ſubmiſit Integros duos Curſus Philoſophiæ, ac Theologiæ, quibus hunc præfixit Titulum.

*Paradiſus Philoſophicus unius, ac trium Doctorum, Angelici, Seraphici, & Subtilis, horumque Conciliatoris fonte irriguus.* Tom. 1. in fol. Maſſiliæ apud Claudium Barin anno 1654. & denuò ibidem apud Claudium Garçin anno 1664. in 4.

*Paradiſus Theologicus unius, ac trium Doctorum &c.* Tom. 2. in fol. Primus Tomus prodiit Lugduni apud Ioannem Molin anno 1661. Poſterior ibidem apud eũdem 1664. Elaboravit inſuper, ac evulgavit:

*Compendium totius Theologiæ tam Speculativæ, quàm Practicæ in Tom. 4. in 8. diſtributum.* Lugduni anno 1673. apud Io: Molin. Deſcripſit etiam Gallico Idiomate:

*La Vie admirable de la tres-illuſtre, e vertueſe Dame Marthe Doraiſon Barone d'Alemagne, Viconteſſe de Valenes.* Lugduni apud Ioannem Molin 1661. in 8.

*La Vie admirable, e les heroiques vertus de la Ven. Mere Agnes d'Anguillonque d'Aix en Provence, Religieuſe Capucine du Monaſteire de Marſeille.* Maſſiliæ apud Claudium Garçin 1673.

MARCVS ANTONIVS GALITIVS, natione Italus, Patria de Carpenedulo, Brixienſis Provinciæ Concionator, Philoſophicæ Diſciplinæ, ac Sacræ, Divinæque Theologiæ Profeſſ[illegible], doctiſſimus S. Bonaventuræ Sectator, Sanctæ Romanæ Inquiſitionis Conſultor, totius Ordinis Diffinitor, in Apoſtolica Curia per duodecim annos, Pontifice Summo annuente, Procurator Generalis; poſtremò ob præclaras animi ſui dotes, ſpectatæque doctrinæ, & virtutum præcipuarum me[illegible] anno 1662. in Comitiis Romæ habitis omnium Patrum Capitularium votis Miniſter Generalis electus. Hujus viri excellentiam, vitæ ſanctimoniæ, ac profundæ humilitati aſſociatam, non ſolùm tota Religio, ſed etiam omnes ferè Germaniæ, Hiſpaniæ, Flandriæ, ac Galliæ Civitates ſunt admiratæ, dum Populorum turba, fama, quæ de piiſſimo, ac doctiſſimo Patre percrebuerat, commota, ad eum videndum, & venerandum confluxerat. Illuſtriſſimis, ac ſpectabilibus viris cariſſimus fuit, Romæ præſertim, ubi cum magna ad Fidem Catholicam ſpectantia negotia prudentiæ illius, ingenio, ac ſcientiæ fuerint commiſſa, ob doctrinæ eminentiam ſæpiùs alter Cajetanus appellatus. Multa ſcripſit, eaque ſunt:

*Integer Curſus Artium liberalium ex Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ Operibus deprromptus, & in quinque volumina diſtributus.*

Primum Volumen continet *Dialecticam, & eſt impreſſum* Romæ apud Heredes Iacobi Maſcardi anno 1634. in 4.

Secundum comprehendit *totam Pyhſicam*. Ibidem apud eundem 1635. in 4.

Quartum *de Anima*. Ibidem 1636. in 4.

Quintum comprehendit *Metaphyſicam* 1636. in 4. Ibidem.

No-

*Novum de Immaculata Virginis Conceptione Encomium.* Venetiis ſumptibus Marci Antonii Brogioli anno 1636. Tom. 1. in 4.

*Dilucidatio Speculi Apologetici R. P. Iacobi de Ridere*, ſive, *Propugnaculum Hiſtoriæ Annalium P. Zachariæ Boverii*. Antuerpiæ apud Franciſcum Fichert anno 1653. Tom. 1. in 4.

Præter hæc alia reliquit Opera prælis digna, quæ adhuc M. S. aſſervantur in noſtra Bibliotheca Brixienſi; & ſunt:

*Commentaria copioſiſſima in 4. libros Sententiarum Divi Bonaventuræ Doctoris Seraphici*. Tom. 1. in fol.

*Quæſtiones Morales, & Regulares*. Tom. 2. in fol.

*De Præceptis Decalogi*. Tom. 2. in 4.

*De Iudiciis Regularium*. Tom. 2. in 4.

*De Immunitate Eccleſiaſtica*. Tom. 1. in 4.

*De Sacramentis in genere*. Tom. 1. in 4.

*De Sacramentis Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ*. Tom. 1. in 4.

*De Peccatis in genere, & in ſpecie*. Tom. 2. in 4.

*Quæſtiones Legales, & Iuris Canonici*. Tom. 3. in fol.

*Conſulta varia Moralia, & Legalia*. Tom. 1. in fol.

*Philomena*, ſive, *Canticorum Spiritualium*. Tom. 1. in fol.

Grandi Religionis noſtræ dolore feliciſſimus obiit in Chriſto Niciæ in Provincia in ipſo initio viſitationis Provinciæ Pedemontanæ ſexto Kal. Auguſti anno 1665. ætatis ſuæ 65. Generalatus 4. Et, cùm vivens ſemper bonus Chriſti odor omnibus fuiſſet, etiam mortuus tota Nicienſi Civitate commota, tum nobilium, tum popularium concurſum attraxit; qui ſacri corporis habitum abſcindentes, obſervantiam, pietatem, ac devotionem ſingularem in religioſiſſimum virum ſunt atteſtati. De eo meminit Vvaddingus ubi ſupra, aliique viri docti de eo præclara Elogia fecerunt.

MARIANVS AB ALCAMO, natione Siculus, Panormitanæ Provinciæ Concionator, Magiſter Novitiorum, Diffinitor, ac Sanctiſſimæ Inquiſitionis in Sicilię Regno Qualificator: vir totus Dei ſpiritu plenus, & ab apoſtolicæ vitæ probitate haud immeritis pręconiis extollendus. Qui Martyrii deſiderio incenſus, obtenta à Miniſtro Generali facultate, Germaniam verſus iter direxit, & ad gelidas illas Orbis oras appulſus, illo quo ardebat incendio, prævalentem ibi Hęreſim, non tantùm illibatæ vitæ exemplis, ſed & Verbi Dei prędicatione, validiſque ex Sacra Scriptura teſtimoniis, Sanctorumque Patrum auctoritatibus, validiſſimè impugnavit, multaſque ęrumnas pro Fide Catholica dilatanda, ac tuenda ab Hęreticis eſt perpeſſus. Cujus induſtria remotiores Septentrionis Regiones magnum in Religione Orthodoxa lucrum fecerunt, Hęreſes verò detrimentum tale, quale nunquam anteà, paſſę fuerunt: indèque reverſus in Siciliam, & ad ſuæ Pro-

vinciç Miniſterium aſſumptus, forma factus puſilli gregis, quaſi lucerna ardens, & ſuper candelabrum collocata, cunctis ſeraphicę perfectionis ſemitam verbis, & exemplis demonſtravit. Dei Genitricis Virginis MARIÆ fuit cultor eximius, quapropter in ejus honorem, & gloriam, ſcripſit aliqua piiſſima Opuſcula; & ſunt:

*Modus contemplandi Coronam Beatiſſimæ Virginis MARIÆ in ſtellario Gaudioſo.* Panormi apud Io: Antonium de Franciſcis anno 1608. Tom. 1. in 12.

*Officium parvum ſtellarii Gaudioſi, Doloroſi, & Glorioſi Beatiſſimæ Virginis MARIÆ.* Ibidem apud Angelum Orlandum, & Decium Grillum anno 1615. in 12.

*Labirinthus Beatiſſimæ Virginis MARIAE.* Ibidem apud eoſdem 1612. in 12.

*Poemata varia, & devotiſſima in laudem ejuſdem Beatiſſimæ Virginis MARIAE.* Ibidem 1612.

*Plures Palmulæ in folio, & alia diverſa Opuſcula carmine, & proſa.* Ibidem 1613. Scripſit etiam, & elaboravit:

*Elucidationem in primam partem Divi Thomæ*, quæ aſſervatur M. S. in noſtra Bibliotheca Genuenſi, & ab eodem Auctore manu propria exarata. Claruit anno 1612. & diem extremum obiit in noſtro Conventu Alcami anno 1621. Ejus geſta deſcribuntur compendioſè à Matiſconenſi Tomo 3. Annalium. De eo etiam meminerunt. Hippolytus Maraccius de Scriptor. Marianis: Pagnotius de MARIA Triumphante cap. 6. ubi aſſerit ex auctoritate Domini Michaelis Carneſi ſupradictum Marianum Conciones habuiſſe per quatuor menſes abſque interruptione in Eccleſia Metropolitana Panormi de Stellario, & de Conceptione ejuſdem Beatiſſimę Virginis MARIAE, &, quòd non ſolùm in illa Civitate, ſed etiam in toto Siciliæ Regno ejus devotionem mirificè propagaverit.

MARIANVS GENVENSIS, ejuſdem Provinciæ filius, vir magnus in virtute, & perfectus Regulę obſervator, paupertate, abſtinentia, carnis mortificatione, aſſidua oratione, ac ſalutis animarum zelo inſignis: qui in eadem Provincia in verbo Dei prædicando fideliter, ſolicitè, ac indefeſſo animo, magno cum Sanctę Eccleſię lucro, diu laboravit. Doctrineque Chriſtianę uſum ad puerorum, & rudium inſtitutionem omnibus in locis introduxit. Scripſit ex mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Cypriani Pallavicini Archiepiſcopi Genuenſis:

*Doctrinam Chriſtianam pro pueris, & idiotis in fide inſtruendis.* Fuit impreſſa Genuæ apud Bellonium 1580. Vitæ ſanctimonia conſpicuus, piiſque laboribus penè conſumptus, ad mercedem aſcendit Genuæ in Conventu S. Barnabæ anno 1585. Vide Boverium Tom. 2. Annalium Capucinorum ad annum prædictum

MARIANVS NEBIENSIS, natione Cyrnæus, eximius divini verbi Declamator, ac Provinciæ Corſicæ Fundator. Hic ſpiritu Dei fervens, atque ſanctioris vitæ exemplis refulgens,

gens, cùm totam illam Inſulam evangelica prædicatione per aliquot annos percurriſſet, feroces illos Populos à graſſantibus odiis, atque à vindictæ ſtudio revocavit; ingentique labore in conciliandis inter ſe diſſidentium animis toto illo tempore inſudans, djuturnas, ac inveteratas ſimultates, divina potiùs, quàm humana virtute omninò compeſcuit; & poſt multos pro Chriſto exantlatos labores, poſt nonnulla ædificata ibi pro Noſtris Monaſteria, poſt plurimas ex Orco ereptas, atque à perditionis via ad ſalutem revocatas animas, poſt vitam in perfecta Seraphicæ Regulæ obſervantia, ac ſummis virtutibus tranſactam, clarus meritis, in eodem Corſicæ Regno ad præmia evolavit, maximo cum totius illius Nationis dolore. Aliqua ferunt ſcripſiſſe Opuſcula ad inſtructionem Fidelium neceſſaria; nulla tamen nec titulis, nec typis notata vidimus, eaque vetutaſte temporis periiſſe credimus. Ponimus tamen hic. M.S. aliàs nobis exhibitum, cujus Titulus eſt Italicè:

*Narratione della Fondatione della Congregatione de' Capuccini nella Corſica ſcritta da me indegno Servo di Chriſto Fr. Mariano da Nebbio.* Floruit anno 1540. ſub Paulo III. & Carolo V. Videndus Boverius Tomo 1. Annalium Capucinorum ad annum prædictum.

MARIANVS MVLLEBONENSIS Germanus, Provinciæ Rhenanæ alumnus, in qua pluribus Conventibus præfuit; Edidit:

*Meditationes de tota vita Chriſti, & modum meditandi ejus ſacratiſſimam Paſſionem* 1665.

MARINVS DE CALVACESIO Brixienſis, in eadem Provincia Diffinitor, ac Magiſter Novitiorum; vir maximę virtutis, ac perfectionis, qui à Sacra Congregatione de Propagandafide, ob ſingularem ejus prudentiam, ac præcipuum Catholicæ Fidei zelum, Viſitator Apoſtolicus fuit conſtitutus in Miſſionibus Rhetiorum, & Helvetiorum; Compoſuit, ac typis dedit latinè:

*Vitam D.N.IESV Chriſti, quam in triginta lectiones diſtribuit.* Brixię 1639.

MARIVS BIGNONVS, natione Italus, Patria Venetus, ejuſdem Provinciæ alumnus; vir varia inſignitus doctrina, divini eloquii Præco eruditiſſimus, ſubtilis Sacrę Theologiæ Profeſſor, ac compoſita morum venuſtate præditus; Scripſit Italico ſermone, & edi permiſit:

*Conciones Quadrageſimales pro ſingulis diebus ſub Titulo*: Splendori Serafici. Venetiis apud Iuntas anno 1649. Tom. 1. in 4.

*Conciones pro Feſtivitatibus Sanctorum totius anni ſub Titulo*: Elogii Sacri. Ibidem anno 1652. Tom. 1. in 4.

*Conciones pro Dominicis totius anni. & pro Adventu.* Ibidem apud Iuntas 1656. Tom. 1. in 4. Has omnes Conciones ex Italico in latinum ſermonem convertit quidam Pater ex Familia PP. Minorum de Obſervantia ſub titulo: Encyclopędia P. Marii Bignoni Capucini; quam tamen nondum vidi, ſed habetur in

pluribus Bibliothecis noſtræ Religionis, præſertim in Hiſpania, ſicut teſtati ſunt PP. Benedictus de Alcira Guardianus loci Caſtilionis, & P. Baſilius de Alcira Sacrę Theologiæ Lector in Conventu Valentiæ ejuſdẽ Provincię. Obiit Venetiis 1660. ętatis ſuę 63. inſignibus relictis in diutino podagrę languore patientiæ documentis. De eo meminit Vvaddingus ubi ſupra.

MARIVS A' FOROSARZINIO (qui locus *Foroſaracenum* dicitur) natione Italus, Provinciæ Picenæ alumnus, ac pręclari nominis Concionator. Hic priùs in Divi Auguſtini Ordine profeſſus, & ob ſingularem ejus in Philoſophicis, ac Theologicis Scientiis, ingenii profunditatem, Doctoratus, ac Magiſterii lauream conſecutus, arctioris vitæ ſtudio incenſus, Deo ſolùm inſpirante, Capucinorum Congregationi ſe adjunxit anno 1536. Inter quos apoſtolicum virtutum curriculum, quem in priori Religione inſtituerat, tanto ſtudio eſt proſecutus, ut vitæ auſteritate, paupertate, patientia, animi manſuetudine, regularis denique obſervantiæ perfectione, plurimùm excelluerit. Quare, cùm ad cæterorum normam, ac magiſterium datus videretur, facilè tum in ſua Provincia, tum in aliis ad ſupremas dignitates vocatus fuit. Cùmque in his magis ejus humilitas, ſingularis prudentia, ac vitę ſanctitas eluceſcerent, primùm ad Diffinitoratum Generalis Capituli, deinde ad Procuratorium in Romana Curia munus aſſumptus, demùm ad Generalatus Miniſterium fuit evectus Romæ anno 1567. In religioſo grege curando, tuendo, atque à perſequentium infeſtatione liberando vigilans, ac ſolicitus fuit: in Seraphica obſervantia ubique ſervanda, ac illuſtranda egregiam operam adhibuit: nunquam ira, vel odio, amore commotus, judicium protulit; & tantùm abeſt, ut eo honore ſibi gloriam adauxerit, quin potiùs illi ſuis præclaris virtutibus gloriam contulerit. Multa ſcripſiſſe ferunt, eaque doctiſſima, & ſuavem ſpirantia devotionis odorem, quæ tamen invidum glorię tempus à nobis ſubripuit. Superſunt tantummodò:

*Duo Poemata valdè pia, & erudita: Vnum de Vita Beatiſſimæ Virginis MARIAE, & alterum de Sanctæ Mariæ Magdalenæ converſione, & in ipſius pœnitentiæ encomium.* Fuerunt impreſſa Venetiis anno 1586. & alibi:

*Egregium Volumen Chronographicum, ex quo noſtræ Religionis exordia, & quæ graviora in ea acciderunt uſque ad annum* 1570. *ſatis accuratè perſtringit*; dicatum Eminentiſſimo Iulio Sanctorio S. R. E. Presbytero Cardinali S. Severinæ nuncupato, tunc Religionis noſtræ Protectori. Fide clarus, ſpe divina firmus, ignita in Deum, & proximos inflammatus charitate, ſignis admirandis illuſtris, ſeptuageſimo ætatis ſuæ anno, omnibus Eccleſię munitus Sacramentis, Beatiſſimę Virginis, & Sanctę Mariæ Magdalenæ, quas maxima ſemper devotione excoluit, viſitatione conſolatus,

feli-

feliciſsimum ſpiritum emiſit in noſtro Conventu Tolétini anno 1581. Ejus vitam deſcripſit P. Boverius Tom. 2. Annalium Capuc. & de eo meminerunt Vvaddingus de Script. Ord. Minor., Coriolanus in Breviario Chronologico, ubi de General. Capucinor. & alii.

MARTIALIS BRIVATVS, natione Gallus, Patria Petragoricenſis, quem Provincia Aquitaniæ præclariſſima exortum Familia, Concionatorem diſertiſſimum, in humanis, & divinis litteris eruditum nobis exhibet: in quo etiam Ars Poetica, & ceteræ liberales diſciplinæ, religioſa morum compoſitio, & ſumma in Deum pietas, ſplendorum theſauros emiſerunt. Scripſit Gallicè, & evulgavit:

*Poemata varia ſacra, & feſtiva, ſed omnia ſemper dulcia, gravia, arguta, & elegantia*. Tom. 2. in 8. Fuerunt impreſſa Burdigalæ Typis Bergerianis anno 1650. De eo meminit Vvadding. in Appendice de Scriptoribus Ordinis Minorum.

MARTIALIS STAMPENSIS, natione Gallus, Provinciæ Lutetiæ Sacerdos; vir divino amore repletus, pietate, labore, patientia, humilitate, atque ſui deſpicientia clariſſimus: obſervantiæ regularis, ac præcipuè altiſſimæ paupertatis fervidus zelator, aliarumque virtutum evangelicarum ornamentis illuſtris: Novitiorum regimini per triginta, & ampliùs annos Præpoſitus: Sanctimonialium Capucinarum Pariſiis, & Ambiani Director, & Confeſſarius, ſuppreſſo nomine nónulla pia Opuſcula evulgavit; Et ſunt:

*Tractatus de Oratione mentali, & de exercitio ſilentii*. Pariſiis apud Nicolaum Fremiot anno 1635.

*Tractatus de Perfectione Religioſa*. Tom. 1. in 4. Ibidem apud eundem.

*Exercitium trium clavorum amoris, & doloris ad uniendum nos Chriſto Crucifixo*; Opuſculum aureum, & tanto viro dignum. Ibidem 1635.

*Crux Spiritualis*. Ibidem 1634. Alia plura piiſſimus hic homo compoſuit; pauca verò ſunt Typis mandata, ipſo Auctore præli induſtriam, ut gloriæ humanæ refugam, dedignante. De eo meminit Vvaddingus.

MARTINVS COCHEMIVS, natione Germanus, Provinciæ Rhenanæ Concionator; vir pius, ac ſalutis animarum valdè ſtudioſus plura compoſuit Opuſcula Germanico, & Latino Idiomate, & ſunt Typis mandata:

*Vita Chriſti in triplici quantitate, & qualitate*; ſcilicet, *parva, media, & magna*.

*Preces Sanctæ Gertrudis Latino Idiomate*.

*Preces Gertrudianæ Germanico Idiomate in triplici diverſitate, & editione*.

*Alboretum Spirituale*.

*Liber Infirmorum, Exorciſmorum, & Benedictionum*.

*Tractatus de Oratione mentali*.

*De tribus Noviſſimis Germanico Idiomate*.

*Hortulus Spiritualis complectens octingentas quæſtiones Catechiſticas*.

Ca-

*Catechiſmus continens 50. Catecheſes pro ſingulis Dominicis totius anni.*

*Cōciones Spirituales pro toto anno.*

*Preces pro Archiconfraternitate perpetua adorationis SS. Sacramenti.*

*Libellus Proceſſionum continens Meditationes, Orationes, Litanias, & Cantiones in Proceſſionibus decantandas.*

*Mons Mirrhæ complectens duodecim Meditationes de Paſſione D.N.I.C.*

*Mons Calvariæ complectens duodecim Meditationes de Cruce, & morte D.N.I.C.*

*Vita Sanctæ Barbaræ Virginis, & Martyris: additis miraculis, & canticis de eadem.*

*Vita S. Amoris Confeſſoris, in qua complectuntur etiam plurima miracula de eodem Sancto.*

*Sermones novem de S. Antonio Paduano.*

MARTINVS CONSTANTIENSIS Gallus Normannus, ejuſdem Provinciȩ Eccleſiaſtes fervidus, & erga Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum ardentiori zelo affectus, ad ipſius venerationem, & frequentem communionem omnes Chriſti fideles magis, magiſque incendere fatagit in volumine, quod Gallico caractere evulgavit:

*De amore affectivo erga Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum.*

MARTINVS DE TORRECILLA, natione Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ, ſeu Incarnationis Miniſter Provincialis, ac totius Ordinis Diffinitor Generalis electus anno 1678. die 27. Maii. vir doctus, & eruditus, utraque excellens litteratura, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac in ea explicanda ſumma ingenii ſubtilitate notatus: ſingulari prudentia, & virili cordis vigore præditus, religioſaq; morum venuſtate decorus, Plura ſcripſit, & inter alia ſtylo dulci, claro, & compendioſo prælis commiſit:

*Integrum Curſum Philoſophicum in tres Tomos in 4. diſtributum.*

Primus Tomus *complectitur omnes quæſtiones in utramque Ariſtotelis Logicam*. Prodiit Matriti apud Didacum Diaz ſumptibus Matthæi de la Baſtida anno 1667. in 4.

Secundus Tomus *continet quæſtiones in 8. libros Phyſicorum, de Mundo, Cœlo, & Meteoris, ac de Operibus ſex dierum*. Ibidem apud eundem 1668.

Tertius exhibet *libros de Generatione, & Corruptione cum duobus aliis Tractatibus; unum de Angelis, & alterum de Actibus humanis*. Ibidem apud Ioannem Fernandez de Buendia anno 1671. in 4. Et habet parata Opera, quæ ſecuntur:

*Curſum Theologicum in tres Tomos in 4. diſtributum.*

*Quæſtionum Moralium.* Tom. 3.

*Quæſtionum Selectarum.* Tom. 3.

*Controverſiarum contra Gentiles, Iudȩos, & Hȩreticos*. Tom. 1.

*De Ordine Iudiciorum Regularium*. Tom. 1.

*De Regulis, & materiis pro Qualificatoribus Sancti Officii.*

*De tertio Ordine Sancti Franciſci.* Tom. 1.

Scripſit inſuper Idiomate Hiſpanico

nico librum Apologeticum, cujus Titulus eſt:

*Eſpejo, y Excellençias de la Serafica Religion de Menores Capuchinos, purificadas en el criſol de la verdad da la ſcorias de la contradiçion.* Impreſſus eſt Matriti anno 1673. Tom. 1. in fol.

MASSÆVS ANNANIENSIS, natione Germanus, Provinciæ Tirolenſis Sacræ Theologiæ Profeſſor, & Miniſter Provincialis: vir prudens, doctus, ac religioſa præditus pietate, nominis non obſcuri in præſenti ſæculo; Edidit Germanicè:

*Initium decurſus Ordinis Capucinorum*. Tom. 1. in 4. Salysburgi apud Ioannem Mayum 1679.

MATHIAS BALBANVS, natione Italus, Patria Hydruntinus; vir vitæ ſanctimonia, atque evangelicis virtutibus inſignis: qui verbum Dei maximo, ac penè admirabili cum animarum lucro in illuſtrioribus Italiæ Civitatibus ad ultimum uſque ſpiritum infatigabiliter diſſeminavit. Scripſit Italicè:

*Tractatum de Paſſione Domini, & præcipuè de ejus crudeliſſima Flagellatione*. Hunc Tractatum in Gallicum ſermonem convertit Antonius Gazæus artis medicinæ Doctor, nec non Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Epiſcopi Pactenſis, Hereticæ pravitatis Inquiſitoris Generalis librorum recognitor in Vrbe Aurica, & ibidem fuit impreſſus anno 1590. De eo meminit Vvaddingus lib. de Scriptor. Ord. Minorum.

MATHIAS BELINTANVS, natione Italus, Patria Salodienſis, vir illuſtris, ac inter Præcones verbi Dei ſua tempeſtate facilè Princeps. Hic, cùm ab ipſa pueritia ſæculum ſpernere, mundi oblectamenta fugere, ſenſuum mortificationi ſtudere, divinis rebus, ac præſertim orationi incumbere didiciſſet, anno ætatis ſuæ 17. ad Capucinorum Religionem accedens, vitæ innocentiam, non modò uſque ad mortem integram retinuit; verumetiàm præclara doctrina, maximis virtutibus, admirabilique ſanctimonia cumulavit. Vir fuit in Theologicis Scientiis excellens, in iiſque explicandis plurimos auditores habuit, qui ſcientia, & prædicatione in Religione floruerunt. Mediolanenſem, ac Brixienſem Provincias aliquando ſanctiſſimè moderatus eſt; ob ejus præclara merita totius Ordinis Diffinitor Generalis Romæ omnium Patrum ferè calculis fuit electus. Cœleſti ſapientię luce diffuſus, priùs in Galliam ad Pariſienſem Provinciam ſua auctoritate ſtabiliendam Commiſſarii munus egit; deindè à P. Laurentio à Brunduſio tunc Generali Miniſtro in Germaniam eadem poteſtate miſſus, non ſolùm in illis Provinciis præclara Religioni incrementa dedit; ſed etiam quamplurimos in Vrbe Pragenſi illuſtriores viros hæreſi infectos ad Fidem Catholicam amplectendam induxit. Magna fuit, ac mirifica illius ingenii excellentia, in Sacris Scripturis eruditio, & in declamandis Concionibus facundia, quibus cùm diſciplinæ regularis zelus, Seraphicæ paupertatis ſtudium, honeſtatis cultus, humilitatis contentio,

rio, abſtinentiæ rigor, voluptatum omnium fuga, prudens in omnibus rebus moderatio, aſſiduæ orationis fervor, læta, ac ſerena morum compoſitio accederent, ipſius vitam quaſi cœleſtem quandam imaginem tot coloribus depictam exornaverunt ita, ut quaſi divinum ſimulacrum à Deo in Orbe depoſitum videretur. Multis celebratur Operibus præclarè ſcriptis, quorum aliqua ipſo adhuc ſuperſtite prodierunt, alia verò jam defuncto. Ea ſunt:

*Praxis Orationis mentalis in quatuor Tomos in 12. diſtributa*: quę poſteà ex Italico Idiomate translata eſt in Gallicum, & ex Gallico in latinum ab Antonio Vulmaro Salsburgenſi Monaco profeſſo Carthuſiano Conventus, ſeu Monaſterii Athemienſis. Prodiit primò Venetiis anno 1608. & Mediolani 1615. Deindè Latinè Conſtantię Helvetiorum anno 1627. Typis Nicolai Kuvlt in duas tantum partes in 8. & ab eodem Interprete Reverendiſſimo, ac Sereniſſimo Principi Maximiliano Archiduci Auſtriæ dicata, in cujus commendationem hos cecinit verſiculos:

*Decreſcit pietas, librorum gloria creſcit,*
*Exiguumque labor maximus edit Opus:*
*Vnicus ac poſtquam rectè liber iſte legatur*
*Augeſcet pietas, deficientque libri.*

Quin & Opus ipſum Lectorem hoc modo alloquitur:

*Ars contemplantis, Lector, ſum practica vitæ,*
*Sic etenim me à me pagina prima vocat.*
*Quò contemplari Divos, Divinaque poſſis,*
*Te doceo Divum, Diva magiſtra modum.*
*Quàm benè vis ergo, Divos, Divinaque noſſe,*
*Tam benè, quod doceo Diva Magiſtra, lege.*

Iſti quatuor libri verſi ſunt etiam in Idioma Hiſpanicum à quodam noſtrę Religionis Sacerdote Provinciæ Caſtellæ anno 1625. qui ſtudens humilitati, nomen ſuum tacere voluit; & impreſſi ſunt Matriti anno ſupradicto, & Patri Seraphino à Politio ab eodem Traductore dicati.

*Introductiones Spirituales in Sermones Divi Bonaventuræ Doctoris Seraphici, & in omnia Evangelia à Dominica in Albis uſque ad Adventum Domini excluſivè*. Tom. 2. in 4. Venetiis apud Miſſerinum 1588.

*Sermones octo de Doloribus D.N. IESV Chriſti, adjunctis aliis Concionibus*. Bergomi anno 1596.

*Tractatus de Oratione 40. Horarum, & piæ quædam exercitationes de doloribus IESV Chriſti*. Venetiis 1586.

Hi-

*Hiſtoria Salodienſis, & Patriæ Adriani VI. Summi Pontificis*. Brixiæ anno 1599.

*Oratio funebris in obitu Alexandri Luzalii nobilis Brixienſis*. Brixię anno 1594.

*Hiſtoria Religionis Capucinorum, quam complexus eſt uſque ad annum* 1597.

*Theatrum Paradiſi*, ſive, *Meditationes piiſſimæ de gloria IESV Chriſti, Beatæ MARIÆ Virginis, & Sanctorum*. Tom. 2. in 8. Salodii apud Bernardinum Lantonium anno 1620.

*Meditationes*, ſeù *Coronæ de vita, & paſſione IESV Chriſti Domini noſtri, quibus S. Carolus Borro... us uti ſolebat*, & ab eodem Auctore juſſu ejuſdem Sanctiſſimi Cardinalis compoſitæ. Bononiæ apud Bartholomęum Cochium anno 1570. & Mediolani 1614.

*Præparationes ad Miſſam*, & *Meditationes de Paſſione D. N. IESV Chriſti*. Ibidem 1610.

*Confortatorium eorum, qui morte plectendi ſunt*. Brixiæ 1614.

*Conciones Quadrageſimales quadruplices ſecundùm* Ritum *Ambroſianum, ad uſum tamen Romanum accommodatæ*. Tom. 2. in 8.

In primo Tomo continentur *Conciones à Dominica prima, quæ dicitur* in Capite, *uſque ad quartam Dominicam excluſivè, quę dicitur* de Cęco.

Secundus verò continet *Conciones à Dominica de Cœco uſq; ad Feriam tertiam Paſchæ incluſivè*. Lugduni ſumptibus Antonii Pillehotte, & Ioannis Caffin anno 1624. & ſunt dicatæ Eminentiſſimo D. D. Fr. Antonio Barberino Capucino S. R. E. Cardinali Presbytero S. Onuphrii nuncupato, nec non Vrbani VIII. Pontificis Maximi Germano Fratri.

*Exagerationes Morales pro Concionatoribus*. Salodii apud Bernardinum Lantonium anno 1622. in 8.

*Expoſitio admirabilis, & profundiſſima in librum Apocalypſis Beati Ioannis Apoſtoli*, ab omnibus viris doctis, & præſertim à Summo Pontifice Clemente VIII. tunc regnante maximè commendata, cujus originale conſervari juſſit in Bibliotheca Vaticana.

*Conciones Quadrageſimales ſecundùm Ritum, & ordinem Eccleſiæ Romanæ*. Tom. 5. in 4.

*Conciones*, ſive, *Sermones pro Solemnitatibus* 40. *Horarum*. Tom. 2. in 4.

*Sermones*, ſive, *Conciones de Paſſione, & morte Domini noſtri IESV Chriſti*. Tom. 1. in 4.

*Conciones, & Sermones quadruplices pro tempore Adventus*. Tom. 2. in 4.

*Sermones, & Conciones pro omnibus Feſtis Beatiſſimæ Virginis MARIAE*. Tom. 2. in 4.

*Tractatus de Immaculata Conceptione Dei Genitricis MARIAE*. Tom. 1. in 4.

*Catena Conceptuum extracta ex Operibus Sanctorum Auguſtini, Gregorii, Cypriani, & aliorum Sanctorum Patrum*. Tom. 4. in 4.

*Vita B. Felicis à Cantalicio Capucini* in 4.

*Vita B. Angelę à Dezenſano Fun-*

*datricis Monaſterii Virginum Vrſulinarum in Civitate Brixiæ.* Tom. 1. in 4.

Extant alia ejus Opera, quæ uſque ad quadraginta Volumina aſcēdunt, eorumque Titulum hic non ponimus, utpotè nobis ignotum; aſſervantur tamen M.S. in noſtra Bibliotheca Brixienſi. Vixit in Religione annos 60. quorum quinquaginta (res forſitan inaudita) conſumpſit in prædicatione verbi Dei. Omnes ferè Italiæ, & Germaniæ, & nonnullæ etiam Galliæ Vrbes illius notitiam habuerunt; dum inibi apud eas laudabiliter admodum, atque feraphicè, fructuque non vacuus, prædicatoriam dignitatem in ſuggeſtibus exercuit; pietatem illius admirantes, atque doctrinæ magnitudinem, æquè ac ingentem, atque apoſtolicum animi fervorem in tot concionibus ab ipſo editis. Quo tandem vita defuncto anno 1611. tertiodecimo Kal. Auguſti, ætatis ſuæ 77. ac jam annis plurimis Brixiæ corpore ejus ſarcophago occluſo, terræque mandato, pollex, quo ita devotè, doctèque ſcripſit, lingua, quæ ſic fructuosè verbum Dei diſſeminavit, & cerebrum, quod tam feliciter contemplationi vacavit, reperta ſunt ita recentia, & integra, ac ſi adhuc viveret. Ejus geſta copiosè deſcripta ſunt à Boverio Tomis primo, & ſecundo Annalium Capucinorum ad annum, quo obiit; & de illo illuſtriores, ac notæ ſanctimoniæ viri præclara Elogia fecerunt. Inter quos ſunt S. Carolus Borromeus, qui aliquando Mathiam tanquam ſpiritu Dei plenum, ac virum apoſtolicum maximè commendavit. Fridericus itidem Borromeus S. R. E. Cardinalis, & Archiepiſcopus Mediolanenſis ita Mathiæ ingenium, ac doctrinam ſuſpiciebat, ut de illo aliquando aſſeruerit, quod S. Auguſtinus de filio ſuo Adeodato dicere ſolebat: *Ingenium illud mihi terrori eſt*; & in ſuo egregio Opere, quod de Sacris Oratoribus compoſuit libro 3. pag. 119. ingenii, ac doctrinæ ejus excellentiam ſic admiratur. *Mathias Belintanus Capucinus vim, & ubertatem inventionis etiam in præcipiti ſenecta retinuit raro exemplo; cùm ætas illa infelix omnem ex animo noſtro dicēdi vim, & copiam exhaurire videatur. Magna res eſt, & fortaſsè ultra quàm credi poſſit inventio; cùm pauciſſimi inveniantur ex omni memoria, qui meruerint tam laudem: cùmque appareant ingentia Volumina, quæ circumferuntur magno nomine, & fama, vix quidquam habitura de proprio, & ſuo, ſi ſuccus inventionis ex illis exprimeretur. Nihil tamen unquam dixit Belintanus, quod abditum magnopere, & exquiſitum non eſſet, eratque non tam copia magis, & ubertate, quàm excellentia, & acumine inventionis admirandus. Acceſſerat ad eam inveniendi facilitatem labor aſſiduus, & incredibile ſtudium tanto progreſſu, ut, cùm ſcripta quædam illius minimè non vulgari doctrina vir inſpexiſſet, admiraretur novum in homine Divinarum litterarum uſum, infinitamque memoriam, atque inciperet ſuſpicari nequaquam uti naturæ mu-*

*muneribus eum, ſed aliquid profectò majus, & excelſiùs habere.* Hæc ille. Philippus Spinellus S. R. E. Cardinalis tantoperè Mathiæ doctrinam, & ſanctimoniam venerabatur, ut, cùm apud Germanos Legati munere fungeretur, pictam ipſius imaginem ſuo in cubiculo haberet, ſeque illius orationibus ſępiſſimè per litteras commendaret. Robertus Cardinalis Bellarminus, cùm hujus viri miracula, quæ poſt ipſius obitum à Deo patrata fuerunt, percepiſſet, dixit: *Haud hæc Mathiæ miracula admiror: vir enim fuit, quaſi oliva fructifera in domo Dei, & Eccleſia Chriſti.* Franciſcus Panigarola Epiſcopus Aſtenſis, & Concionator ſuo tempore celeberrimus; *Mathiam inter Sanctos Eccleſiæ Patres annumerari poſſe paſſim exiſtimabat.* Nec defuerunt alii viri piiſſimi ſimul & doctiſſimi, qui illuſtria Mathiæ encomia conſlantes, illum acumine meditationis Aquilam, dulcedine prędicationis Cygnum, operiſque conſtantia Leonem præſeferre affirmarunt. Inſuper in virginitate, cognitione, & amare Diſcipulum, quem diligebat IESVS: in doctrina Sanctum Paulum, in fervore operis Divum Petrum: in reliquo tandem totius vitæ ſtatu apoſtolicis hęrentem veſtigiis Apoſtolum fuiſſe. De eo etiam honorificè meminerũt Franciſcus Gonzaga lib. 1. de Origine Seraph. Religion. ubi de Scriptor. Fr. Minorum. Vvillotus in Athenis Orthodoxis litt. M. Vvaddingus de Scriptor: Ord. Min. Ardinghellus in Appendice Congeminatæ vocis Turturis oſtenſ. 4. ubi de Capuc. Carolus de Arembergh in Florib. Seraph. tom. 1. Ioannes Baptiſta à Peruſio in præludio ad vitam B. Felicis: Benedictus à Scaptinea lib. de Fructibus Seraphicis: Torreçilla de Excellentia Seraph. Relig. Octavius Rubeus in Epiſtolis, & Martyrolog. Franciſcanum ad diem 6. Aprilis.

MATHIAS FERRERIVS, natione Pedemontanus, Patria à Caballo-Majori, ejuſdem Provinciæ Concionator, Diffinitor, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor: qui ob ſingularem ejus doctrinam, Catholicæ Fidei zelum, ac vitæ probitatem Miſſionarius Apoſtolicus in Vallibus Subalpinis ſpecialiter deputatus, eo in munere innumeros pro orthodoxa veritate tuenda, ac dilatanda perpeſſus labores, plurimos utriuſque ſexus, tum concionibus, tum diſputationibus à Calviniſtica perfidia revocatos, Eccleſiæ Romanæ reconciliavit. Scripſit, & Typis dedit latino Idiomato Opus ſub hoc Titulo:

*Ius Regnandi Apoſtolicum per Miſſiones Eccleſiaſticas Religioſorũ totius Ordinis Hierarchici ab initio Eccleſiæ;* ſive, *Rationarium Chronographicum Miſſionis Evangelicæ ab Apoſtolicis Operariis, præſertim Capucinis, pro Eccleſiaſtico Catholico Regno propagando in quatuor Mundi partibus, in duos Tomos in fol. diſtinctum ad Alexãdrum VII. Pontificem Maximum.* Primus Tomus complectitur Monaſticorum, & Mendicãtium Ordinum varias Miſſiones, nec non Eccleſiaſticę Miſſionis doctrinam epitomaticè ſignat,

Capucinorumque à ſpirituali, ac ſæculari Principatu pręſtitas proviſiones communes hiſtoricè calculat. Auguſtæ Taurinorum apud Carolum Ianellum anno 1659.

Secundus Tomus calculat Actus Apoſtolicos ab Apoſtolis Apoſtolorum Diſcipulis, Martyribus, Pontificibus, Epiſcopis, Doctoribus, Monachis, & Mendicantibus, Religioſis Operariis, præcipuè Capucinis Pedemontanæ Provinciæ pro Fide Catholica propugnanda exantlatos. Ibidem anno eodem 1659. Opus iſtud, ſicut ſcribit D. Andreas Roſſottus Monachus Fulienſis in Syllabo Scriptorum Pedemontii, eſt maximè curioſum, utile, & dignum, quod legatur; tum ut Capucinorum zelum erga Fidem Catholicam quis dignoſcat, tum ut confundantur illi maligni, qui putant Sacram Congregationem de Propagandafide minus diligenter ſe habere in procuranda Hæreticorum converſione.

MATHIAS GRANATENSIS, natione Hiſpanus, Provinciæ Bęticę Concionator, vir pius, Seraphicę Regulæ ſtudioſus, compoſitis moribus decorus. Scripſit:

*Annotationes in Rubricas Miſſalis, Breviarii, & Martyrologii Romani.* Hiſpali anno 1669. De eo meminit Torreçilla ubi ſupra.

MATHIAS A' PARMA, natione Italus, Bononienſis Provincię alumnus, Sacerdos piiſſimus, probatæ virtutis, ac ſalutis animarum zelo fervidus; Scripſit Italicè Opus ſub Titulo:

*Itinerarium animæ à D' ›ina voluntate directum, in tres partes, ſeu vias diviſum; ſcilicet, in Purgativam pro incipientibus, in Contemplativam pro proficientibus, & in Vnitivam pro perfectis.* Parmæ apud Marium Vignam anno 1658. in 12.

MATHIAS VENETVS, Provinciæ Venetiarum alumnus; vir pius, & humilis, moribus devotus, erga Beatiſſimam Virginem Dei Genitricem MARIAM maxima veneratione affectus; Scripſit, & edidit librum Italicè ſub hoc Titulo:

*Eſercitio di lodi divotiſſime in forma di ſalutationi; overo, Colloquii da offerirſi alla Gran Madre di Dio, & al Glorioſo Patriarca S. Giuſeppe: aggiuntivi trenta Eſercitii dell'amor di Dio in* 8. Venetiis apud Franciſcum Bodium anno 1664.

MATTHÆVS DE ANGVIANO Hiſpanus, Provinciæ Bęticæ Concionator, ac Miſſionarius Apoſtolicus apud Indos Occidentales, ſcripſit Patrio Idiomate, & habet ſub prælo Tom. 2. ſub Titulo:

*Practica d' Exerçicios Eſpirituales para todas ſuertes de perſonas anno* 1690.

*Conquiſtes Eſpirituales de Etiopia, y America* 1690.

MATTHÆVS QVINTANIENSIS Gallus, Provinciæ Pariſienſis filius, ex qua cum doctrinæ laude, ac erudito concionandi munere, notato nomine nobis exhibetur; Deſcripſit.

*Tabellam Eccleſiæ, in qua ipſius ſtatus ſecundùm varias ætates depictus cernitur.* Tom. 1. in 8.

MATTHÆVS A' SANCTO MAR-

MARTINO, Provinciæ Calabriæ Concionator, ex primis, qui in eadem Provincia vitæ ſanctitate floruerunt; ſcripſit Italicè ex Paulo Gualterio præcitato:

*Chronologiam de Origine, & rebus geſtis Capucinorum in Calabria.*

MATTHÆVS SILVESTRIVS, natione Italus, Patria à Leoniſſa, quod Aprutii Oppidum eſt Neapolitano Regno ſubjectum. Hic à puero cęleſtibus donis à Deo pręventus, maximæque ſanctitatis præludia preſeferens, humana, ac philoſophica ſtudia ingenti devotioni, ac rerum ſupernarum amori conjungens; verbis parcus, moribus maturus, toto corpore compoſitus, univerſos ſuo exemplo ad virtutem alliciebat. Adoleſcens ob præclaram ingenii præſtantiam, Doctoris Medici lauream conſecutus, atque ad ſuæ Patriæ curationem publico ære conductus, Galeni, & Hypocratis ſtudiis, orationem, ſacrorumque librorum lectionem præponens, honeſtum illum laborem honeſtiori Divinorum exercitatione, Tertii Ordinis S.P.N. Franciſci habitu aſſumpto, mirabilibus curationibus illuſtravit. Anno 1539. ætatis ſuæ 28. Romæ à Patre Bernardino Aſtenſi in noſtræ Religionis conſortium exceptus, humanam prorsùs ſapientiã exuens, mortuumque ſe ſuper terram exiſtimans, non alio, quàm obedientiæ, & humilitatis ſpiritu, ſibi vivendum conſtituit. Summam vitæ auſteritatem coluit: in carnis maceratione, jejuniis, ac abſtinentia fuit admirabilis: orationis ſtudium die, noctuque nunquam intermiſit: ſetōtum in aliorum ſalutẽ verbi Dei prędicatione effudit; & ſemper Chriſtum Dominum pro omnium incolumitate mortuum gerens, aſſiduè collacrymando, univerſos ab Orco liberare, & Cœlo lucrifacere concupivit. Mira tum in dicendo, tum in agendo ſuavitate præditus fuit, ſeq; omnium moribus,ac ingeniis aptans, ipſoſque magis feroces, ac rebelles animos ad ſe alliciens, innumera penè lites, controverſias, ac inimicitias in pluribus Italiæ Civitatibus compoſuit. Erga Dominicam Paſſionem maxima animi pietate fuit affectus, & in ipſo profundæ noctis ſilentio, poſt longam corporis flagellationem, trabem ſibi humeris imponens, nudiſque pedibus ad Eccleſias pergens, Chriſtum Dominum ad Calvariũ deferentẽ Crucẽ meditabatur, lacrymoſiſque gemitibus ejus paſſionem, & mortem deplorabat. Aliqua ferunt ſcripſiſſe de eadem Dominica Paſſione, & extat adhuc:

*Opuſculum devotiſſimum in forma meditationis, & colloquii de pœnis, tormentis, & vulneribus IESV Chriſti*. Impreſſum Venetiis anno 1601. & anteà 1586. apud Iuntas: in quo tamen non notatur nomen proprium Auctoris; ſed ſolùm, quòd ſit compoſitum à Religioſo S. Franciſci. Meritis dives, pœnitentia clarus, miraculis glorioſus, prophetico ſpiritu ſublimis obiit in Civitate Aquilana anno 1553. die 21. Iunii, ætatis ſuæ 43. Religionis 15. Ejus vitam admirandam deſcripſit Boverius Tom. 1. Annalium Capucinor.

De

De eo etiam Martyrolog. Franciſc. 11. Kal. Iulii §. 3.

MAVRITIVS GAMBORINVS, natione Sabaudus, Patria à Mora, Provinciæ Genuenſis alumnus; vir mitis, humilis, pacificus, & longanimis in malis tolerandis, ac etiam in perpetrandis, promovendiſque egregiis facinoribus ſpiritu grandis: cùm eſſet ſacræ paginæ, & geminæ facultatis Poſitivæ, & Scholaſticæ Profeſſor ſublimis; Eccleſiaſtes eximius, verbi Dei miniſter indefeſſus, ac ſalutis animarum conſtanter ſitibundus, in converſione Hæreticorum ſe totum occupavit: cùmque per plurimos annos non ſine maxima Eccleſiæ Catholicæ utilitate in Regionibus Subalpinis, ac Helvetiorum Hæreſes impugnaſſet, multiſque ex Nobilioribus, & Miniſtris Prædicantibus ad Fidem Romanam reduxiſſet, de mandato Summi Pontificis Clementis VIII. Tononenſi Miſſioni in Sabaudia præfectus, ibidem ardentiſſimi ſui zeli uſque ad mortem vividiſſima monſtravit exépla. Scripſit, & Typis dedit juſſu ejuſdem Summi Pontificis Italico Idiomate:

*Catechiſmum, ſeu, Doctrinam Chriſtianam, & Catholicam cum Methodo ſe occupādi in exercitiis Fidei, quam tenet, & profitetur Sancta Romana Eccleſia.* Opus verè doctiſſimum, facili methodo, ſimul & dogmatico conſcriptum: quod non modò Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Taurinenſi Archiepiſcopo, ſed & Romano Pontifici oblatum, à ſapientioribus, & Eminentiſſimis DD. Cardinalibus Aſculano, & Bellarmino examinatum, unanimi univerſorum ſenſu, atque conſenſu comprobatum, Typis excuſum prodiit Taurini apud Ioannem Dominicum Tarinum anno 1601. & denuò anno 1607. non ſine magna Fidelium utilitate, ſpecialique Catholicæ Fidei incremento. Scripſit etiam:

*Commentaria in quatuor libros ſententiarum Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ ab eodem compilata, & explicata Genuæ in Conventu S. Barnabæ anno ab Incarnatione Domini* 1595. Habentur M. S. in noſtra Bibliotheca Genuenſi Immaculatæ Conceptionis. Obiit devotiſſimè in noſtro Conventu S. Ioannis de Moriana in Sabaudia 1613. & de eo meminerunt Vvaddingus de Script. Ordin. Minor. Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia Epiſcopus Salutienſis de Scriptoribus Pedemont. & D. Andreas Roſſottus itidem in Syllabo de Scriptoribus Pedemontii.

MAVRITIVS TOLONENSIS, natione Gallus, Provinciæ S. Ludovici alumnus; vir Sacerdotio venerandus, ac religioſo virtutum ſtegmate decorus: qui in pluribus Galliæ Civitatibus, & locis, & præcipuè in Italia in Civitate Genuenſi anno 1657. ardentiori charitatis æſtu incenſus, quò unà cum Patre Alexio Brincolenſi, & ſociis ex Gallia alacri animo veniens graſſante peſte, eodem morbo laborantibus, ſpiritualiter, ac corporaliter neceſſari ſubminiſtravit; nec non plurima, eaque præclara geſſit in illius Civitatis utili-

litatem; Scripſit, ac poſteris dedit Latinè:

*Tractatum de ordine ſervando in Civitatibus, & aliis locis tempore peſtis, dum morbo epidemico vexantur: addita methodo ad conficiendas ſuffumigationes, & alias purificationes neceſſarias.*

*Libellum Apologeticum adverſus impugnantes ſuffumigationes, quæ debent neceſſario fieri tempore peſtis.*

*Narrationem compendioſam FF. Capucinorum, qui in Civitate Genuenſi, & Suburbiis peſte infectis miniſtrarunt, & pro charitate fratribusq; ſuis animas poſuerunt.* Hos Tractatus adhuc M.S. vertit in Idioma Italicum, locupletavit, novaque methodo conſcripſit P. Ambroſius Genuenſis Capucinus, ejuſdem Provinciæ Concionator eruditus, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor, illoſque prælo ſubmiſit Genuæ anno 1661. apud Petrum Ioannem Calenzanum Tom. 1. in 4. Scripſit pariter Mauritius Gallicè, & Typis dedit alterum Volumen, cujus Titulus eſt:

*Le Capucin charitable enſeignant le methode pour remedier aux grandes miſeres, que la peſte a couſtumè de porter avec ſoy parmy les Peuples.* Pariſiis apud Viduã Dionyſii Thierry anno 1662. in 8. Obiit Toloni anno 1668.

MAVRVS A' GRIESKIRCH Germanus, in Provincia Tiroli ob eximiam ejus doctrinam, ſalutis animarum zelum, ac apoſtolicum concionandi ſpiritum maximè commendatus; Edidit:

*Conciones per annum, Adventum, & Quadrageſimam.* Tom. 4. Auguſtæ Vvindelicorum anno 1684.

*Horologium excitatorium Myſticum anno* 1689.

MAVRVS A' VALENTIA, natione Hiſpanus, Provinciæ Valentinæ alumnus, Concionator magni nominis, eloquens, & eruditus, ac Sacrę Scholaſticæ Facultatis Profeſſor egregius: vir quidem diligens litterarum, ſed diligentior evangelicarum virtutum cultor; Evulgavit Hiſpanico Idiomate:

*Sermones varios de Sanctis, & pręcipuè de Sancta Thereſia, & aliis quatuor Beatis*; ſcilicet, *Ignatio Franciſco Xaverio, Philippo, & Iſidoro à Sanctiſſimo D. N. Gregorio Papa XV. in Sanctorum numero relatis*. Matriti anno 1625.

*Orationem in funere Sereniſſimæ Margaritæ Auſtriæ.* Ibidem anno 1626.

*Conciones Quadrageſimales valdè eruditas, & Morales.* Ibidem 1637. De eo meminit Vvaddingus de Script. Ord. Minor. & Nicolaus Antonius Hiſpalenſis part. 2. Bibliothecæ Hiſpanæ litt. M.

MAXIMILIANVS DEGENDORFENSIS, natione Germanus, Provinciæ Tirolenſis alumnus; vir pius, ac devota morum venuſtate compoſitus: qui in eadem ſua Provincia Concionatoris, ac Sac. Theologiæ Prælectoris munus doctiſſimè, ac laudabiliter per plures annos exercuit; & ad Novitiorum Magiſterium, & educationem Præfectus, quamplurimis ac pręclaris virtutum exemplis illis præluxit; Scripſit Latinè, &

Typis

Typis dedit Opuſculum ſub hoc Titulo:

*Flores roſarum, & Lilia convallium*; ſive, *Exercitia Spiritualia*. Monachii in Bavaria anno 1658. Elaboravit etiam Patrio Idiomate, & evulgavit:

*Epitome Annalium FF. Minor. Capucinorum P.* Zachariæ Boverii. Ibidem 1664. Tom. 1. in 4.

MAXIMINVS AQVENSIS Gallus, Provinciæ S. Ludovici Sac. Theologiæ Lector; vir probatis, ac candidis moribus ornatus, ac in indagandis, exponendiſq; Sacris Scripturis verſatiſſimus; Edidit librum, cui Titulus eſt Gallicè:

*Reflexions ſur les Veritez Evangeliquez contre les paſſages, que les Traducteurs de Mons ont corrumpù dans le Noveau Teſtement*. A Trevoux apud Ioannem Molin 1681. Tom. 1. in 4.

MAXIMINVS DE GVECHEN, natione Gallus, Provinciæ Lugdunenſis Sacerdos; vir in Geometricis, ac Mathematicis Facultatibus valdè peritus, unà cum FF. Bernardino Burdigalenſi, ac Ludovico à Monteregali in iiſdem artibus admodum verſatis, juſſu P. Ioannis à Montecalerio, tunc Ordinis noſtri Miniſtri Generalis, delineavit, ſculpſit, ac Typis ſubmiſit:

*Corographicam Deſcriptionem omnium Provinciarum, ac Conventuum Religionis Capucinorum ſecundùm veram illorum diſtantiam, ſervata etiam Climatum conſtitutione*. Romæ 1643. Tom. 1. in fol. & Taurini anno 1649.

MEDARDVS COMPENDIENSIS Gallus, Provinciæ Pariſienſis Concionator; vir doctrinæ, ac religioſæ diſciplinæ titulis ornatus, Gallico Idiomate deſcripſit:

*Hiſtoriam Sacræ Imaginis Beatæ MARIAE Virginis ſub Titulo*: Dominæ Pacis, *quæ colitur in Sacello majoris Eccleſiæ noſtri Conventus Pariſienſis*. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1659.

MELCHIOR AB ORIOLA, natione Hiſpanus, Provinciæ Valentiæ Filius, Ioannis Garziæ Epiſcopi Oriolenſis, doctrina, ac pietate inſignis, germanus Frater. Hic illuſtri Parentum ſtirpe progenitus, nataliũ ſplendoribus propriis virtutibus, nova gloriæ, & decoris addidit incrementa. Nam in ipſo adoleſcentiæ flore Seraphicã Religionem ingreſſus, Divina ex alto favente gratia, brevi tempore evangelicæ vitæ faſtigium aſcendit. Vir fuit admirandæ humilitatis, paupertatis, & abſtinentiæ: in oratione tam ardens, & aſſiduus, ut nullam temporis particulam ſine ea ſibi labi ſineret, qua mediante prædicationis donum cœlitùs obtinuit. Cùm enim priùs inter concionandum defectu memoriæ, ſæpè mutus, & elinguis è ſuggeſtu deſcenderet, ac non levi timore perculſus præſentiam, & affluxum plebis ſuſtinere nequiret, die octava feſti S. Io: Baptiſtæ divino ſpiritu afflatus, derepentè in virum alterum mutatus eſt. Quare tam expedito, & eleganti ſermone, tanta memoriæ felicitate, tanta vocis contentione, & animi ardore ſententias, & oracula funde-

re,

re, & in vitia declamare cępit, ut poſteà penè omnes Ioannis Baptiſtæ dotes in baptiſmum pœnitentiæ prędicando, & Pauli Apoſtoli in converſione animarum talenta feliciter fuerit æmulatus. Ferunt ſcripſiſſe, ac Typis evulgaſſe:

*Sermones aliquot de Paſſione Domini, & de Beatiſſima Virgine, qui fuerunt impreſſi Valentiæ anno* 1610. Obiit ſanctiſſimè in Conventu Albaydæ ſuæ Provinciæ, in quo erat Guardianus anno 1614.

MICHAEL DE BAGNONES Gallus, Provinciæ Pariſienſis alumnus, & Concionator; Edidit Gallicè:

*La Vie de Madamoiſelle Marguerite de Meſples Superieure de les Orphelines de la Ville de Puy, où il eſt traicté de ſa converſion, & de la conduite de ſon vie ordinaire.* Tom. 1. in 8. anno 1688.

MICHAEL A' CASTRO-FRANCO, natione Gallus, Provinciæ Aquitaniæ alumnus; vir in humanis, ac ſacris litteris abundè verſatus: in Concionibus ardens, eloquens, & eruditus: qui in eadem Provincia doctiſſimus, & inter omnes Theologicarum Facultatum fulgore illuſtratus emicuit: in cujus corde magnus animarum ſalutis zelus exarſit, & in Fide Catholica tuenda, propugnanda, ac propaganda indefeſſus, pro ea ſtabilienda verbo, & ſcriptis cum Hęreticis plurimùm decertavit, multiſque ſe vitæ incommodis, ac periculis expoſuit. Præclara elaboravit hujus generis Opera, quorum aliqua ſunt impreſſa, alia verò lucem expectant, & ſunt:

*Antidotum contra Ianſeniſmum.* Tom. 3. in fol.

In primo Tomo complectitur *tota Hiſtoria Ianſeniſmi, & continentur ſpecialiter omnia, quæ ſcitu digna acciderunt, dum Ianſenius viveret, & etiam poſt ejus obitum uſque ad Pontificatum Clementis X.* ibique recenſentur exactè Bullæ, & Conſtitutiones Summorum Pontificum, Declarationes Regis Chriſtianiſſimi, Epiſtolæ Epiſcoporum Galliæ, & alia plura ad hanc Hiſtoriam ſpectantia. Accedit etiam *Refutatio generalis doctrinæ Ianſenii* innixa ſuper veritates fundamentales Catholiciſmi, ſimulque refelluntur omnes cujuſvis generis Hęreſes per applicationem harum veritatum.

In ſecundo Tomo confutatur *doctrina Ianſenii, & ſingillatim ejus quinque Propoſitiones jam ab Eccleſia, & à Summis Pontificibus damnatæ:* & hoc fit eruditiſſimè ex auctoritate Sacræ Scripturæ, ex Bullis Pontificum, ex Conciliis, ex Sanctis Patribus, & ſpecialiter ex D. Auguſtino, & D. Thoma.

In tertio Tomo continetur *ampla reſponſio ad objectiones, & prætextus, quibus utuntur illi, qui doctrinam Ianſenii defendunt*; videlicet, quòd quinque ſupradictæ Propoſitiones non reperiuntur in libris Ianſenii: ſecundò, quòd non ſunt damnatæ eo ſenſu, quo à Ianſenio explicantur: tertiò, quòd Papa non potuit eas abſolutè damnare tanquam hæreticas; quia eſt quæſtio de facto; ubi Auctor totum tanquam falſum

oſtendit, & probat Auctoritatem, & Infallibilitatem Summi Pontificis in definiendis quæſtionibus de facto inſeparabilibus à quæſtionibus de Iure.

*De Sanctitate Imaginaria Ianſenii, & Ianſeniſtarum; & de vera ſanctitate Catholicorum, & ſanctitate eminenti Religioſorum*. Tom. 1. in 4.

*Tractatus contra petentes Concilium Generale, & appellantes à Papa ad Concilium*. Tom. 1. in 4.

*De Suprema Auctoritate Sancti Petri, & Summorum Pontificum Succeſſorum ejus*. Tom. 1. in fol.

*De Infallibilitate Summi Pontificis in rebus Fidei definiendis, & terminandis*. Tom. 1. in 4.

*Falſum Evangelium Genevenſe renovatum in traductione facta in Civitate Montis Hannoniæ, quod convincitur falſitatis ex Textu Græco, & Latino veri Evangelii IESV Chriſti, ex doctrina Sanctæ Eccleſiæ, & Sanctorum Patrum*. Tom. 2. in 4.

*Refutatio libri de frequenti Communione Arnaldi Ianſeniſtæ, in quo innumeri errores continentur contra uſum Sacramenti Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ*. Tom. 1. in 8.

*Refutatio libri de perpetuitate Fidei ejuſdem Arnaldi*. Tom. 1. in 8. & in 4.

*Triumphus Iubilæi, cùm confutatione cujuſdam Catechiſmi, in quo docetur quædam doctrina S. R. E. contraria*. Tom. 1. in 4.

*Defenſio Privilegiorum Regularium ad Confeſſionem Paſchalem ſpectantium*. Tom. 1. in 8.

*Hiſtoria Generalis omnium Conciliorum à Sancto Petro uſque ad noſtra tempora, in qua confirmatur præcipuè ex eiſdem Conciliis Auctoritas Summi Pontificis; & confutatur quidam liber de Vita S. Athanaſii noviter impreſſus, erroribus non paucis repletus, Auctoritatem ejuſdem Summi Pontificis minuentibus*. Tom. 6. in 4.

*Refutatio omnium Articulorum confeſſionis Fidei Calviniſticæ profeſſioni Fidei Sacri Concilii Tridentini contrariæ*. Tom. 1. in 8.

*Sermones de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, in quibus de realitate, & tranſubſtantiatione ejuſdem Sacramenti luculentiſſimè diſſeritur*. Tom. 1. in 4.

*Sermones varii de Tempore, & de Sanctis, & præcipuè de Beatiſſima Virgine MARIA*. Tom. 2. in 4.

*Tractatus varii Philoſophici, & præſertim de Metaphyſica*. Tom. 2. in 4.

*Tractatus de Cambiis, Contractibus, & Vſuris*. Tom. 1. in 4.

MICHAEL HISPANVS, Provinciæ Neapolitanæ Concionator; vir ingenii magnitudine, præclara doctrina, morum ſuavitate, ac vitæ ſanctimonia illuſtris: qui pluribus temporibus Philoſophicas, ac Theologicas Facultates Noſtris eruditiſſimè expoſuit, multoſque noſtræ Religioni Verbi Dei Præcones doctrina, & pietate inſignes ſui imitatores progenuit. Scripſit:

*Tractatum de Prædeſtinatione ad gloriam, & de Auxiliis divinæ gratiæ, quem vidimus M. S.* Obiit devotiſſimè in noſtro Conventu Ro-

mano

mano anno 1585. & de ejus geſtis aliqua narrantur a Boverio Tom. 2. Annalium Capucinorum pag. 179. §. 53.

MICHAEL DE MAIOLANDA, natione Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ filius, Concionator, ac Theologus valdè doctus, & eruditus; Scripſit Patrio Idiomate, & Typis dedit:

*Sermones diverſos de Sanctis.* Matriti anno 1659. in 4.

MICHAEL NEAPOLITANVS, ejuſdem Provinciæ alumnus; vir virtutibus, ac morum ſanctitate illuſtris: quem excellens ingenii præſtantia, præclara eruditio, atque doctrina, aliæque egregiæ animi dotes inter primos noſtri Ordinis Apoſtolicos Prædicatores meritò conſtituerunt; Scripſit, & poſteris reliquit:

*Annotationes ſuper Prophetas Majores, præcipuè ſuper Ezechielem,* &

*Sermones plurimos diverſi generis, quæ omnia M. S. aſſervabantur in Bibliotheca Ducis Vrbini.* Sanctis operibus dives devotiſſimè deceſſit Camerini anno 1580. dum inibi in Eccleſia Cathedrali tempore Quadrageſimæ conciones haberet. De eo meminit Boverius Tom. 1. Annalium ad annum ſignatum.

MICHAEL A' VALENTIA Hiſpanus, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Miniſter Provincialis. Hic ex nobiliſſima Regni Hiſpaniæ Familia, quam (*de los Eſcrivanos*) vocant, progenitus, avitæ ſuæ nobilitati virtutum, ac meritorum pondere magnum gloriæ incrementum adjecit. In Religione Sanctiſſimæ Trinitatis, in qua aliquot annos religiosè vixit, Doctoris, ac in Theologia Magiſtri lauream ſibi comparavit; ſed auſterioris vitæ deſiderio incenſus, Capucinorum Familiæ aggregatus, brevi ad omnis perfectionis apicem pervenit. Humilitas ejus fuit non vulgaris, ſuique deſpicientia maximè claruit; & licèt eximia doctrina, & nobilitatis decore fulgeret, nunquam tamen, vel de ſua Familia, vel de Philoſophicis, ac Theologicis arcanis eſt locutus, & ab inutili hominum conſortio, præcipuè ſuorum propinquorum, & cognatorum ſemper abſtinuit. Seraphicam paupertatem ſummoperè excoluit, ejuſque intuitu veſtem contritam, & plenam ſegminibus conſutis gerebat, nihilq; ad ſuum uſum, quod non eſſet in Regula expreſſum, habere voluit. Regularis diſciplinæ, & auſteritatis vitæ præclariſſima dedit exempla, & in fundendis in Eccleſia precibus plures quotidie horas inſumebat. Tanto denique virtutum, ac gratiarum ſplendoribus emicuit, ut omnium opinione perfecti S.P.N. Franciſci imitatoris nomen ſibi comparaverit. Scripſit:

*Expoſitionem ſuper Regulam Fratrum Minorum*, quam M. S. reliquit in noſtro Conventu Valentiæ, in quo obiit anno 1630. poſt peracta in ſua Provincia duo Provincialatus triennia. Vide Tom. 3. Annal. Capucin.

MICHAEL ANGELVS ARIMINENSIS, natione Italus, alumnus Provinciæ Bononienſis. Hic

decimo octavo ſuę ætatis anno, generis nobilitate neglecta [erat enim ex Familia, quæ vocatur *Diotallevi*] ac divitijs, quibus affluebat, valedicens, humilem ac pauperem vitam inter Capucinos ſibi delegit. Vir fuit magnæ perfectionis, & charitatis, ſilentij, & orationis amantiſſimus, obſervantiæ regularis ſtudioſus: quibus virtutum dotibus, cùm præclari ingenii, prudentiæ, & manſuetudinis ornamenta accederent, certatim Religionis Provinciæ, ſeſe illius regimini committere ſtudebant. In Etruria Commiſſarii Generalis egregiè munus egit. Provincia Brixienſis in Miniſtrum Provincialem eum ſibi adſcivit. Similiter Prouinciæ Bononienſis bis Provincialis fuit electus, cunctarumque Galliæ Provinciarum cura illi demandata fuit: quas omnes, Miniſtri Generalis vices agens, magna cum prudentiæ laude viſitavit. Inde in Italiam reverſus, Diffinitor Generalis electus, & poſteà ad Officium Procuratoris fuit aſſumptus. Quo in munere exercendo coram tota Curia Romana ſe virum oſtendit ad ardua, & præclara nactum facinora, ac dignum, qui ſupra candelabrum altiùs elevaretur. Scripſit Latinè:

*Reſolutiones quaſdam Morales, & Regulares, quas M. S reliquit*; &

*Tractatum de Electionibus Regularibus*. Obiit Bononię anno 1625. ętatis ſuę 77. poſt 55. Religionis annos in omni perfectionis genere peractos. Ejus geſta deſcribuntur à Matiſconenſi Tom. 3. Annal. ad annum prędictum pag. 578. §. 83.

MICHAEL ANGELVS DE BERGON, natione Gallus, Patria Lugdunenſis, cauſarum forenſium quondam Patronus egregius, cùm ex Italicis verſibus Capoleonis Guelphucii vitam, & regularem Capucinorum diſciplinam in Gallica carmina convertiſſet, pręloque ſubmiſiſſet, tanto fuit erga hoc Inſtitutum amore incenſus, ut illud poſt alterum annum profeſſus, optimus ejuſdem ſectator evaſerit. Demum Theologus, & Concionator declaratus, piiſſima Opuſcula Patris Alexii Segalę Salodienſis ex Italico tranſtulit in Gallicum ſermonem, eaque etiam valdè locupletavit, & ſunt:

*Praxis ſingularis, & utiliſſima virtutum, quæ faciliter hominem ad veram perfectionem ducunt*. Lugduni apud Ludovicum Muguet anno 1615.

*Ars amandi, & colendi Beatiſſimam Dei Genitricem Mariam*. Ibidem 1616.

*Iter*, ſeu, *via facilis*, *& tuta ad Paradiſum*. Ibidem eodem anno, & iterùm Pariſiis 1620.

*Triumphus animarũ exiſtentium in Purgatorio*. Ibidem 1616. & Lutetię 1620.

*Corona cęleſtis*, ſive, *Meditationes pro omnibus Feſtis B. Marię Virginis*. Lugduni 1625. Tranſtulit etiam in Gallicum Idioma:

*Horologium Spirituale*, ſive *Meditationes pro ſingulis feſtis D. N. IESV Chriſti*, *& Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*, Italicè olim compoſitum à P. Franciſco Longo à Coriolano Capucino anno 1611. Lugduni

duni 1629. De hoc Auctore meminit Vvaddingus de Scriptor. Ordin. Minorum.

MICHAEL ANGELVS CASSINA, natione Italus, Patria Mediolanenſis, ejuſdem Provinciæ ſæpiùs Diffinitor; vir ſingulari inſignitus doctrina, ac Religioſæ diſciplinę fervidus zelator: qui in declamandis concionibus eloquens, eruditus, & indefeſſus, multos vecordes ſpiritu, & à via veritatis errantes ad Chriſti ſemitas perduxit; Evulgavit Italicè Concionem ab eo habitam in Eccleſia Metropolitana Mediolanenſi in feſto Sancti Caroli Borromæi die 4. Novembris anni 1623. ſub Titulo:

*Il Martirio di S. Carlo Borromeo Arciveſcovo di Milano &c.* Mediolani apud Io: Baptiſtam Bidellum 1623. De eo meminit Picinellus in Athenæo Mediolanenſi.

MICHAEL ANGELVS DE GVEREN, ſeu Guereten, natione Gallus, Patria Pariſinus, ejuſdem Provinciæ Sacerdos venerandus; vir vitæ probitate, humilitate, charitate, ac præſertim orationis aſſiduitate præclarus: in Theologia Myſtica Doctor egregius, ac ad dirigendas animas per viam ſpiritus valdè peritus; Scripſit duo piiſſima Opuſcula, quorum Titulus eſt:

*Pietas Ægroti Chriſtum ſequentis in Hortum, in Prætorium, & in Montem Calvariæ.* Ambiani anno 1639. in 8.

*Greſſus tres animæ Chriſtianæ:* quorum primus illam ſuper mundú, & ſuas vanitates extollit: ſecundus ſuper corpus ſuum, & ad patiendum contradictiones illam elevat: tertius ad cœleſtem gloriam eam introducit, poſtquam Sathanam pedibus conculcavit, illiuſque inſidias detexit, & fregit in approximatione mortis. Pariſiis apud Nicolaum Gobert anno 1644. in 8. De eo meminit Vvaddingus ubi ſupra.

MICHAEL ANGELVS A' RASENNA, natione Italus, Provinciæ Romanæ Diffinitor, Concionator magni nominis, doctrinæ varietate, & omnigenæ eruditionis ornamentis decorus: qui etiam aliquando Conventum noſtrum Romanum ſub Guardiani Titulo prudentiſſimè, ac ſolicitè gubernavit; Edidt Italicè:

*Concionem, quam habuit in Aula Excellentiſſimi Senatus Reipublicæ Lucenſis die 21. Februarii in ſecundo Sabbato Quadrageſimæ* anni 1671. Lucæ apud Hyacinthum Paci eodem anno.

MICHAEL ANGELVS ROTHOMAGENSIS, natione Gallus, Provinciæ Normanniæ alumnus; vir maximè affabilis, candidiſque moribus exornatus, & verbi Dei prædicatione illuſtris: qui in vinea Dei Operator aſſiduus, Hæreticorum converſioni occupatus, & totus intentus, cum illis ſæpiſſimè publicè diſputavit, eorumque plurimos ſua doctrina, ſermonibus, ſcriptis, ac præcipuè apoſtolicæ vitæ exemplis ad Fidem Catholicam convertit: inter quos etiam ipſe Molinęus Acatholicorum Magiſter convictus ſuccubuit: Scripſit Gallico Idiomate duo Volumina ſub hac Epigraphe:

*L' Agathe Miſtique &c.* Ideſt, *Aga-*

*Agatha Myſtica cęleſtis Pirrhi*. Eſt liber totus de Controverſiis ad Fidem Catholicam ſpectantibus. Rothomagi apud Ioannem de Bouleger Tom. 1. in 8. 1659.

*La Veritè de l'Egliſe Catoliq; &c.* Ideſt, *Veritas Fidei Catholicæ*. Qui liber ita fuit Catholicis gratus, ut ſolo trium hebdomadarum ſpatio omnia ejus exemplaria ad duo millia aſcendentia fuerint à Typographo cariſſimè vendita. Rothomagi apud eundem 1659. Tom. 1. in 8.

MICHAEL ANGELVS TAPIN, natione Gallus, Patria Cabilonenſis, Provinciæ Lugdunenſis filius; vir doctiſſimus, Concionator fervidus, & eloquens, Prælatus ſingulari manſuetudine, ac prudentia inſignitus, & apoſtolico charitatis zelo ad animarum ſalutem imbutus, plurimiſq; aliis virtutibus commendatus; Scripſit, & evulgavit Gallicè:

*Rituale Sacrarum Cerœmoniarum pro Fratribus ſuæ Provinciæ, additis documentis plurimis ad morum politiam ſpectantibus*. Lugduni apud Ludovicum Muguet 1639. tacito proprio nomine, & cognomine.

*Librum Officiorum à Sodalitate Pœnitentium Sanctiſſimi Sacramenti ſolemniter decantandorum: quibus acceſſerunt diurna pietatis officia*. Ibidem 1646. apud eundem.

*Exercitia devotionis pro directione animarum*. Ibidem apud eundem anno 1646.

*Statuta, & Regulas pro eadem Sodalitate Sanctiſſimi Sacramenti Pęnitentium*. Ibidem 1646.

*Methodum benè confitendi peccata ſua, & devotè, ac utiliter Sacram Euchariſtiam ſumendi*. Ibidem 1648. De eo meminit Vvaddingus de Scriptor. Ordin. Minor.

MICHAEL ANGELVS VENETVS, ejuſdem Provinciȩ alumnus, ac Miniſter Provincialis. Hic, cùm Evangelicæ prædicationis donum, quo egregiè præſtabat, clariſſimis apoſtolicȩ vitæ exemplis, ac morum ſanctitate exornaſſet, tantam ſibi apud omnes exiſtimationem, ac venerationem comparavit; ut, cùm ad Dei verbum diſſeminandum ipſius in aliquam Vrbem adventus prȩſentiretur, Epiſcopus Clero, ac magna Populi turba ſtipatus, eidem obviam procederet; eumque omnes, quaſi alterum Apoſtolum reciperet. E ſuggeſtu verba dabat æternæ vitæ, omniumque animos magno ſui ſpiritus fervore, & cœleſti ſapientia ad lacrymas, ad pœnitentiam, & Chriſtum mirè alliciebat. Beatiſſimæ Dei Genitricis MARIÆ fuit cultor eximius, & ubique Populos ad ſpecialem illius devotionem ſuis ignitis ſermonibus mirabiliter attraxit. Romæ in Eccleſia S. Laurentii in Damaſo Quadrageſimali tempore prædicans, inſtituit Sodalitatem Puritatis ejuſdem Sacratiſſimæ Virginis, Regulamq; pro Confratribus compoſuit. Nonnulla etiam devotiſſima Opuſcula in ejus honorem, & fidelium utilitatem Italicè conſcripſit, quorum aliqua temporis lapſus nobis eripuit: ea verò, quæ ſuperſunt, hunc habent Titulum:

*Faſciculus Myrrhæ quadraginta Meditationum de doloribus IESV Chri-*

*Chriſti, & Beatiſſimæ Virginis MARIÆ ejus Matris*. Venetiis apud Marcum Guariſcum anno 1608. in 12.

*Faſciculus Roſarum variorum Exercitiorum Spiritualium*. Ibidem anno 1610. in 8. apud eundem. Obiit ſanctiſſimè Venetiis anno 1612. inter Beatiſſimæ Virginis laudes, ejuſque vitæ innocentia poſt ipſius obitum à Deo miraculo fuit illuſtrata. De eo meminit Boverius Tom. 2. Annalium Capucinorum, & Vvaddingus lib. de Scriptor. Ordin. Minorum.

MODESTVS ROMANVS, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Diffinitor, Conventus Romani Guardianus; vir pius, ac obſervantiæ Regularis admodum ſtudioſus; ex Latino in Italicum Idioma traduxit Opuſculum P. Benedicti Canfeldenſis, cujus Titulus eſt:

*Regula Perfectionis redactæ ad unicum punctum voluntatis Divinæ*. Romæ Typis Maſcardi 1650.

MVTIVS CAVENSIS, natione Italus, Provinciæ Neapolitanæ alumnus, ac Magiſter Novitiorum; vir ſanè ob fervorem ſpiritus, vitæ innocentiam, morum perfectam compoſitionem, Seraphicæ Regulæ obſervantiam, aliarumque virtutum exempla venerandus; Scripſit Italico ſermone:

*Tractatum de ſignificatis Sacroſancti ſacrificii Miſſæ*. Romæ apud Ludovicum Grignanũ anno 1626.

*Declarationem de Divinis Officiis, & de Cæremoniis, quæ fiunt in Exequiis Defunctorum*. Ibidem apud Iacobum Maſcardum anno 1612. De eo meminit Vvadding. de Script. Ord. Minor.

# N

NICANDRVS GARRIGA A' Venafro, Provinciæ Sancti Angeli alumnus, vir divino clarus eloquio, ſcripſit Italicè:

*Volumina plura Meditationum Spiritualium*. Obiit 1649. die 13. Novembris in Conventu S. Nicandri. De eo Toppius in ſuâ Bibliotheca Neapolitana.

NICEPHORVS DE PONTE, Gallus, Provinciæ Pariſiorum alumnus, & Concionator; edidit Gallicè Opuſculum ſub Titulo:

*Methode tres-facile de faire l'oraiſon mentale*. Tom. 1. in 8.

NICOLAVS ANGELVS A' S. ANGELO, natione Picenus, Provinciæ Romanæ alumnus, Concionator eruditus, in Arte Poetica admodum exccultus, ac clariſſimo pollens ingenio; Scripſit Italicè carmine Heroico Encomium Sacrum de Beato Felice Capucino ſub Titulo:

*L' Amore Felice del Felice amante*, overo, *Li Sacri ampleſſi del B. Felice da Cantalice Capuccino diſtri-*

buito

*buito in dodici interlocutioni*. Romę anno 1632. Habetur Originale in noſtra Bibliotheca Genuenſi, quod dicavit P. Franciſco de Nigro, tunc Religionis noſtræ Commiſſario Generali.

NICOLAVS ASBOLDVS Hybernus Miſſionarius Apoſtolicus tam à doctrina, quàm à pietate morum maximè commendatus: qui nomen ſuum ob id in Anglia, & in Hybernia reddens gratiſſimum, magno ingenii ſui robore, ſpiritus fervore, ac animarum zelo totus ad Fidem Catholicam adverſus Hereticos propugnandam converſus, piiſſimis ſuis laboribus, ac ſcriptis, eximias profligatæ impietatis manubias Eccleſiæ reportavit. Super vigintiquinque edidit Volumina tam Latino, quàm Anglico Idiomate, quorum plura extant apud Capucinos Miſſionis Hyberniæ. Hìc tamen ſolùm Titulos eorum, quæ ad mei notitiam pervenerunt exponimus, nempè:

*Annales Miſſionis Capucinorum in Anglia, & in Hybernia Latinè in fol.* Tom. 2.

*De Poteſtate, & Auctoritate Summi Pontificis adverſus Proteſtantes*. Tom. 2. in 4.

*Stellio ad Stellam*: Opus valdè ingenioſum de ipſius congreſſibus contra Hæreticos. Tom. 1. in 4.

*De Doctrinis præcipuis ab Hæreticis controverſis*, Tom. 2. in 4.

*Conciones Catethicæ*. Tom. 3.

*Poemata varia ſacra, & moralia.* Tom. 2.

NICOLAVS BARSOTTVS, natione Italus, Patria Lucenſis, Provinciæ Bohemiæ alumnus, Divini eloquii Præco eximius, religioſis moribus, ac vitæ probitate conſpicuus, doctrina, & ingenio profundus in Facultatibus Theologicis, Philoſophicis, Mathematicis, Aritmeticis, Aſtronomicis, ac Poeticis inſigniter eruditus; erga Beatiſſimam Dei Genitricē Virginem MARIAM maximo extitit devinctus devotionis affectu: in cujus honorem ingenioſiſſimum, ac pulcherrimum elaboravit Opuſculum ſub Titulo:

*Cynoſura*, ſeu, *MARIA Stella Polaris duodecim diffuſa radiis, ſeptenisque Sphærica planitie circumplexa Orbibus, rutilans MARIÆ Nomen verſibus* 3611846246 40 *eundo à Stellæ Radiis ad extimum Orbem, totidemque redeundo; hoc eſt Carminibus* 722, 369, 249, 280. dico: *Septingentis viginti duobus millibus, trecentis ſexaginta novem millionibus, ducentis quadraginta novem millibus, ducentis, & octoginta longiùs, latiùs, pientiùſque explicans, & illuſtrans, Univerſis præcelſum MARIAE Nomen piè colentibus ad ſpectandum, & obſervandum, delineata, propoſita, & oblata ab omnium infimo tantæ Reginæ Cliente Nicolao Lucenſi Concionatore Capucino anno MarIæ DeIparentIs feLICI*. Ad Sereniſſimum Leopoldum I. Hungariæ Regem. Prodiit Viennę Auſtriæ apud Ioannem Iacobum Kurner 1655. in fol.

Hoc Opuſculum nimis tamen laborioſum, æquè ac admirabile ad Chriſti fidelium erga Auguſtiſſimam Dei

Dei Matrem Virginem MARIAM Religionem augendam, & ſuum erga eandem intimi cordis affectum patenti teſtimonio comprobandum, ab eodem Auctore mirè auctum, ac locupletatum, ac Excellentiſſimo D. Equiti Ioanni Baptiſtæ Nani Sereniſſimę Venetorū Reipublicę apud Cęſarem Oratori inſcriptum, recuſum eſt in eadem Civitate ab eodem Typographo anno 1657. ſub hoc Titulo:

*Cynoſura, ſive, MARIA Stella Poleris Chriſto IESV Sole amicta, exornata, illuſtrata, quæ ſeorſim ſumpta Diſtichis 69,902,227,514, 327,040, eundo; & quia retrograda totidem redeundo; hoc eſt Carminibus 279,608, 910, 057, 308,* 160. dico: *Ducentis ſeptuaginta novem millibus, ſexcentis & octo millionum millionibus, nongentis quoq; & decem millibus quinquaginta ſeptem millionibus, & inſuper trecentis, & octo millibus, centum, & ſexaginta. Sol IESVS Chriſtus itidem ſeorſim ſumptus, totidem planè, ut Cynoſura numero carminibus conſtat. Si verò Cynoſura unita Soli accipiatur numero propemodum ineffabili, & incomprehenſibili.*

*Sermones Evangelicos de Quadrageſima, ed de Adventu.* Ibidem apud eundem 1667. Tom. 1. in 4.

*Sermones, ſive, Conciones de Sanctis per annum occurrentibus.* Ibidem apud eundem 1668. Tom. 1. in 4.

*Spirituale humanæ ſemper peregrinæ mortalis vitæ Remigium, habens portum ſuum immortalem æternam vitam; Italico primùm Idiomate fuſiùs, nunc ſtrictiùs Latino donatum.* Viennæ Auſtriæ 1647. & prodiit etiam ferè eodem tempore Germanico Idiomate cum ingenti utilitate. Tranſtulit pariter ex Italico in Germanicum ſermonem Opuſculum Patris Pauli Manaſſæi, cujus Titulus eſt:

*Paradiſo Interiore, cum additione quorundam Opuſculorum, & aliorum Exercitiorum Spiritualium.* Prodiit jam quinta vice; bis Coloniæ Agrippinæ, & ter Viennæ Auſtriæ. Tom. 1. in 8.

Hujus Auctoris pręclariſſimè meminit Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Caramuel parte 2. Metemetricæ impreſſæ Romæ anno 1663. Apollo quadrangularis Muſa 4. pag. 46. cujus verba hic apponimus. *Luca feliciorum ingeniorum parens Patria eſt Patris Nicolai Lucenſis Concionatoris Capucini, cujus Sphæras, & Circulos metricos Orbis litterarius legit, & admiratur; eſt præditus ingenio ſubtili, & multa ſcripſit, quæ à Poetis eruditis laudantur. Viennæ Auſtriæ anno MarIæ DeIparentIs feLICI. Imitatur Cęlum Liveldenſe, edidit Marianam Cynoſuram, & Ferdinando III. Romanorum Imperatori dedicavit, eandemque poſt quatuor annos, videlicet, anno poſt DoMInICam SaLVtem ad inſtantiam Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi D. Ioannis Baptiſtæ Nani apud Cęſarem pro Sereniſſima Venetorum Republica Oratoris inſtantiam, locupletiorem reddidit. Vtraque mihi*

Kk per-

*perplacet, & utramque, ut devotionem erga Deiparam foveam; & , ut hanc meam Muſam illuſtrem, & honorem adjungo.*

Et in eadem Metemetrica parte 2. Apolline circulari, Muſa ſecunda, Cruce celeſti pag. 67. loquendo de Capucinis, qui in variis ſcientiis floruerunt, de Nicolao Lucenſi ſic proſequitur: *Ergo tempori, & loco ſtylum attemperans, omiſſis ceteris, quos alii dignè celebrent, Patris Nicolai Lucenſis mentionem faciam. Eſt ille eximiorum virorum ſententia Lucæ celeberrimæ Civitatis gloria, Seraphicique Ordinis decus, optimus Theologus, & ſeveris Scientiis eruditè verſatus; cum magno applauſu, & fructu Conciones Evangelicas habet, & à claris, & illuſtribus viris collaudatur. Sublimiores Scientias Charitibus Caſtaliis exornat; & , quia veteres noſtras Ideas novis verſibus exornare dignatus eſt, volui ſuo labore, & ingenio Celeſtem hanc Muſam honorare. Scripſit, ut ſuperiùs me adnotaſſe memini, Marianam Cynoſuram, in qua, quàm ſit ingenioſus Poeta, & quàm ſubtilis Mathematicus, tota Schola videt, & applaudit.*

Hippolytus Maraccius Lucenſis in Pſalterio Anagrammatico MARIÆ Immaculatæ à R. P. Ioanne Baptiſta Agnenſe compoſito, & noviſſimè Mediolani reimpreſſo, in Epiſtola ad Lectorem pag. 17. de ſupradicto Patre Nicolao ſic honorificè loquitur: *Pater Nicolaus Barſottus Lucenſis, Concionator Capucinus; vir doctrina, pietate, prudentia, omnique planè virtutis lumine clarus, ob Cynoſuram, ſive Marianam Stellam Polarem IESV Chriſto Sole amictam, quam ipſe feliciſſimo ingenio, atque admirabili prorſus arte compoſuit, ac Viennæ Auſtriæ, ubi degit, in lucem evulgavit, à Marianis cultoribus non parum amandus, & prædicandus &c.* Præclaro etiam elogio illum decorat in Appendice Bibliothecę Marianę litt. N.

NICOLAVS DIVIONENSIS Gallus, Provinciæ Lugdunenſis Sacræ Theologiæ Profeſſor, & Concionator eximius: qui multas Galliç Vrbes ſua prædicatione ad juſtitiam erudivit, ac rara prudentia, & ad res peragendas vigilantia, diligentia, efficacitate ſingulari præornatus, Miniſtri Provincialis munere per novennium præclariſſimè eſt perfunctus; Edidit Gallicè:

*Sermones vigintiquatuor, ſive, Conciones pro tempore Adventus ſub Titulo*: Pharaon Reprovè, ou l'Advocat de la Providence de Dieù ſur la reprobation des Peſcheurs. Lugduni apud Claudium Muguet 1685. in 4.

*Conciones Quadrageſimales.* Tom. 3. Ibidem 1687. apud Ioannem Baptiſtam de Ville.

*Sermones de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.* Tom. 1. in 8. Ibidem 1687.

*Sermones de Beatiſſima Virgine.* Tom. 2. in 8. Ibidem 1687.

*Conciones Panegiricas de Sanctis.* Tom. 3. in 8. Ibidem 1689.

*Spiritum Chriſtiani, Eccleſiaſtici, & Religioſi efformatum ſuper ſpiritum*

*tum IESV Chriſti*. Eſt Opus in tres Tomos in 12. diviſum miram redolens pietatem, & omnibus ſtatibus perſonarum, accommmodatiſſimum, & perutile. Lugduni apud de Ville anno 1688.

*Sermones Quadraginta Horarũ contra abuſum Sacramenti Pœnitentiæ*. Tom. 1. in 4. Ibidem apud eundem 1690.

Scripſit inſuper Tractatulum doctiſſimum, in quo aperit, & confutat nuper damnatam opinionem Theologiæ Miſticæ Michaelis de Molinos, tacito tamen ipſius Auctoris nomine, & illum intitulavit Gallicè:

*Lettre Curjeuſe a un Ami, dans la quelle on fait l'Analiſe de la novelle Theologie Myſtique du Docteur Molinos*. Divioni apud Ioannem Reſſayre anno 1688. in 8.

NICOLAVS SPEDIENSIS, natione Italus, Provinciæ Genuenſis alumnus; vir doctus, ac Concionator fervidus, ſalutis animarum ſolicitus, religioſis moribus ornatus; Scripſit, & paratum habebat pro Typis:

*Opus Philoſophicum compendioſè elaboratum*. Habetur M. S. in noſtra Bibliotheca Genuenſi. Obiit Genuæ anno 1644.

# O

OBITIVS BRIXIENSIS, natione Italus, Provinciæ Brixiæ Sacerdos, vir ſingulari pietate venerandus. Hic in ipſo adoleſcentiæ flore inter Canonicos Regulares Beati Laurentii Iuſtiniani aſſociatus, in eo Ordine per plures annos præclariſſimis probatæ vitæ exemplis plurimùm enituit; ſed aliquando cœleſti viſione admonitus, ad Capucinos pertranſiit: inter quos perfectiùs vitæ Inſtitutum amplexus, obedientia, paupertate, humilitate, patientia, oratione, ac angelica vitæ innocentia, & puritate, veræ perfectionis exemplar omnibus ſe ſemper exhibuit. Scripſit, ac Typis dedit:

*Vitas, & Geſta Sanctorum Eccleſiæ Brixienſis, quæ figuris plurimis exornavit*. Brixiæ apud Marchettum anno 1589.

Sanctimoniæ fama clarus, mortalem vitam cum immortali commutavit in noſtro Conventu Brixiano anno 1599. & de illo meminit Boverius Tom. 2. Annalium Capucinorum ad annum prædictum.

OCTAVIVS VVORST, natione Batavus, Patria ab Amſtelodamo, Provinciæ Flandriæ alumnus; Concionator fervidus, in declamandis ad Populum ſermonibus magna ſpiritus efficacia præditus, in Fidei controverſiis valdè eruditus, ac in Theologicis Facultatibus longa annorum ſerie exercitus: qui etiam pro Sum-

mi Pontificis ſuprema Iuriſdictione defendenda multa contra Hæreticos diſputationum certamina ſemper victor exegit; plurima ſcripſit Opera, quibus ſe, & præſentibus utilem, & futuris memorabilem fecit. Ea ſunt:

*Summum, & Infallibile Orbis Chriſtiani in rebus Fidei & Morum decidendis Tribunal, ex quo nihil unquam erroneum in Fide, & Moribus diffinitum proceſſit, nec procedet, nec procedere poteſt: à quo in prædicta materia appellare etiam ad Concilium Generale legitimè congregatum, non ſolum periculoſum in Fide, temerarium, & ſcandaloſum; ſed hæreticum quoque eſſe comprobatur: in quo nullus Hæreticus ſedit, nec unquam ſedebit*. Tom. 1. in fol.

*Vindiciæ Auguſtinianæ Catholicæ*, ſeu, *Vera Demonſtratio Operum S. Auguſtini, quæ Theologi Lovanienſes Typis mandarunt annis ſalutis* 1566. 1567. & 1568. Lugduni, & Pariſiis 1614. 1626. 1637. 1651. *& ſub fuco adulterinæ emendationis depravarunt*. Tom. 1. in fol.

*Apologia Sacra, in qua Summi Romani Pontificis Iuriſdictionis Primatus, ſicut & illius Infallibilis in Controverſiis Fidei decidendis Auctoritas ex ſolo Sacro Textu comprobatur*. Tom. 1. in 4.

*Sol in Eclypſi, ſeu, S. Auguſtinus in Cornelio Ianſenio*. Tom. 1. in 4.

*Calvinus Pelagianus redivivus*, ſeu, *Auguſtinus Cornelii Ianſenii*. Tom. 1. in 4.

*Panoplia S. Auguſtini*, ſeu, *Doctrina Auguſtini adverſus Auguſtinū Cornelii Ianſenii Anteauguſtini*. Tom. 1. in 4.

*Ionas in ſuggeſtu*, ſeu, *Quadraginta Conciones Morales; quæ tempore calamitatis publicæ, vel Orationis 40 Horarum declamari poſſunt*. Tom. 1. in 4.

*Chriſtus Liber ſignatus ſigillis ſeptem, ſeu, Septem Expoſitiones Morales, & Scholaſticæ ſuper ſeptem Feſta Chriſti principalia in anno occurrentia: quibus additæ ſunt aliæ Conciones, veluti folia hujus libri, ſuper Feſta Sanctiſſimæ Trinitatis, & Sacratiſſimi Nominis IESV*. Tom. 1. in 4.

*MARIA Liber ſignatus ſeptem ſigillis Apocalypſis cap.* 5. ſive, *Septem Expoſitiones Morales, & Scholaſticæ ſuper ſeptem Feſta principalia B. MARIÆ Virginis in anno occurrentia: quibus acceſſerunt aliquæ Expoſitiones Morales de Feſto Sanctiſſimi Roſarii, ac de Sanctiſſimo Nomine MARIÆ*. Tom. 1. in 4.

*Franciſcus Liber ſignatus ſeptem ſigillis*, ſeu, *Septem Expoſitiones Scholaſticæ, & Morales ſuper Feſta principalia Ordinis Seraphici per annum occurrentia; ut Feſtum S. P. N. Franciſci, S. Claræ, S. Antonii de Padua, S. Bonaventuræ, S. Ludovici, S. Bernardini, ac S. Didaci: quibus additæ ſunt aliquæ Morales Expoſitiones ſuper Feſta aliquorum Sanctorum Martyrum, & Confeſſorum, qui huic Libro ſe inſcripſerunt*. Tom. 1. in 4.

*Triumphus S. R. E. ſuper omnes principales Hæreſes Calviniſtarum, quæ in Hollandia, Anglia, Germania, & Gallia graſſantur: in quo eorum*

*rum errores ex propriis illorum principiis convincuntur*; ſcilicet, *ex Sacra pagina, quam ſolam, ut Iudicem Controverſiarum admittunt: ſicut ex illis Sanctis Patribus, quorum doctrinam ſe ibidem recipere teſtantur ex confeſſione articulorum Fidei, & ex Catechiſmo, quæ duo vocant fundamenta ſuæ Religionis, ut dicunt, Reformatæ: ex quatuor primis Conciliis, quæ in confeſſione articulorum admittunt: denique ex propriis ſuorum principalium Prædicātium, & ex iiſdem principiis Veritas, & Doctrina Catholica Romana demonſtratur*. Tom. 1. in fol.

*Manipulus*, ſeu, *Compendium Controverſiarum Fidei pro uſu eorum, qui in Miſſionibus occupantur*. Tom. 1. in 8.

*Flores Paradiſi*, ſeu, *Conciones Morales de Sanctis totius anni*. Tom. 2. in 4.

*Faſciculus Myrrhæ*, ſeu, *Conciones Morales de Paſſione D. N. IESV Chriſti, & de Compaſſione Beatæ MARIAE Virginis*. Tom. 2. in 4.

*Quadrageſimale*, ſeu, *Conciones Morales ſuper omnes Ferias, & Dominicas totius Quadrageſimæ*. Tom. 2. in 4.

*Dominicale*, ſeu *Conciones Morales ſuper omnes Dominicas totius anni, exceptis Dominicis Quadrageſimæ*. Tom. 2. in 4.

*Adventus Chriſti*, ſeu, *Conciones 23. ſuper quatuor Dominicas Adventus, & Ferias in illo occurrentes*. Tom. 1. in 4.

*Sermones de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento*. Tom. 1.

*Anaſtaſis Æternitatis*, ſeu, *de Animæ rationalis immortalitate, beatitudine, & pœna*. Tom. 1. in 4. Romæ apud Philippum Mancinum anno 1665.

*Sepulcrum Sinagogæ Hebrẹorum*, ſeu, *Adventus Meſſiæ, qui eſt Chriſtus IESVS*. Tom. 1. in 4.

*Satyra Hollandica Fidei monſtruoſè Hẹreſum multarum, quæ in ſola Hollandia vigent*. Tom. 1. 4.

*Curſus Philoſophicus breviter, ſed clarè traditus*. Tom. 3.

*Curſus Theologicus breviter, ſed clarè traditus*. Tom. 4. in 4.

Horum Operum alia impreſſa ſunt Romæ, & Bononiæ: alia verò propter Auctoris mortem adhuc lucem deſiderant. Obiit vir doctiſſimus Antuerpiæ anno 1670. ætatis ſuæ 75.

OGERVS FLOCKIN, natione Belga, Patria Leodienſis, Provinciẹ Valloniæ Concionator, edidit in honorem Beatiſſimæ Virginis MARIAE, erga quam fuit ſingulariter affectus *Opuſculum Rythmicè compoſitum de Immaculata ipſius Conceptione; cujus initium eſt*: Lauda Sion Plebs MARIAM: *illudque habetur apud Alvam in militia columna* 1117. Memoratur à Maraccio in Appendice Bibliothecæ Marianæ.

ONESIMVS DE KIEN, natione Belga, Provinciæ Gallo-Belgicæ alumnus, Concionator, ac Diffinitor: vir florens ingenio, vigens eloquio, ſpiritu fervens, Fidei Catholicæ Zelator, ſalutis animarum ſolicitus, ac vitæ integritate laudabilis;

Tran-

Tranſtulit ex Hiſpanico in Latinum Idioma, ac valdè locupletavit:

*Homilias tam Quadrageſimales, quàm de Sanctis, & de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento* Reverendiſſimi P. Hieronymi Baptiſtæ de la Nuza in quatuor Tomos in fol. diſtributas. Antuerpiæ apud Gulielmum Leſteenium anno 1649.

*Triumphum IESV Chriſti Dei, & Salvatoris noſtri*, ſive, *Diſcurſus prædicabiles in ejus Solemnitatibus, & Feſtis*. Rev. P. Ioannis de Mata Ordinis S. Dominici, & filii Conventus S. Andreæ de Medina. Tom. 1. in folio. Antuerpiæ 1653.

*Paradiſum Virginalem*, ſive, *Conciones de Feſtis ſemper Virginis Dei Genitricis MARIÆ*, ejuſdem Auctoris. Tom. 2. in 4. Ibidem 1652. De eo meminit Vvaddingus lib. De Script. Ord. Minor. & Maraccius in Append. Bibliothecæ Marianæ.

OTHOMARVS TRAIECTENSIS, Provinciæ Colonienſis Concionator, Sacræ Theologiæ Lector, ac Diffinitor: vir ſeraphicæ obſervantiæ zelator, ac devotis moribus præornatus; Edidit:

*Methodum meditandi acerbiſſima Paſſionis Dominicæ myſteria ex ſacris litteris conquiſitam*. Paderbonæ apud David Huberi 1687.

*Devoti Chriſtiani Spirituale Speculum in Paſſionem Domini, in quo docemur qualiter ipſum ſequi, vitamque perfectam inſtituere oporteat.* Coloniæ apud Vvilhelmum Friſens 1680.

*Itinerarium mentis in Deum.* Tom. 1. in 16. 1689.

# P

PACIFICVS PORTELLIVS, natione Gallus, Patria Pariſinus, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac ſæpiùs Diffinitor, necnon Monialium Capucinarum in Civitate Pariſienſi Confeſſarius: vir vitæ innocentia, humilitate, patientia, abſtinentia, ac ſancta morum venuſtate ſatis commendatus: qui etiam plurimos annos in eadem ſua Provincia in Novitiorum educatione maxima cum charitatis, manſuetudinis, ac prudentiæ laude conſumpſit. Scripſit:

*Praxim animæ devotæ, in qua varia pietatis exercitia recenſentur*. Pariſiis anno 1657. in 8. apud Dionyſium Thierry.

PACIFICVS A' PROVINIO, natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis filius; vir verè Apoſtolicus, Concionator ſalutis animarum zelator, Miſſionarius Evangelicus in Regionibus Orientis, & Occidentis apud Perſas, AEgyptios, Thraces, & alios Infideles à Rege Perſarum humaniſſimè exceptus fuit, & ab eodem ad Chriſtianiſſimum Regem

Lu-

Ludovicum XIII. Legatus. Hic, cùm innumeros labores, & ærumnas in Fide Catholica promovenda, & Infidelium converſione procuranda exantlaſſet, novam navigationem ſuſcipiens, ad Terras Auſtrales Americæ pervenit: ubi copioſa animarum meſſe in Dei Eccleſiam reportata, meritis, ac virtutibus dives, piiſſima morte è vivis exceſſit anno 1653. Scripſit Gallico Idiomate:

*Relationem Hiſtoricam ſuæ peregrinationis*, ſive, *Miſſionis ad Terram Sanctam, Palæſtinam, Ægyptum, & Perſiam*. Fuit impreſſa Pariſiis anno 1648. in 8. apud Dionyſium Thierry.

*Relationem veram*, ſive, *Deſcriptionem Inſularum S. Chriſtophori in America, & Guadalupi*. Ibidem apud Thierry 1648. in 8. Scripſit etiam alium librum Apologeticum in defenſionem B. Raymundi Lullii Martyris, ſicut videri poteſt in Compendio ejus vitæ impreſſo, in quo citantur relationes authenticæ de ejus Martyrio, & hæc verba apponuntur: *Martyrizatus eſt Bugiæ in Regno Tunetano in Aphrica anno 1315. ætatis ſuæ 45. ſecundùm hiſtoriam à R. Patre Pacifico Capucino Miſſionario Apoſtolico factam per auctoritatem Regis Chriſtianiſſimi, & Congregationis Cardinalium de Propaganda fide*, impreſſam Pariſiis anno 1645. De hoc Auctore etiam meminerunt honorificè, ſicut & de ejus ſcriptis, Arturus à Monaſterio in annotationibus ad Martyrologium Franciſcanum, & R. P. Marcus de Guadalaxara, y Xavier par. 5. Hiſtoriæ Pontificalis lib. 18. cap. 11. litt. D. pag. 512. & 519. Vvaddingus lib. ut ſupra.

PACIFICVS SCALIGERVS, natione Gallus, Provinciæ Aquitaniæ Concionator, Superior, ac Præfectus Miſſionum Capucinorum Perſiæ, & Armeniæ: vir pius, doctus, ſanctis moribus decorus, ac ſalutis animarum zelo fervidus; Scripſit, & Typis dedit:

*Litteras annuas*, ſive, *Epiſtolas de progreſſu Miſſionum in Imperio Ottomano, & aliis Regnis Vltramarinis*. Pariſiis, Mediolani, & Papiæ anno 1638.

PALÆMON QVINTOPOLITANVS, natione Gallus, Provinciæ Pariſinæ alumnus; vir doctus, & eruditus, ac vitæ perfectione illuſtris. Hic ad apoſtolicum concionandi munus aſſumptus, eo ſpiritus fervore ſuos ſermones accendit, ut mirabiles ad pænitentiam motus in cordibus peccatorum excitaverit, innumeraſque ex iis converſiones animarum reportaverit. Quotidie indefeſſo labore Vicos, & Caſtella peragrabat, ut verbum Dei pauperculis, & idiotis miniſtraret; & ſæpiſſimè tres, vel quatuor Conciones ad Populum habebat; ſemper tamen jejunus manebat; & quantumvis ſiti æſtuaret, nunquam vel unicum aquæ hauſtum ſumpſit: & ſic pœnitentiam, quam ſpiritu apoſtolico, & ore fervido auditoribus prædicabat, ſuo confirmabat exemplo. Scripſit Gallicè Opuſculum, quod fuit impreſſum abſque ejus nomine, ſub hoc Titulo:

*Inſtructiones ad benè vivendum*

*pro*

*pro diverſis ſtatibus perſonarum*. Pariſiis anno 1625. in 12. Maximo omnium mœrore in Oppido Bononienſi, dum inibi peſte laborantibus magno charitatis ardore inſerviret, vitam finivit anno 1625. Vide Tom. 3. Annal. Capucinorum.

PAVLINVS AMBIANENSIS Gallus, alumnus Provinciȩ Pariſienſis, Diffinitor, ac Miſſionarius Apoſtolicus; vir divini verbi prædicatione, ſacrarum litterarum eruditione, Catholicæ Religionis zelo, ac perfecta Seraphicæ Regulæ obſervantia ſatis commendatus; Scripſit Latinè:

*Manuale Miſſionariorum*, ſive, *Methodum, quam tenere debent Miſſionarii Capucini ad confirmandos Catholicos, & convincendos Hæreticos*. Pariſiis 1656. Tom. 1. in 8.

PAVLINVS BELLOVACENSIS, natione Gallus, in Provincia Pariſienſi, cujus extitit alumnus, ingenio, doctrina, tam Scholaſtica, quàm Expoſitiva, & Oratoria facultate illuſtris; Edidit librum:

*De Viſitatione Sanctiſſimi Eucharistiæ Sacramenti* in 8. Habuit etiam, & Typis dedit:

*Orationem funebrem de laudibus Ludovici XIII. Galliarum Regis Chriſtianiſſimi*. Pariſiis 1644. in 4. Ex Vvaddingo lib. ut ſupra.

PAVLVS CALANNA, natione Italus, Provinciæ Romanæ, ſive potiùs S. Franciſci, Concionator; vir genere, ac vitȩ integritate illuſtris, reduxit primus in Compédium Italico Idiomate, ac Typis dedit.

*Manuale Martini Azpilcuetȩ Doctoris Navarri*. Tom. 2. in 8. Venetiis anno 1610.

PAVLVS A CÆSENA, natione Italus, Provinciæ Marchiȩ, in qua Religionis habitum aſſumpſit, alumnus: vir divini verbi prȩdicatione ſublimis, in Sacris Scripturis eruditus, in Theologicis Facultatibus egregiè verſatus, omni litterarum, & pietatis religioſȩ nobiliori ſigno decorus; conſilio, prudentia, ac rerum peritia excellens, regularis diſciplinȩ, ac prȩſertim ſeraphicȩ paupertatis zelo notatus, ad totius noſtrȩ Religionis regimen aſſumptus Romȩ anno 1613. in quo vigilem ſemper, ac magno Paſtore, ſolicitoque Cuſtode dignam gregi ſibi à Deo commiſſo curam adhibuit. Multa ſcripſit tum ad Conciones, tum ad Theologiam ſpectantia, inter quȩ extat Volumen Originale M. S. in quo habentur:

*Conciones Quadrageſimales doctiſſimæ, & eruditæ, quas habuit Romæ anno Iubilæi* 1600. *in Eccleſia S. Laurentii in Damaſo ſub Clemente VIII*. Conſervantur in noſtra Bibliotheca Portus Mauritii Provinciȩ Genuenſis.

PAVLVS GADITANVS Hiſpanus, Provinciæ Bȩticæ Concionator, ac Diffinitor; vir doctus, ac piiſſimis moribus ornatus; Edidit Hiſpanicè librum hoc prænotato Titulo;

*Eſpejo de l' Alma*. *Speculum animæ*. Tom. 1. in 8.

PAVLVS GRANATENSIS, natione Hiſpanus, Provinciæ Bȩticȩ alumnus, Concionator, ac Theologus valdè eruditus: qui ſuam Pro-

vin-

vinciam doctrina non ſolùm, verumetiàm multarum virtutũ bono odore reſperſit; Scripſit, & Typis dedit Hiſpanico Idiomate librum, cujus Titulus eſt:

*Cauſa, y origen de las felicidades des Eſpaña, y Caſa d' Auſtria ſobre el Pſalmo* 19. Exaudiat te Dominus in die tribulationis. Matriti apud Gregorium Rodriguez anno 1652. Tom. 1. in 8. De hoc Auctore ſcribunt Vvaddingus ubi ſupra, & Nicolaus Antonius Hiſpalenſis Tom. 2. ſuæ Bibliothecæ Hiſpanicæ.

PAVLVS LANTINIACVS, Gallus, Provinciæ Pariſienſis filius, olim in Orientalibus Regionibus Miſſionarius Apoſtolicus, ac in Civitate Lutetiæ Monialium Capucinarum Director, & Confeſſarius: vir in Myſtica Theologia erudititiſſimus, plurimiſque clarus virtutibus: qui in eadem ſua Provincia ob morum cõpoſitam venuſtatem ad Novitiorum Magiſterium deputatus, ſe illis non verbo dumtaxat, ſed illuſtrioribus vitæ exemplis veræ perfectionis normam, ac magiſtrum exhibuit. Scripſit Gallico ſermone plura Volumina valdè pia, quæ cum fructu leguntur; & ſunt:

*Canones Divini Amoris.* Tom. 1. in 8. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1659.

*Tractatus de duplici ſpiritu Eliæ.* Ibidem apud eundem 1659. Tom. 1. in 8.

*Introductiones ad vitam Activam, & Contemplativam.* Ibidem apud eundem 1659. Tom. 1. in 12.

*Idea perfecti Religioſi à Chriſto propoſita in Regula Fratrum Minorum.* Tom. 1. in 8. Ibidem anno 1661.

*Le Chemin abregè de la perfection Chreſtienne dans l'exercice de la volontè de Dieù.* Tom. 1. in 8. Ibidem 1662.

*Les Meditations Religieuſes diſpoſèes pour touts les jours de l'annèe ſur touts les eſtats de la vie de noſtre Seigneur, & ſur les feſtes de noſtre Dame, & de touts les Saints, qui ſe celebrent avec plus de veneration dans l'Egliſe, & ordenèes en faveur des Predicateurs, qui trovueront dans chaque meditation l'introduction, la diviſion, la matiere, & la Morale neceſſaire pour compoſer un Sermon.* Tom. 2. in 4. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1660.

*Exercice Methodique de l'Oraiſon Mentale en faveur des les ames, qui ſe trovuent dans l'etat de la uie purgative, ou la maniere de s'y povuoir utilement, & aſſeurement conduire, leur eſt amplement expoſèe.* Tom. 1. in 4. Ibidem apud eundem 1659.

*La Pratique de bien mourir, ou les moyens ſalutaires pour ayder les malades a rendre leurs infirmitez meritoires, & les moribondes a faire une bonne fin.* Tom. 2. in 4. Ibidem apud eundem 1663. Habet etiam ſub prelo duo Volumina in folio Gallico itidem Idiomate conſcripta, quæ forſan hodie abſoluta prodierunt; & eorum Titulus eſt:

*De Perfectione in voluntate Divina.*

PAVLVS LVNATVS, natione Italus, Patria Aquenſis, Provinciæ

Genuenſis Concionator, Diffinitor, ac Miniſter Provincialis: vir fuit piiſſimis moribus decorus, & religioſæ converſationis ſuavitate ſpectabilis, atque ob ſummam ejus in regendo prudentiam, manſuetudinem, charitatem, aliaſque animi virtutes, omnibus amabilis. Scripſit aliqua Opuſcula Spiritualia, inter quæ adhuc extant impreſſa:

*Exercitium Orationis mentalis, & vocalis in* 12. Prodiit Alexandriæ apud Herculem Quintianum 1601. &

*Septem Exercitia magnæ devotionis diſtincta per dies totius hebdomadæ.* Ibidem apud eundem 1602. Obiit in noſtro Conventu Aquenſi, in quo erat Guardianus anno 1608. cùm anteà non ſine regularis obſervantiæ laude per triennium Genuenſem Provinciam adminiſtraſſet.

PAVLVS MANASSÆVS, natione Italus, Patria Interamnenſis, Provinciæ S. Franciſci alumnus: vir maximæ pœnitentiæ, ac vitæ auſteritatis, divinoq; amore totus repletus: cujus tanto ardore æſtuabat, ut, cùm de Deo, ac de cœleſti gloria aliquid audiret, mox in ingentes oris clamores erumperet, & interdum in animi deliquium laberetur. In oratione, & meditatione rerum ſupernarũ fuit aſſiduus, & in ipſis erecta ſemper facie, genibus flexis, ac corpore immobilis per longum temporis ſpatium permanens, divinis vacabat amplexibus. Cùm autem Martyrii pro Chriſto obeundi arderet deſiderio, à Paulo V. Pontifice Maximo Evangelium Infidelibus prædicandi facultatem poſtulavit, & ab eo Apoſtolica benedictione, & auctoritate munitus, in Rhetiam Miſſionarius deſtinatus, ibi per plures annos ſedulus Operarius, æternæ veritatis, & vitæ ſemina mittere, tum inter Hæreticos, tum inter Catholicos nunquam deſiſtens, ad laborum ſuorum mercedem à Domino vocatus, extremum diem magna ſanctimoniæ fama, omniumque maximo dolore feliciſſimè obiit Drugoli (quod eſt Oppidum in Provincia Brixienſi) incredibile poſteris charitatis ſuæ nomẽ relinquens. Porrò vir iſte piiſſimus altiſſimam aperuit ad Myſticæ ſapientiæ praxim, Cruciſque mortificationem viam, & modum in illo Opuſculo verè aureo, quod hortatu Patris Hieronymi Narnienſis, tunc Pauli V. Concionatoris, necnon juſſu Miniſtri Provincialis ſuæ Provinciæ conſcripſit Italico Idiomate, ſub Titulo:

*Paradiſo Interiore*, overo, *Corona Spirituale, nella quale con trentatre Eſercitii ſi praticano tutte le virtù per arrivare alla Chriſtiana perfettione.* Fuit impreſſum ſæpiùs Brixiæ, Venetiis, Bononiæ, Mediolani, & in aliis Civitatibus: & ad finem Operis habẽtur piiſſimæ Proteſtationes Ven. P. Ioſeph à Leoniſſa Concionatoris Capucini. Ejus vita deſcribitur à Matiſconenſi Tom. 3. Annalium Capucinorum ad annum, quo obiit 1620. §. 11. pag. 356. & de eo meminit Vvaddingus lib. de Scriptor. Ordinis Minorum.

PAVLVS MASSILIENSIS, natione Gallus, Provinciæ Sancti Ludo-

dovici Concionator, Diffinitor, ac Commiſſarius Generalis: vir piiſſimus, qui eandem ſuam Provinciam doctrina, prudentia, manſuetudine, regularis obſervantiæ zelo, multiplicique ſua virtute plurimùm illuſtravit; Scripſit Gallico ſermone Opuſculum devotiſſimum hac prænotatum epigraphe:

*Les Flammes de l' Amour Divin &c.* Tom. 1. in 8. Maſſiliæ apud Guejrin anno 1659.

PAVLVS A' MONTE-ACVTO, natione Gallus, Provinciæ Turoniæ alumnus, vir ſapientientiſſimus, Concionator exquiſita clarus eruditione, Theologus ſublimis, varietate doctrinæ, morum præſtantia, excelſo mentis robore, ac reconditis eruditioris ingenii viribus decorus; Scripſit, ac prælis ſubmiſit Opus doctiſſimum in octo Tomos in 8. diſtributum ſub hoc Titulo:

*Les Iours Divins, dans le quels ſont expliquèes les œvures de la Nature, de la Grace, & de la Gloire ſelon l'ordre qu'elles ont eſtè produites da Dieù, dans les premiers Iours de la creation du monde, dans les derniers de la Redemption des hommes, & qu'elles doivent eſtre conſommèes dans le grand Iour de l' eternitè.* Tom. 8. in 8. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1680.

PAVLVS AB OFFIDA, natione Italus, Picenæ Provinciæ Concionator, pluriès Diffinitor, ac in variis Provinciis Commiſſarius Generalis: vir vitæ integritate, ſimul & ſapientia clarus: qui etiam Philoſophiam, ac Sacram Theologiam, Divinaſque Scripturas ſæpiùs Noſtris expoſuit, doctrinæ nomine celebris; Scripſit plurima tam Philoſophica, quàm Theologica, quæ parata Typo habebat, ſed morte præventus M.S. reliquit; Ea ſunt:

*Diſputationes Logicæ complectentes libros Prædicamentorum, Vniverſalium Porphirii, & Analyticorum Ariſtotelis, ac etiam librum Formalitatum juxta mentem Scoti.* Tom. 1. in 4.

*Diſputationes Phyſicę complectentes libros de Generatione, & Corruptione, de Cœlo, & Mundo, de Elementis &c.* Tom. 1. in 4.

*Diſputationes in libros Ariſtotelis de Anima, & de ejus potentiis.* Tom. 1. in 4.

*Diſputationes de Ente Metaphyſico, & de ejus Proprietatibus.* Tom. 1. in 4.

*Diſputationes Theologicæ complectentes totum Curſum Theologicum ſecundùm mentem Scoti.* Tom. 3. in 4.

*Diſputationes de Auxiliis Divinę gratiæ.* Tom. 1. in 4.

Alia plura ſcripſit tam Moralia, quàm ad Sacram Scripturam ſpectãtia; quia tamen eorum Titulum non habemus, hìc non apponuntur.

PAVLVS VITELESCVS, natione Italus, Patria à Fulginio, Provinciæ Sancti Franciſci alumnus, eximius Theologus, & Concionator: vir raris virtutum ornamentis illuſtris, in Divinis Scripturis interpretandis, in Hiſtoriis, & antiquitatibus Eccleſiaſticis enodandis inſignis; Scripſit latinè:

*Chronica Fr. Minorum Capucinorum ab anno 1525. uſque ad annum 1626. ex quibus plurima Zacharias Boverius collegit, & in ſuos Annales retulit*. Obiit in ſua Patria anno 1629. De hoc Auctore meminit Ludovicus Iacobillus lib. de Scriptor. Vmbriæ litt. P.

PAVLVS MARIA ASTENSIS, Provinciȩ Genuenſis alumnus; vir doctrina, ac vitæ probitate illuſtris, ſtrenuus, ac indefeſſus dominicæ vineæ Operarius; quem in Dei verbo diſſeminando vis, & efficacia, apoſtolico ſpiritu præditum fuiſſe non obſcurè declararunt; Scripſit Italicè duo Opuſcula ſub hoc Titulo:

*Sette pungenti ſtimoli poſti a' fianchi de' peccatori per ſpingerli a far penitenza de' loro peccati molto utili, per fare un buon apparecchio per l' Oratione delle* 40. *Hore*. Brixiȩ apud Frãciſcum Marchettum anno 1618. in 16.

*Sette gagliardi freni poſti alla bocca dell' anima convertita a Dio, acciò non ricada in peccato: aggiuntivi nove ſoſpiri molto divoti, & affettuoſi per più degnamente accoſtarſi alla Sacra Comunione*. Ibidem apud eundem 1618.

PAVLVS MARIA RIVAROLA, natione Italus, Patria à Clavaro, quod eſt Oppidum pergrande, pulcherrimum, ac nobiliſſimum in Liguria Orientali ſub Dominio Reipublicæ Genuenſis. Hic optimis vitȩ exemplis exacto probationis anno ad profeſſionem admiſſus, poſt ſex menſium decurſum gravi quadam infirmitate correptus, ſurdus omninò remanſit, ac proinde ad Sacros Ordines, ſecundùm Canones inhabilis; quapropter in Ordine Clericali manens, totum ſe exercitiis humilitatis, labori manuum, lectioni, atque ſcriptioni applicuit, noſtræque Conventus Genuenſis Immaculatæ Conceptionis Bibliothecæ Præfectus, eandem, non ſolùm magna ſolicitudine per triginta, & ampliùs annos diligentiſſimè cuſtodivit; verumetiàm optimis Divinarum Sciẽtiarum omnium libris magna induſtria Benefactorum eleemoſynis locupletavit. Scripſit, ac indefeſſo ſtudio, & labore collegit ex Sanctis Patribus omnes Figuras, Similitudines, & Elogia ab ipſis in honorem Beatiſſimæ Dei Genitricis Virginis MARIÆ explicata, in frontiſpicio Operis hoc Titulo præmiſſo:

I. *Alphabetum Marianum tribus Tom. in folio diſtributum*.

II. *Virgo Deipara ſub multiplici Figurarum, Similitudinum, & Elogiorum à Sanctis Patribus repræſentata*. Opus ad tantæ Virginis honorem ordine Alphabetico coacervatum, ac in 8. Tomos in folio diſcretum.

III. *Amalthea Mariana aureis undique fructibus, floribuſque ex Heſperidis Sacræ Scripturæ, Catholicæ Eccleſiæ, Sacrorumque Doctorum excerptis, affatim repleta*. Tom. 9. in folio. Contexuit inſuper:

*Indicem Auctorum, qui in Vniverſam Bibliam, vel univerſè, vel ſingulatim, etiam in Verſiculos data opera ſcripſerunt; juxta eorundem*

*Bi-*

*Bibliorum ordinem diſpoſitum in duobus Tomis in folio comprehenſum*. Quorum primus cõtinet *Scriptores in Vetus Teſtamentum*: ſecundus verò, *qui in Novum Teſtamentum ſcripſerunt*. Cui additæ ſunt *Auctoritates omnes utriuſque Teſtamenti expoſitæ à Divo Anſelmo Cãtuarienſi, Euſebio Emiſſeno, Hugone Victorino, Petro Damiano, Richardo Victorino, & Theodoreto*; eò *quia in eorum Operibus non habentur Tabulæ locorum Sacræ Scripturæ*.

PERFECTVS CONSTANTIENSIS Germanus, Provinciæ Anterioris Auſtriæ Concionator, ac pluriès Diffinitor; vir ſpectatæ virtutis, & doctrinæ, qui ſuam Provinciam magno cum obſervantiæ zelo prudentiſſimè per aliquot annos eſt moderatus; Edidit:

*Rituale Eccleſiaſticum, Regulare & OEconomicum pro eadem Provincia in* 8.

PETRVS DE ALAXIO, Provinciæ Genuenſis Concionator, vir religioſa virtute commendatus, bonarum litterarum amans, in lectione, & ſcriptione ſacrorum librorum aſſiduus; pro ſuo ſingulari in Deiparam Virginem devotionis affectu; Scripſit in ejus honorem opus prænotatum:

*Sanctiſſima Virgo Deipara MARIA in libro Geneſis Figuris aperta, & Similitudinibus adornata; quam variæ eruditiones produnt venuſtiorem*. Tom. 1. in fol.

PETRVS ALENCONIENSIS (Gallicè de *Alenxon*) Provinciȩ Turoniæ alumnus; vir generis nobilitate, ac vitæ ſanctimonia illuſtris, eximius ſinceræ virtutis cultor, vegetæ charitatis, & Concionator de animarum ſalute valdè ſolicitus. Hic, cùm divino totus eſſet incenſus amore, nihilque magis haberet in votis, quàm in hac vita pati pro Chriſto, indeque Martyrii deſiderio æſtuaret, à P. Ioſepho Pariſienſi, tunc Turonenſis Provinciæ Miniſtro, unà cum Patre Michaele de Veſino Cócionatore, Marochium Miſſionarius Apoſtolicus fuit deſtinatus; ibique juſſu Regis ſimul cum ſocio in carcerem detruſus, per quatuor integros annos, & menſes dira fame, & inexhauſta ſiti maceratus, inter ſqualores, vermes, fœtores, & Infidelium maledicta longum martyrium conſtantiſſimè duxit. Extant impreſſæ Lugduni ejus:

*Epiſtolæ, quibus eidem Patri Ioſepho Pariſino, ac Patri Hieronymo Flexienſi, tunc in Provincia Turoniæ Miniſtro Provinciali notam facit ſuæ captivitatis miſeriam, & patientiam, quam ipſe, & Michael ſocius ejus in tot ærumnis, & preſſuris illibatam coluerunt*. Scriptæ fuerunt ex cuſtodia Marochii die 5. Octobris anno 1628. Scripſit etiam aliud Opuſculum:

*De mortificatione hominis interioris ad vitæ ſanctitatem conſequendam neceſſaria*. Lugduni 1625. Eum poſt djutinas carceris anguſtias, in ſpirituali ſimul, & corporali peſtiferorum obſequio occupatum, atrox epidemiæ morbus corripuit, & mundo eripuit, ut Cœlo inſereret anno 1629. die 22. Martii in eadem Civita-

vitate Marochii, ejuſque morte in Gallia divulgata, planxère diù Fratres jacturam, quam fecerat noſtra Capucinorum Religio in præcoci Fato hujus viri eximii, quo in Fidei propagandæ zelo nemo fuit ardentior, & ad ardua facinora aggredienda vegetior. Ipſius vita, & geſta deſcribuntur à Matiſconenſi Tom. 3. Annal. Capuc. ad annum prædictum §. 35.

PETRVS DE ALIAGA, natione Hiſpanus, Concionator Provinciæ Aragoniæ, ac Magiſter Novitiorum; vir pius, ac obſervantiæ regularis admodum ſtudioſus; Edidit Opuſculum lingua Hiſpanica ſub Titulo:

*Dies Practica Capucini.* Cęſarauguſtæ 1680. in 8. &

*Clara Luz, con la qual podrà puerpel Hebreo ſu falſa eſperanza, y el Chriſtiano ſu obligacion.* Tom. 1. in 8. 1688.

PETRVS BERGOMENSIS, natione Italus, Concionator Provinciæ Brixienſis; vir doctrina, pietate, ac ſanctis moribus ſelectus; qui vitam evangelico profeſſore dignam uſque ad ultimum annorum crepuſculum fideliter produxit. Scripſit Italico ſermone:

*Commentaria doctiſſima ſuper Regulam à S. P. N. Franciſco Fratribus Minoribus præſcriptam, & ſecundùm mentem ejuſdem Seraphici Patris.* Ad immortales conceſſit in noſtro Conventu Brixię anno 1619. ætatis ſuæ 82. magnũ ſui relinquens deſiderium.

PETRVS BESSONIVS, natione Gallus, Patria Drocenſis, Concionator Provinciæ Pariſienſis; vir animi puritate, ſui ipſius contemptu, vitæ auſteritate, carnis maceratione, ac mirabili evangelicarum virtutum luce præfulgidus. Hic martyrii deſiderio inflammatus, cùm aliquando ob eandem rationem in Conventu noſtro Rothomagenſi ſæviſſima peſte ægrotantibus magno charitatis æſtu ſolicitè miniſtraſſet, Aureliano digreſſus, ut Lutetiam Pariſiorum proficiſceretur, cùm in quandam Eccleſiam Beatiſſimæ Virgini dicatam oraturus divertiſſet, ab Hæreticis ſtrictis gladiis aggreſſus, ex his alter ſublato enſe illi caput diffindit, aliiq; totum ejus corpus tranſverberant; & ſic armis confoſſus, ad palmas, & coronas Martyrum evolavit anno 1589. Cujus corpus paulò poſt Aurelianum delatum, ſeptimum poſt annum conquiſitum, tam integrum, & incorruptum, vulneribuſque adeò rubente ſanguine cõſperſis apparuit, ac ſi eodem die tumulatum fuiſſet. Quædam ferunt ſcripſiſſe Opuſcula; quia tamen eorum titulum non habuimus, ne incerta pro certis ponamus, hic ab illis dandis ſuperſedemus. Ejus vita deſcribitur à Boverio Tomo 2. Annal. Capucinorum ad annum prædictum.

PETRVS CALARITANVS, Concionator Provinciæ Sardiniæ, vir varia ſcientiarum merce refertus: qui Sacram Theologiam ſumma cum ingenii, ac doctrinæ laude per plures annos interpretatus eſt, & ad Miniſtri Provincialis dignitatem aſſumptus, magno conſilio, prudentia,

tia, obſervantiæ ſeraphicæ zelo, pręclariſque vitæ exemplis munus illud adminiſtravit. Confecit ingenti ſtudio:

*Commentaria ſuper quatuor libros Sententiarum D. Bonaventuræ Doctoris Seraphici, quæ tamen ob Auctoris mortem non ſunt prælo ſubmiſſa*; ſed habentur M.S. in noſtro Conventu Calaritano.

PETRVS A' CALATIA Neapolitanus, ejuſdem Provincię alumnus, Concionator doctus, & facundus, nec non Poeta eruditus; Scripſit, & Typis dari permiſit:

*Epigrammata varia Moralia, & alia Carmina*. Neapoli apud Octavium Beltramum anno 1648.

PETRVS DE CAMPIS, natione Gallus, Patria Ambianenſis, Provinciæ Pariſiorum alumnus. Hic primùm Fratrum Minorum de Obſervantia Inſtitutum profeſſus fuit; deinde arctioris vitæ cupiditate ductus, Romæ noſtræ Religioni adſcribi voluit: in qua præclariſſimis perfectionis exemplis, ac præcipuè ardentiſſimæ charitatis fulgoribus mirabiliter enituit. Evangelicæ prædicationis officium apoſtolico ſpiritu ſemper exercuit: Hęreticos ubique acerrimè eſt inſectatus, eorumque falſa dogmata Catholicæ veritatis gladio confodit: bis ad ſepulcrum Domini Ieroſolymam, tum à Rege Chriſtianiſſimo Henrico III. tum à Ludovica Henrici uxore miſſus fuit; & in illis peregrinationibus multa ab Infidelibus perpeſſus, plurimos eorum ſua patientia, & piis cohortationibus ad Fidem Chriſti convertit. Demum reverſus in Galliam, cùm in ſupradicti Henrici III. Bleſis acta acriùs in concionibus inveheretur, Hęreticorum, qui Regis partes tuebantur, conſpiratione ad necem quæſitus, eorum furorem juxta Domini conſilium declinans, in Belgium ſe contulit, ibique lethali morbo correptus, Bruxellis ſupremum diē devotiſſimè abſolvit anno 1589. Scripſit, ſicut habemus ex relatis illius Provinciæ, Latino Idiomate:

*Volumen de Controverſiis Catholicæ Fidei contra Calviniſtas*. An verò ſit impreſſum adhuc me latet Vide Boverium Tom. 2. Annalium. ad annum prædictum.

PETRVS CALIXTVS CAMPETTI, natione Gallus, Patria à S. Severo, Provinciæ Aquitaniæ filius, doctiſſimus verbi Dei Declamator, ac ſalutis animarum zelo fervidus; generis nobilitate, doctrinæ præſtantia, ac vitæ perfectione illuſtris; Scripſit, ac Typis dedit Opus præclarum ad uſum, & commodum omnium Paſtorum Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ ſub hoc Titulo:

*Paſtor Catholicus*, ſive, *Theologia Paſtoralis in tres partes diſtributa*; ſcilicet, *in Catechiſticam, Moralem, & Sacramentalem, in quibus rudimenta Fidei, & ea, quæ ad bonos mores pertinent, pleniùs explicantur*. Tom. 1. in fol. Lugduni ſumptibus Philippi Borde anno 1668. Scripſit etiam alia duo Volumina in 8. & ſunt:

*De Præceptis Decalogi, & Eccleſiæ*.

*De Peccatis ſeptem mortalibus, &*

*Cen-*

*Cenſuris Eccleſiaſticis*. Ibidem apud eundem 1669. Hæc tria Opera omnium, etiam Antiregularium ſenſu præcipua habentur inter Catechiſtica, & Concionatoria, maximèque ab omnibus viris doctis commendantur. Obiit devotiſſimè Burdigalæ anno 1670.

PETRVS CHAMPOLINVS, natione Gallus, Patria Gallo-Forenſis, Provinciæ Aquitaniæ alumnus; vir in eadem Provincia maximè commendatus: qui munus concionatorium, atque ſeraphicæ vitæ ſtadium magno cum Catholicæ Fidei, ac ſalutis animarum zelo, paupertatis, humilitatis, ac aliarum virtutum ſplendore fideliſſimè eſt proſecutus; optimè interpretatus eſt:

*Regulam Fratrum Minorum juxta mentem Seraphici P. N. Sancti Franciſci, & totam ſuam perfectionem.* Hæc Expoſitio prodiit primùm Rueſſii ſumptibus Clauſtrianis anno 1646. deinde Pariſiis anno 1651. in 8. De illo meminit Vvaddingus.

PETRVS GIANNOLIVS, natione Italus, Patria Mutinenſis, Provinciæ Bononienſis Concionator, Sereniſſimi Franciſci Eſtenſis Ducis Mutinæ intimè familiaris, & à Confeſſionibus: vir conſilio prudens, doctrina præſtans, ac vitæ, morumque integritate venerandus; Scripſit Italicè, ac prælis ſubmiſit:

*Librum Epiſtolarum tam Moralium, quàm Spiritualium cujuſcunque generis*. Parmæ apud Marium Vignam anno 1649. in 4. Deſcripſit etiam eodem Idiomate:

*Ideam Principum Chriſtianorum exhibitam in vita, & geſtis B. Beatricis Eſtenſis, quam dicavit S. M. Reginæ Hiſpaniarum*. Mutinæ apud Iulianum Caſſianum anno 1650. Tom. 1. in 4.

*Vitam B. Contardi Confeſſoris ex Familia Eſtenſi, cujus corpus requieſcit in Oppido Ducatus Mediolanenſis*. Ibidem apud eundem 1648. in 4.

PETRVS CITVS, natione Italus, Patria à Martina in Apulia, Provinciæ Hydruntinæ alumnus; vir evangelica prædicatione celebris, ingenio, eruditione, ac religioſis moribus nitens: in quo [illegible] iam facultatis Poeticæ, cęterarumque liberalium Artium ſplendore optimè emicuerunt; Scripſit Italicè, ac prælo tradidit:

*Poema Sacrum de doloribus Beatiſſimæ Virginis MARIÆ*. Licii apud Petrum Michaelem, & Nicolaum Franciſcum Bruſtum anno 1643. in 8. Deſcripſit etiam:

*Hiſtoriam Beatæ MARIÆ Hydruntinæ nuncupatæ, quam etiam Rithmis Italicis, & verſibus exornavit*. Ibidem apud eundem anno 1645. De eo meminerunt Hippolytus Maraccius lib. de Scriptor. Marianis litt. P. & Vvaddingus de Scriptor. Ord. Minor.

PETRVS DE ORBASSANO, natione Pedemontanus, ejuſdem Provinciæ alumnus; vir doctus, in Facultatibus Aſtronomicis, & Geometricis peritiſſimus, magno ingenio duo elaboravit Opuſcula Italico Idiomate ſub hoc Titulo:

*Altipolario con dimoſtrationi dell' immobilità della Terra*. Tom. 1. in 4.

*Nuo-*

*Nuovo baſtone Geometrico, e ſue dilettevoli operatio[illegible].* Tom. 1. in 4.

Aſſervantur Originalia apud doctiſſimum, & clariſſimum virum Iulium Turrinum nobilem Taurinenſem. De eo meminerunt Auguſtinus ab Eccleſia Epiſcopus Salutienſis, & Andreas Roſſottus in Syllabo de Script. Pedem.

PETRVS PICTAVIENSIS, natione Gallus, Provinciæ Turoniæ Concionator; vir eruditiſſimus, inſigni doctrina, maxima pietate, ac morum venuſtate nobilitatus, Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ auditiſſimus Profeſſor: ſæpiùs in ſua Provincia Diffinitor, Miniſter Provincialis, ac demum totius Ordinis Diffinitor Generalis electus Romæ anno 1671. præter ſuas Philoſophicas, atque Theologicas lucubrationes, aliaque Opera prælo digniſſima; evulgavit ſolummodò Gallico Idiomate Opus egregium de Myſtica Theologia, & maximè commendatum ſub hoc Titulo:

*Le Iour Myſtique, ou eclairciſſement de l'Oraiſon, & Theologie Myſtique.* Pariſiis anno 1671. apud Dionyſium Thierry. Tom. 4. in 8.

In primo agitur *De Natura Myſticæ orationis, & de exceſſiva activitate, vel proprietate Imaginum.*

In ſecundo *De Nuda Fide tam divina, quàm humana, & de ejus affectibus.*

In tertio *De Subjectis remoto, & proximo Myſticæ orationis*; &

In quarto *De Oratione Quietis Myſticæ ſaporoſæ, & non ſaporoſæ.*

PETRVS DE PVY, natione Gallus, Provinciæ Occitaniæ filius; divini verbi celebris Declamator, magna animi pietate, nec minori ingenii acumine, litterarumque eruditione inſignitus; Scripſit Gallicè Opuſculum ſub hoc Titulo:

*L'Advocat de la Iuſtice Divine &c.* Prodiit Toloſę apud Philippum Boude anno 1640. Tom. 4. De eo ſcribit Vvaddingus lib. de Scriptor. Ordin. Minor.

PETRVS QVINTINOPOLITANVS (vulgò de *S. Quintin*) natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis alumnus, vir doctus, & in Sacris Scripturis eruditus: qui piè, & ſalubriter evangelica prædicatione in vinea Domini diù laboravit; Compoſuit, Typiſque ſubmiſit Volumen Gallico Idiomate ſub Titulo:

*Speculum Oriniacenſe, in quo deſcribitur vita Sanctæ Benedictæ, & multa recenſentur de Monaſterio Oriniacenſe.* Quintinopoli anno 1646. Tom. 1. in 4. Item

*Vitas Sanctorum Martyrum Domicii, & Vlſi, qui Ambiani coluntur* in 8.

PETRVS ROTA, natione Italus, Patria à Martinengo, Provinciæ Brixię Miniſter Provincialis: vir ſingulari doctrina, ac ſapientia præſtans; ſermonum aſſiduus, fervidus, ac celebris Declamator: moribus ſuavis, judicio maturus, in conſultatis, & conſultandis expeditus, & prudens: divini honoris zelo, animarumque ſalute, & omnigena vitæ perfectione candidatus; plurima ſcripſit ad commodum, & utilitatem Concionatorum; eaque ſunt:

*Sylva Conceptuum Scripturaliũ, & Moralium cum adnotationibus ſuper omnia Evangelia, quæ per totum anni decurſum leguntur in Eccleſia Dei*. Tom. 6. in 4.

Primus Tomus continet *Conciones à Circunciſione Domini uſque ad Dominicam Septuageſimæ*. Venetiis apud Paulum Balleonium anno 1664.

Secundus Tomus exhibet *Conciones à Dominica Septuageſimæ uſque ad Dominicam in Albis excluſivè*. Ibidem apud eundem anno 1665.

Tertius Tomus *à Dominica in Albis uſq; ad Dominicam ſecundam poſt Pentecoſten*. Ibidem 1665.

Quartus *à Dominica ſecunda poſt Pentecoſten uſque ad duodecimam incluſivè*. Ibidem eodem anno 1665.

Quintus *à Dominica tertiadecima uſque ad decimam octavam*. Ibidem 1668.

Sextus *à Dominica decima octava uſque ad ultimam*. Ibidem 1669. Scripſit etiam, ac Typis dedit:

*Sylvam Conceptuum Scripturalium, & Moralium pro omnibus Feſtis Sanctorum, quæ ab Eccleſia Dei per totum anni circulum celebrantur*. Tom. 2. in 4.

Primus Tomus continet *Conciones à Feſto S. Antonii Abbatis uſque ad Feſtum S. Laurentii*. Mediolani apud Antonium Malateſtam anno 1672.

Secundus Tomus *à Feſto S. Claræ uſque ad S. Silveſtrum*. Ibidem 1672.

*Sermones octoginta de Auguſtiſſimo Eucharistiæ Sacramento pro tempore Orationis 40. Horarum*, quos dicavit Eminentiſſimo Cardinali Barbadico. Brixiæ apud Ricciardum anno 1666. Tom. 1. in 4.

*Sermones duplices, & Conciones ſuper omnia Evangelia totius Quadrageſimæ*. Tom. 2. in 4.

*Conciones ſuper Evangelia Adventus Domini*. Tom. 1. in 4.

Alia plura ſcripſit, quæ labore, & induſtria P. Laurentii Vlmi Bergomenſis Brixianæ Provincię Miniſtri Provincialis pręlo parantur. Obiit devotiſſimè in noſtro Conventu Brixię anno 1667.

PETRVS A' SANCTO-SEVERINO, natione Picenus, ejuſdem Provinciæ Concionator; vir eruditus, ac vitæ integritate venerandus; Evulgavit Sermones aliquos de Sanctis, inter quos extat:

*Concio de Sancto Anſovino Epiſcopo Camerinenſi*. Impreſſa eſt Camerini apud Franciſcum Ghisleriũ anno 1641.

PETRVS TRIGOSVS, natione Hiſpanus, in nobiliſſimo Aragonię Municipio Calatajud procreatus, vir doctrina, & eruditione inſignis. Hic priùs inter Patres Illuſtriſſimæ Societatis IESV profeſſus, aliud religioſæ vitæ genus, divino ſpiritu afflatus, inter Capucinos amplecti decrevit: inter quos præclarum perfectionis curſum, quem in priori Religione cęperat ita fuit proſecutus, ut apud omnes non exiguam pietatis, ac ſanctimonię famam ſibi comparaverit. Multa ſcripſit Philoſophica, ac Theologica, inter quæ extant impreſſa:

Com-

*Commentaria in quatuor libros Sententiarum Divi Bonaventuræ*, ſeu, *Summa Theologica ad mentem Seraphici Doctoris in 4. Tomos in folio diſtributa*.

In primo Tomo diſputat *de Deo ſecundùm ſe, quatenus eſt Vnus, & Trinus*.

In ſecundo *de Deo ut Creaturarum principio*.

In tertio *de ipſius Verbi Incarnatione, & de Redemptione noſtra*.

In quarto denique *de Sacramentis, quibus ad æternam gloriam pervenire poſſimus*. Hęc Summa meritò ab omnibus viris doctis in pretio habetur: nam, pręter difficiles Theologię quæſtiones, quę facillimè ab ipſo Auctore enucleantur, varię, & impervię Sacræ Scripturę Sententiæ, Sanctorum Patrum interpretationibus adductis, exponuntur.

Primus Tomus primæ partis tantùm fuit impreſſus Romæ in Typographia Vaticana anno 1593. in folio, dum adhuc Auctor viveret, deindè Lugduni anno 1616. & dicatus eſt Clementi VIII. Pontifici Maximo, reliqui verò etiamnum lucem deſiderant.

Gratiſſimus Deo, Angelis, & hominibus propter vitę ſuę innocentiam ſpectabilis, ad ſuorum laborum pręmia pervenit in noſtro Conventu Neapolitano anno 1593. ętatis ſuę ſexageſimo octavo. De eo meminerunt Zacharias Boverius Tom. 2. Annal. Capucin. ad annum prędictum, quo obiit: Vvaddingus de Scriptor. Ordin. Minor. D. Michael Martinez lib. de Patronatu Calatajudenſi impreſſo Neapoli. D. Nicolaus Antonius Hiſpalenſis in ſua Bibliotheca Hiſpan. Gonſalvus Ponce de Leon Archidiaconus Talaverenſis in Eccleſia Toletana: qui in laudem hujus piiſſimi, ac doctiſſimi Auctoris ſequens Epigramma compoſuit:

*Noſſe, & amare Deum, vitæ hæc eſt ſumma beatæ:*
*Hoc majus quando continet illa nihil.*
*Vnus Trigoſus vitam dedit ergo beatam:*
*Namque illud ſcriptis, moribus hoc docuit.*

**PETRVS BENEDICTVS IOANNINIVS** de Vrbino Italus, in Provincia Piceni Sacrę Theologiæ Profeſſor; vir doctus, in divinis, ac humanis litteris excultus; ſed felicioribus pietatis, eloquentię, eruditionis, & gratię in declamando incrementis adauctus; Scripſit Italicè:

*La Vita Religioſa nello ſtato ſecolare*; overo, *Modo di vivere religioſamente da chi è ſtabilito nel ſecolo*. Tom. 2. in 16.

**PHILIBERTVS DE BONEVILLE**, natione Sabaudus, ſuo ęvo Concionator egregius, & verè apoſtolicus, atque in Provincia Sabaudiæ ſæpiùs Diffinitor, ac Miniſter Provincialis: quam per quindecim annorum ſeriem omni ſtudio, diligentia, doctrina, prudentia, & regularis obſervantiæ zelo ſanctiſſimè adminiſtravit. Fuit inter illuſtriores

noſtri Ordinis Theologos, & Scholaſticæ diſciplinæ Profeſſores facilè Princeps; ita ut Sanctus Franciſcus de Sales Epiſcopus Gebennenſis, qui hunc virum propter eximiam ejus doctrinam, morum elegantiam, ac vitæ ſanctimoniam ſibi in Confeſſarium elegerat, intimaque ſibi familiaritate devinxerat, de ipſo ſæpè dicere ſoleret: *Quòd ſi Summa S. Thomæ eſſet deperdita, tota in capite P. Philiberti Capucini recens, & integra reperiretur.* Multa ſcripſit Theologica, & de Controverſiis Fidei Catholicæ; quia tamen eorum Titulum non habuimus, alteri huic noſtræ Bibliothecæ addenda relinquimus. Typis tamen clarere fecit Volumen ab eo compoſitum anno 1623. in quo continetur:

*Vita S. Franciſci de Sales Epiſcopi Gebennenſis.* Lugduni anno 1623. apud Simonem Rigaud Tom. 1. in 4. Quam poſteà anno 1625. iterùm recudi curavit ſub hoc Titulo Gallico:

*Le Soleil des parfaits, & vertueux Prelats de ce ſiecle le Bien-heureux Francois de Sales Eveſque, & Prince de Geneve.* Lugduni apud eundem. De hoc doctiſſimo viro meminerunt Franciſcus Auguſtinus de Eccleſia Epiſcopus Salutienſis, Andreas Roſſottus, uterque in lib. de Script. Pedemontii, & Vvaddingus de Scriptor. Ordin. Minorum.

PHILIPPVS DE BICTIS, natione Italus, Patria à Camerino, Picenæ Provinciæ Concionator, ac pluriès Diffinitor, olim in ſæculo I. V. D. egregius, ac magni nominis: qui in eadem ſua Provincia ſemel, & iterùm ad Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ lecturam aſſumptus, multos ibi tum ad doctrinam, tum ad juſtitiam, & pietatem erudivit; Scripſit, ac prælis dedit:

*Epitomen, ſeu Compendium Theoricæ, & praxis Cauſarum Iudicialium in duas partes diſtributum; in quo Iudicibus, præſertim Regularibus, ſolidè omnibus priùs ad rem pertinentibus theoricè explanatis quæſtionibus, formulis poſteriùs practicè adamuſſim ſingulis fabrefactis, Iudicialibus in cauſis via ſatis plana oſtenditur.* Prodiit primùm Venetiis anno 1652. deinde locupletatum Bononiæ anno 1660. apud Ferronium. Tom. 1. in 4.

PHILIPPVS ENGOLISMENSIS, natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis Sacerdos devotiſſimus, in Theologia Myſtica valdè eruditus, & totus exercitiis ſpiritualibus applicitus, Mariæ Mediceæ Reginæ Chriſtianiſſimæ Confeſſarius; & ob ejus ſingularem animi puritatem, ac vitæ innocentiam illi apprimè carus, ſummaque habitus in veneratione; Varia ſcripſit Opuſcula ſuavem ſpirantia, ac redolentia devotionis fragrantiam, & ſunt:

*Seminarium Hermogenis, in quo agitur de virtutibus religioſis, quibus pervenitur ad ſanctam mortem.* Pariſiis 1637. Tom. 1. in 8.

*Regii, & Divini amores IESV Chriſti, & animæ Hermogenis propoſiti ad meditandum: ubi de præcipuis Redemptionis noſtræ Myſteriis agitur.* Ibidem 1638. Tom. 1. in 8.

Tra-

*Tractatus devotiſſimus directionis ad gratiam ad Hermogenem*. Tom. 1. in 8. Pariſiis anno 1638.

*Triumphus amoris Divini in converſione Hermogenis; ubi repræſentantur variæ pugnæ ſpirituales, quas experiuntur vocati ad Religionem*. Tom. 2. in 8. Ibidem 1635.

*Florentius ad piè vivendum converſus; ubi deſcribitur vanitas ab amore Divino devicta*. Ibid. 1626. Tom. 1. in 8.

*Occupatio continua devotæ animæ Deo ſpiritualiter unitæ in actibus quotidianis*. Lugduni anno 1628. Tom. 1. in 8.

*Aſpirationes amoris ſacri ex Canticis Canticorum*. Pariſiis 1629. & Lugduni anno 1632. Tom 1. in 12.

*Septem fontes Meditationum ſuper Divina Attributa*. Lugduni anno 1620. Tom. 1. in 8.

*Novitiatus Hermogenis pro Novitiorum inſtitutione*. Pariſiis anno 1633. Tom. 1. in 8. De hoc Auctore meminit Vvaddingus ubi ſupra.

PHILIPPVS A' FVLGINIO, natione Italus, Provinciæ S. Franciſci alumnus, Divini verbi Eccleſiaſtes non ignoti nominis, Theologus inſignis, obſervantiæ regularis ſtudioſus, ac evangelicæ ſeraphicæ paupertatis zelator acerrimus: qui eandem ſuam Provinciam magna cum ſapientiæ, & prudentiæ laude, præclariſque innocentioris vitæ exemplis ſub Miniſtri Provincialis titulo ſolicitè gubernavit; Scripſit Latino Idiomate:

*De Obligatione Fratrum Minorum Capucinorum ratione ſuæ profeſſionis lectiones viginti ſeptem*. Habetur Originale in noſtra Bibliotheca Fulginii. Obiit anno 1653.

PHILIPPVS RIBOTTVS, natione Pedemontanus, Patria à Pancalerio, Genuenſis Provinciæ alumnus; vir omnigena inſignitus doctrina, & in declamando apoſtolico ſpiritu imbutus: qui in Miſſionibus Subalpinis contra Hæreticos Commiſſarius Apoſtolicus à Summo Pontifice Clemente VIII. deputatus, & Vicarius Sacrę Inquiſitionis inſtitutus, mirificè Catholicam Fidem in illis Regionibus promovit, ſtrenuèque in vinea Domini operando, innumeras inde ſcelerum ſpinas evulſit, duriſſimos impiorum animos contrivit, & de lapibibus filios Abrahæ ſuſcitavit, ſoloque trium annorum ſpatio ad mille & tercentos Calviniſtarum, & inter illos plurimos non vulgares præclara ſua doctrina, religioſæque vitæ exemplis ad Catholicę Eccleſiæ gremium reduxit. Scripſit ſermone Italico:

*Expoſitionem ſuper Orationem Dominicam in quatuor partes diſtributam, ſecundùm quatuor Divinæ Scripturæ ſenſus*. Prodiit Taurini apud Ludovicum Richimilium anno 1614. in 8.

*Expoſitionem Salutationis Angelicæ*. Ibidem 1614.

*Diſcurſum ad modum diſputationis habitum inter ipſum, & David Roſtagnum publicè in Oppido S. Germani de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, & de Sacrificio ſacroſanctæ Miſſæ: quo mediante ipſemet Roſtagnus Hæreticorum Miniſter convictus

*victus ſuccubuit, plurimiſque ex nobilioribus, Calviniſmo abjurato, Catholicbiſmo ſponte nomina dederant*. Editus fuit ab ipſo Auctore juſſu Rev. P. Bartholomæi Rocchæ Inquiſitoris Generalis in toto Dominio Pedemontano, Taurini anno 1598. Tom. 1. in 4.

De eo meminerunt honorificè Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia Epiſcopus Salutienſis in catalogo Script. Pedemont. Vvaddingus de Scriptor. Ordin. Minorum, Andreas Roſſottus in Syllabo Scriptor. Pedemont. & Mathias à Caballo-Majori Capucinus part. 1. Rationarii Chronographici Miſſionum Evangelicarum.

PROCOPIVS TEMPLIVS Brandeburgenſis, Provinciæ Tirolenſis alumnus. Hic inter Lutheranos natus, & in adoleſcentia ad Fidem Romanam Catholicam converſus, paulò poſt ad Seraphicam Religionem vocatus, & receptus fuit anno ſuæ ætatis 18. Competenti verò tempore ad Theologica ſtudia promotus, illis abſolutis, Concionatorio muneri fuit applicitus, atq; per plures annos in illuſtrioribus Germaniæ Civitatibus ſingulari omnium encomio, & præconio ſemen evangelicum diſperſit, non ſine copioſa animarum meſſe; illaſque ſua pietate, ſpiritus fervore, morum perfecta compoſitione, patientia, humilitate, atq; totius evangelicæ perfectionis exemplis plurimùm illuſtravit: eodemque tempore cernens, quàm miſerè conſtitutus eſſet ſtatus S. R. E. & Catholicæ Religionis in illis partibus Septentrionalibus, & Regnis, valdè commiſeratus tot animarum perniciem, ſub Miſſionarii Apoſtolici titulo, annuentibus Superioribus, Vicos, Caſtella & Oppida Provinciarum Auguſtiſſimæ Domus Auſtriæ hæreſi infecta impavidè peragravit; ibique concionando, catechizando, Hæreticorum Miniſtros ſæpiùs ad congreſſum provocando, confutatis eorum dogmatibus, magnum Sectariorum numerum ad Catholicam Fidem adduxit, innumerique Incolarum utriuſque ſexus ejus ope adjuti Hæreſim abjurantes, Eccleſiæ Romanæ manus dederunt. Multa ſcripſit, & evulgavit Opera in emolumentum Religionis, & Eccleſiæ Catholicæ, præſertim in commodum, & adjutorium Status Eccleſiaſtici, ſive Paſtorum curam animarum habentium, quæ maximè dolendum non eſſe latinitati donata: talia enim ſunt, ut à pluribus etiam Etherodoxis raptim coemantur, & deſiderentur. Illorum Titulum hic apponimus.

*Prædeſtinationale. Eſt opus de Prædeſtinatione, Iuſtificatione, Gratia, & Libero arbitrio, continens* 30. *Conciones formatas*. Tom. 1. in 8. Salysburgi anno 1653.

*Euchariſtiale. Eſt liber de Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, continens Conciones* 26. Tom. 1. in 8.

*Pœnitentiale*, ſive, *de Pœnitentiæ Sacramento, & Confeſſione, Conciones* 25. Tom. 1. in 8.

*Orationale*, ſive, *de Exercitio ſanctæ Orationis Conciones* 36. Tom. 1. in 8.

De-

*Decalogale*. *Eſt liber continens 32. Conciones in decem præcepta Decalogi*. Tom. 1. in 8.

*Conjugale. Eſt liber continens* 30. *Conciones de Sacramento Matrimonii*. Tom. 1. in 8.

*Iuventutale*, ſive, *de bona educatione filiorum*, *&* *juventutis Conciones* 30. Tom. 1. in 8.

*Threnale*, ſive, *in Threnos Ieremiæ Prophetæ Conciones* 26. Tom. 1. in 8.

*David Propheta*, *&* *pœnitens*, ſive, *in Pſalmum* 50. *Miſerere mei Deus &c. Conciones* 37. Tom. 1. in 8.

*Magdalenale*, ſive, *in vitam S. Mariæ Magdalenæ Conciones* 30. Tom. 1. in 8.

*Homo moriens. Eſt liber continens* 24. *Conciones de felici*, *&* *infelici hominis morte*. Tom. 1. in 8.

*Iudiciale*, *Purgatoriale*, *&* *Infernale*. *Eſt liber continens* 30. *Conciones de Extremo Iudicio*, *Purgatorio*, *&* *Inferno*. Tom. 1. in 8.

Dominus Deus ultra ſpem dedit illi gratiam, & benedictionem, ut quaſi raptim ſupradicta 12. Opera, in 8. ut vocant, ſingulatim edita Salysburgi diſtraherentur,& venderentur; propter quòd ſtatim Typographus Monacenſis ſecundam editionem eorum ſuis ſumptibus faciendam ſolicitavit, eaque edidit in 4. & in tres Tomos diſtribuit, & comprehendit. Fuit hoc totum Opus dicatum Principi Electori Archiepiſcopo Moguntino: nunc autem totaliter ità diſtractum, ac divenditum eſt, ut ab aliquot annis jam nullum ampliùs exemplar inveniatur, aut haberi poſſit; cùm tamen fuerint multa millia, & tertia vice jam impreſſa.

Edidit etiam pergrande Volumen refertum Concionibus de Beata Virgine MARIA ſub Titulo:

*Mariale feſtivale*, *&* *Mariale dominicale*, ſeu, *de Beatiſſima Virgine Dei Genitrice MARIA Conciones centum ſexaginta*. Hoc opus etiã iteratò fuit impreſſum primò Salysburgi anno 1653. in 4. ſed parvo typo: ſecundò Monachii in folio anno 1655. & dedicatum fuit Epiſcopo Eſtadienſi S. R. I. Principi.

Scripſit inſuper, & per prælum evulgavit æquè ingens Volumen, in quo habentur Conciones pro Feſtivitatibus Sanctorum ſub hoc Titulo

*Sanctorale*, ſeu, *de Feſtis Sanctorum totius anni Conciones centum ſeptuaginta*; & etiam fuit impreſſum prima, & altera vice Salysburgi anno 1654. & Monachij anno 1659. & dicatum Sereniſſimo Principi Archiepiſcopo Salysburgenſi.

*Prodromus Meſſiæ*, ſeu, *de S. Io: Baptiſta Conciones triginta*. Tom. 1. in 8.

*Incarnationale*, ſeu, *de Incarnatione Domini noſtri IESV Chriſti Conciones decem*, *&* *octo*. Tom. 1. in 8.

*Chriſtus naſcens*, ſeu, *de Nativitate Domini noſtri IESV Chriſti Conciones quadraginta*. Tom. 1. in 8.

*Epiphaniale*, ſeu, *de Feſto Epiphaniæ Conciones* 18. Tom. 1. in 8.

*Adventuale*, *à prima Dominica Ad-*

*Adventus uſque* [illegible] *Septuageſimam Conciones centum* [illegible]

*Septuageſimale*, *Septuageſimæ uſque ad Domini* [illegible] *Reſurrectionis Conciones centum* Tom. 2. in 8.

*Paſchale, à Dominica Paſchatis uſque ad Pentecoſten incluſivè Conciones centum*. Tom. 2. in 8.

*De Conſolatione Spiritus Sancti à Pentecoſte uſque ad Adventum Conciones centum* Tom. 2. in 8.

*Quadrageſimale feriale*, ſeu, *Conciones pro omnibus feriis Quadrageſimæ Conciones centum*. Tom. 2. in 8.

*Paſſionale*, ſeu, *de Paſſione, & morte Domini noſtri IESV Chriſti Conciones quadraginta*. Tom. 1. in 8.

*Funerale, in quo continentur centum quinquaginta Conciones pro occaſione ſepulturæ Defunctorum, ſicut moris eſt in tota Germania*. Tom. 3. in 8.

*Encæniale, continens centum Conciones pro Feſtis Dedicationis Eccleſiæ, quæ in Germania ſolemniter celebrantur*. Tom. 2. in 8.

*Patrocinale, in quo includuntur centum Conciones pro Feſtivitatibus Patronorum Eccleſiarum*. Tom. 2. in 8.

Inſuper, juſſu Celſiſſimi Principis Archiepiſcopi Salysburgenſis, compoſuit aliud Opus pro inſtructione puerorum, & adoleſcentium; vulgò pro *Doctrina Chriſtiana*; & ſex diſtinctis Voluminibus edidit in lucem:

*Sermones* 300. *ſemihorales de Doctrina Chriſtiana*. Tom. 6. in 8.

Opus certè maximè neceſſarium; cujus prædictus Princeps ſtatim omnia exemplaria coemit, & per totam ſuam Archidiœceſim, quæ maxima eſt, & per cunctas Parochias prædicari curavit. Decem millia horum Opuſculorum fuerunt impreſſa exēplaria, & univerſa inter paucos dies vendita. Et quia ſolent in illis partibus fieri Sermones poſtmeridiani pro Confraternitatibus, ſive Congregationibus, compoſuit etiam duo Volumina ſub hoc Titulo:

*Sermones in Cantica Canticorum* 200. Tom. 2. in 4. *Centum in uno libro pro Confraternitate Sanctiſſimi Sacramenti, & alios centum in altero pro Archiconfraternitate Sanctiſſimi Roſarii, Scapularii, &c.* Opus iſtud eſt dedicatum Sereniſs. Principi Duci Electori Bavariæ, ejuſque exemplaria impreſſa Monachii anno 1669. fuerunt tria millia. Scripſit prætereà, & in tribus Tomis diſtinctis edidit Opus devotiſſimum ſacrarum Cantionum, quarum in illis Regionibus frequens eſt uſus, in laudem Dei, Beatiſſimæ Virginis, & aliorum Sanctorum ſub hac Epigraphe:

*Delitiæ Hybernales, Vernales, Æſtivales, & Autumnales*. Tom. 3. in 8. Vivebat adhuc anno 1680. dũ iſtam Bibliothecã primò cuderemus, annum agens ætatis ſuę ſeptuageſimum ſecundum, optimaq; fruebatur valetudine, & inſudabat omnibus ſuis Operibus reimprimendis; ita ut, quæ hactenus fuerunt in 4. & in 8. ederentur in folio: ante annum abſolverat primum eorum Tomum, Volumen ſatis ingens, illudque dicavit Sacrę Cæſareæ Majeſtati. Quinque etiam alios Tomos habebat para-

ra-

[illegible]os in folio de Concionibus Do[illegible]icalibus [illegible] qui [illegible]revi expediendi [illegible]nt per Typum [illegible] quo peracto, ut [illegible] torum illius Opus Con[illegible]torium ſuam integritatem, & perfectionem habebit.

PROSPER RVTHENENSIS Gallus, Patria de Rhodes, Provinciæ Toloſanæ Concionator, bonarum litterarum Profeſſor, ex actibus publicis, aliiſque priſcis memoriis Opus Genealogicum retexuit, & adhibito judicio expendit: cui multum deferre debent illi, qui hoc ſtudio delectantur. Porrò Titulus Operis eſt Gallicè:

*Hiſtoire Genealogique des toutes les Maiſons Souveraines de l' Europe avec le Blaſon de leurs Armoiries expliquè, e raiſonnè*. Tom. 1. in folio.

*Hiſtoire Genealogique de toutes les Ducs, & Paris de France avec le Blaſon*. Tom. 1. in folio.

*Hiſtoire de toutes les Maiſons principales de France avec le blaſon de leurs armoiries*. Tom. 2. in folio.

# R

RAPHAEL ASTENSIS, natione Pedemontanus, alumnus Provinciæ Genuenſis, ac ſæpiùs Diffinitor: vir ſanctis moribus compoſitus, ingenuus regularis obſervantiæ zelator, altiſſimè paupertatis acerrimus defenſor, uberique ſegete virtutum dives; Scripſit Italicè Tractatum ad formam Dialogi ſuper Regulam FF. Minorum ſub Titulo:

*Lima Sancti Franciſci, & Summorum Pontificum*. Tom. 2. in 8. Habetur ejus Originale in noſtra Bibliotheca Genuenſi, *cui adjunctũ eſt in calce Teſtamentum ipſius piiſſimi Patris, quod propria manu conſcripſit* anno 1572. pro preparatione ad ſanctam mortem. Obiit devotiſſimè Genuæ anno 1596. die 28. Auguſti ætatis ſuæ 79.

RAPHAEL CASSINA, natione Italus, Patria Mediolanenſis, ejuſdem Provinciæ Concionator: vir doctrinæ, eruditionis, ac elocutionis lumine clarus, morum tamen integritate præclarior; Edidit Conciones diverſas, de Sanctis, inter quas extat impreſſa:

*Concio de Sancto Carolo Borromæo ab eo habita Mediolani in Eccleſia Metropolitana in feſto anniverſario ejuſdem Sancti die 4. Novembris anno* 1618. Mediolani apud Io: Baptiſtam Bidellum anno 1622.

RAPHAEL DE CLAYES, natione Gallus, Provinciæ Normanniæ alumnus; vir illuſtri ſtirpe progenitus (fuit enim filius Marchionis de Clayes) Concionator claro nomine notiſſimus, ac ſacrarum litterarum eruditione percelebris. Quantæ verò fuerit pietatis, & doctrinæ, ſcripta,

quæ poſteris reliquit, locupletes teſtes eſſe poſſunt. Ex his tãtùm prælis ſubmitti permiſit Opus doctiſſimum ſub hoc Titulo:

*Sublimes, & profundæ Theologiæ, ac Morales veritates de Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento ſuper quatuor tranſcendentia Entis, Vnitatis, Veritatis, & Bonitatis, quæ in ſublimi hoc Myſterio eluceſcunt in 4. Tom. in 4. diſtributum.* Impreſſum fuit primò Rothomagi anno 1649. ſecundò Abrincis anno 1653.

RAPHAEL DIEPPENSIS, natione Gallus, quem eadem Provincia Normanniæ fervidum Dei Præconem, in omni ſcientiarum genere eruditum, linguarum Hebraicæ Græcæ, & Arabicæ peritiſſimum, honoris divini, libertatis Eccleſiaſticæ, animarumque ſalutis zelatorem ſatis concelebrat: qui etiam in America in Miſſionibus Apoſtolicis diù, & ſtrenuè laboravit, multaſque Infidelium oves ibi diſperſas è Sathanæ faucibus eripuit, & ad Ovile Chriſti reportavit: necnon in Gallia ingentem Hæreticorum numerum publicis ſuis Concionibus, ac privatis colloquiis ad Catholicæ Eccleſiæ gremium reduxit. Gallico Idiomate ſcripſit Volumen doctiſſimum de Controverſiis in quarto, cui hunc præfixit Titulum:

*Methode tres-facile pour convincre toute ſorte d'Heretiques, & particulierement les modernes.* Fuit ſæpiùs impreſſum Rothomagi, & Pariſiis ãnis 1640. 1646. 1652. 1663. & noviſſimè Lugduni anno 1669. & 1671. Hoc Opus meritò ab omnibus habetur in magno pretio: ibi enim omnia tractantur tam clarè, ut nullus Hæreticus illud perlegerit, qui non fuerit ad converſionem commotus. Confecit etiam idem Auctor ad preces amicorum, & communem utilitatem:

*Compendium earundem Controverſiarum.* Rothomagi, & Pariſiis 1645. 1652. 1661. &c. Tom. 1. in 8. Laboribus multis conſumptus, piiſſimiſque Operibus pro Deo, & ejus Eccleſia cumulatus, ad immortales conceſsit in Miſsionibus novæ Galliæ in America anno 1648. ætatis ſuæ 60. omnibus de ſe propter eximiam ejus doctrinam, & vitæ ſanctimoniam relinquens deſideriũ. De eo meminit Vvaddingus.

RAPHAEL AB HERISSONIO Gallus, Concionator Provinciæ Lugdunenſis; vir pietate, & doctrina inter alios laudatiſsimus, in triplici Theologia Scholaſtica, Morali, & Polemica admodum fundatus: ſæpiùs Guardianus, ac per plures annos Novitiorum Magiſter. Ad Sacerdotum, & omnium Sacri Altaris Miniſtrorum inſtructionem exarata ſtylo facili, ac expedita methodo, elaboravit Opus inſcriptum:

*Manuductio Sacerdotis ad primum ejus, & præcipuum officium; ſive, Explanatio Sacroſancti Miſſæ Sacrificii juxta Romani Miſſalis præſcriptum &c.* Tom. 1. in 4. Lugduni apud Petrum Valfray 1690.

RAPHAEL MELITENSIS, Provinciæ Syracuſanæ in Sicilia Miniſter Provincialis; Meſſanenſis verò, ac Panormitanæ Commiſſarius Gene-

ne-

neralis: vir magnæ virtutis, ac omnigenæ doctrinæ lumine clarus: qui per totum viginti annorum decurſum Sacram Theologiam, & divinas litteras in ſua Provincia eruditiſſimè explanavit: cujus vita juge fuit jejunium, aſſidua Paſſionis Chriſti meditatio, ac perfecta in omnes charitas; plura ſcripſit de rebus Theologicis, quæ parata pro typo habebat: inter quæ extant M. S. in ſua Syracuſana Provincia:

*Lectiones in libros Sententiarum ad mentem Scoti, & aliæ lectiones tam Scholaſticæ, quam Morales ab omnibus viris doctis maximè commendatæ*. Obiit in Conventu S. Philippi ejuſdem Provinciæ, dum divinas laudes ſano corpore in Choro cum Fratribus pſalleret.

RAPHAEL NANNETENSIS, natione Gallus, Provinciæ Britanniæ alumnus, Concionator valdè devotus, & ſpiritu Dei fervens; doctrina ſimul, & vitæ innocentia præornatus; Scripſit Gallicè Opuſculum ſub Titulo:

*L'Exaltation de la Couronne de noſtre Seigneur IESVS-Chriſt*. Rhedonis anno 1638. Tom. 1. in 8. De eo meminit Vvadding. lib. de Scriptor. Ordin. Minorum.

RAPHAEL DE SVRDIS, natione Italus, Patria Caſalenſis, Provinciæ Genuenſis alumnus, illius Iuriſconſulti filius, cujus Conſiliis Legalis Academia egregiè decoratur: vir inſigni animi magnitudine, doctrinæ præſtantia, ſcientiarum ferè omnium ſplendore, dicendi facundia, concionandi eminentia, religioſæ converſationis decore, ac ſingularibus animæ, & corporis dotibus exornatus. Qui ob eximiam ejus in rebus agendis peritiam, ac dexteritatem, regulariſque obſervantiæ zelum in Rhegienſi, ac Genuenſi Provinciis ad Provincialatus apicem aſſumptus, & à P. Ioanne à Montecalerio, tunc Miniſtro Generali ſibi in Conſultorem electus, grande ſibi nomen, ultra nomen magnorum, qui ſunt in Religione, comparavit; multa ſcripſit digna ejus calamo, quæ ſub nomine fictitio fuerunt evulgata, inter quæ ſunt:

*Paraphraſis doctiſſima in Pſalmos*.

*Conſulta varia Legalia, & Regularia*.

*Poemata diverſi generis, & Epigrammata*.

Obiit in noſtro Conventu Vulturii S. Nicolai Provinciæ Genuenſis anno 1650. ætatis ſuæ 63. Religionis 44. die 6. Aprilis.

RAYMVNDVS AVENIONENSIS, Gallus, Concionator Provinciæ Sancti Ludovici, ac Miniſter Provincialis: vir doctrina varia inſignitus, religioſa pietate clarus, atque fervens obſervantiæ ſeraphicæ zelator; Scripſit Gallico Idiomate præclarum Volumen, cujus Titulus eſt:

*La Politique de la Cour &c.* Lugduni anno 1612. Tom. 1. in 8. Evulgavit etiam alium librum Latinè ſub hac inſcriptione:

*Virgilius Chriſtianus*. Opus per modum Centonum ex verſibus Virgilianis depromptum, & in tres par-

res diſtinctum. Prima pars intitulatur: *Chriſtus Patiens*. Secunda pars: *Mulier fortis*, ſeu, *Magdalena pugnans in ſpelunca Maſſilienſi*. Tertia pars: *Paſtor illuſtris*. Agit de miraculoſa pontis conſtructione in Civitate Avenionenſi facta à S.Benedicto Paſtore, cum ſolemni translatione corporis ejuſdem Sancti facta intra eandem Vrbem in Eccleſia Patrum Cęleſtinorum anno 1675. Tom. 1. in 4.

REMIGIVS BERGOMENSIS, Provinciæ Brixiæ alumnus; vir Seraphicæ Regulæ ſolicitus obſervator, vitæ auſteritate rigidus, animi manſuetudine venerabilis, mentis humilitate ſublimis, divinis meditationibus aſſiduus, ac Dominicæ paſſionis jugis contemplator: qui etiam ob morum compoſitam venuſtatem, ac in diſcernendis ſpiritibus prudentiam [illegible] Provincia Novitiorum Ma[illegible]fectus, graviſſimum [illegible]ſque ad obitum maximo virtutum ſplendore, ac ſapientię luce adminiſtravit. Scripſit:

*Expoſitionem doctiſſimam ſuper Pſalmum* 118. Beati immaculati in via &c. *quem admirabili pietate ad Domini noſtri IESV Chriſti vulnerum ſenſum tranſtulit*. Obiit ſanctiſſimè in noſtro Conventu Cremenſi anno 1610. De eo meminit Boverius Tom. 2. Annalium Capucinorum ad annum prædictum.

REMIGIVS A' BOZOLO, natione Germanus, Provinciæ Tirolenſis alumnus, Concionator eruditus, ſepiùs Diffinitor, apoſtolicis virtutibus decorus, ac obſervantiæ religioſæ laude celebris; Scripſit Latinè Opuſculum de Stigmatibus Sancti Patris Noſtri Franciſci ſub Titulo:

*Roſetum Seraphicum fragrans floſculis*: hoc eſt, *præcipuarum hiſtoriarum figuris, quæ circa præclariſſimum Myſterium impreſſionis Stigmatum Seraphici P. N. S. Franciſci contigerunt, cum Elogiis ipſius S. Patris*. Prodiit primùm Italicè Monachii ſumptibus Petri Koving anno 1622. in 8. Poſteà ab eodem Auctore in latinum, & etiam Theutonicum Idioma translatum, fuit denuò impreſſum in eadem Civitate anno 1626. & 1627. De eo meminit Vvaddingus lib. de Scriptor. Ordin. Minorum.

REMIGIVS A' SANCTO ROMVLO, natione Ligur Patria Matutianus (vulgò *San Remo*) quod eſt Oppidum celebre, ac populatiſſimum in Liguria Occidentali ſub Dominio Sereniſſimæ Reipublicæ Genuenſis, fuit alumnus Provinciæ S. Ludovici, in qua habitum Religionis accepit anno 1596. Vir doctrina, & eloquentia extitit præornatus, in Arte poetica excellens, humilitate, ſenſuum mortificatione, oratione, ac cęleſtium rerum contemplatione ſublimis, ſpiritu Dei fervens, divinoque amore repletus; Cecinit Carmine heroico, & latino, ac typis dedit:

*Vitam Seraphici P. N. S. Franciſci in libros duodecim diſtributam*. Prodiit Avenione 1628. Tom. 1. in 8.

RICHARDVS HYBERNENSIS,

SIS, Concionator, vir in Diuinis Scripturis admodum verſatus, in quæſtionibus Theologicis, ac in Controverſiis Fidei Catholicæ enodandis claro,& ſubtili ingenii acumine præditus, pietate quoque, atque aliis religioſis virtutibus ornatus: qui diù Apoſtolici Miſſionarii munus in Regnis Angliæ, & Hyberniæ fideliſſimè ſuſtinuit, non ſine uberi animarum fructu; Confecit ingens Volumen Hiſtoricum, in quo Latinè tractat:

*De Rebus Hybernicis ad Catholicam Fidem ſpectantibus: quod Opus jam anteà fuerat incboatum ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. D. Ioāne Baptiſta Rinuccino Archiepiſcopo Firmano, & in Regno Hyberniæ Sedis Apoſtolicæ Nuncio.* Vidimus illud M. S. apud eundem Patrem Richardum, dum Florentiæ commoraretur anno 1662.

ROBERTVS CAMERACENSIS, Provinciæ Inſulenſis Concionator, vir ſtudioſus, indefeſſo labore collegit, a. Typis dedit duobus Voluminibus in folio omnes ſententias Sanctorum Patrum,& Conciliorum ad mores ſpectantes ſub Titulo:

*Aurifodina univerſalis Scientiarum Divinarum, atque humanarum ex fontibus aureis Sanctorum Patrū, Conciliorum &c.* Pariſiis apud Egdemondum Cauterot anno 1680. Tom. 2. in folio.

ROBERTVS HYBERNENSIS, Patris Richardi Hybernenſis ſocius, ac etiam Miſſionarius Apoſtolicus; vir utique humilis, ſincerus, & devotus, Orthodoxę Fidei fervidus zelator, regularis diſciplinę cuſtos, & amator præcipuus; Scripſit Latinè Volumen Controverſiarum, quod intitulavit:

*Veritates Orthodoxæ &c. contra errores Hęreticorum noſtri temporis.* Vidimus etiam illud M. S. paratum pro prælo apud eundem Auctorem Florentię anno 1662.

RODVLPHVS SVITENSIS, alumnus Provinciæ Helvetiorum, verbi Dei fructuoſus Declamator, Hæreticorum hoſtis acerrimus,quos verbo,& ſcriptis exagitare nunquam deſtitit; Compoſuit librum habentem pro Titulo:

*Provocatio ad Duellum rationis in Campo amœnæ fictionis ad omnes Atheiſtas,Machiavelliſtas & Adiaforitas.* Tom. 1. in fol. Et

*Floridum ambulacrum animæ.* Tom. 1. in 8. anno 1689.

ROGATIANVS PARISIENSIS Gallus,ejuſdem Provinciæ Concionator,ac Sacrę Theologiæ Profeſſor. Hic, cùm à pueritia donis omnibus, quibus inſtituendus eſt animus, à Deo largiter eſſet cumulatus, tanta facilitate profanas, ac Sacras litteras didicit, ut vix octodecim annos natus jurè Summi Theologi famam ſibi conciliaverit. Divi Auguſtini libros, & Angelici Doctoris Opera ita tenaciſſimè mente concluſit, ut omnes, qui prodigioſam ejus memoriam perſpectam habebant conſtanter affirmarent, extinctis omnibus horū Sanctorum operibus,quæ per universū Orbē ſunt diffuſa, eum unicum fore, qui Auguſtinum, & Thomam in tumulo oblivionis jacen-

tentes, redivivos facere poſſet. Ejus etiam vitę perfectio fuit inſignis: obſervantiam regularem, paupertatem, ac humilitatem maximè excoluit: Divina charitate totus ardebat, & in materiis ſpeculativis, quas longo tempore docuit, ſemper plurima immiſcebat, quę ad Dei amorem in audientium cordibus accendendum conducunt. Ad eum, tanquam ad divinum oraculum Concionatores, & Theologi certatim confluebant; & tantus erat ardor, quo ad ejus in dicendo ſuavitatem conflagrabant, ut ignis ab ipſo accenſus eos adureret; indeque lacrymarum imbribus perfunderentur. *Plura ſcripſiſſe ad poſterorum utilitatem ex relatis habemus, quæ immatura morte præventus per typum evulgare nequivit*; & quia eorum Titulum non habemus, huic catalogo non inſeruntur. Porrò virum hunc doctiſſimum, ac piiſſimum charitatis officiis aſſuetum lues illa peſtifera, quæ plurimos in Civitate Pariſienſi è medio tulit, præcoci Fato nobis eripuit, decennio vix in Religione exacto anno 1622. ejuſque mortem omnes illius Provinciæ Fratres profuſis lacrymis ingemuerunt. P. Honoratus Pariſienſis, Diffinitor Generalis, ſuæque Pariſiorum Provinciæ, immò & totius Religionis noſtræ decus eximium, eum, ut omnigenæ virtutis exemplar, celebravit; auditaque ejus morte, plorans dixit: *In Rogatiano corruiſſe columnam Provinciæ, quæ in ſervo Dei extincto magnam patiebatur jacturam*. Et Andreas Vvallius, Theologorum Coriphæus inter Doctores Pariſienſes, dicere ſolitus erat: *Se in Rogatiano nactum fuiſſe virum, in quo ingenii præaltus defæcati ſublimitas inuſitato modo cum ſuppari pietate cojerat*. Videatur Matiſconenſis Tom. 3. Annal. Capucinorum.

ROGERIVS TIPHERNENSIS Italus, ex nobili Manaſſæorum Familia, Provinciæ Romanæ, & etiam S. Franciſci Miniſter Provincialis, vir fuit præclaris omnium virtutum ornamentis illuſtris: orationi, ac divinorum contemplationi totus intentus, cęleſtis amoris ardoribus undique circundatus: erga Deiparam Virginē ſumma devotione affectus, jejuniis, diſciplinis, aliiſque corporis macerationibus firmiter addictus: charitate erga proximos excellens, ſalutis animarum zeloſus, ſui deſpicientia clarus, animi manſuetudine mirabilis, patientia invincibilis, omninò ſibi, & mundo crucifixus; Aliqua ſcripſit Opuſcula Spiritualia, inter quæ extat:

*Tractatus de doloribus IESV Chriſti, & Beatiſſimæ Virginis MARIAE ad modum Coronæ, & meditationum*. Vitæ ſanctimonia venerandus, ſenio, ac corporis afflictationibus conſumptus, feliciſſimè obiit Romæ anno 1610. ætatis ſuæ 85. Religionis 62. Hujus viri Dei effigiem inter illuſtriores magni nominis viros in celebrioribus Conventuum Italiæ, Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ, ac Flandriæ Clauſtris publicè exponere, eamque inſigni hac ſubſcriptione ornari, Religio libens, ac lęta permiſit:

*R. P.*

*R. P. Fr. Rogerius Tiphernas Sacerdos,*
*Pauper, humilis, devotus, & vigilans,*
*Digna, quæ ſcirentur ſcribebat, & quæ ſcriberentur,*
*Digna operabatur.*
*Animam Deo Creatori reddidit*
*Romæ anno 1610.*

Ejus vita deſcribitur à Boverio Tom. 2. Annal. Capuc. ad annum 1610.

ROMANVS A' SANCTO BRIOCO, natione Gallus, alumnus Provinciæ Pariſienſis: vir clarus doctrina, divini verbi fervidus Declamator, Catholicæ Fidei acerrimus zelotes, & Hæreticorum hoſtis infenſus; Scripſit, & evulgavit:

*Defenſionem Calendarii Romani Gregoriani adverſus Hæreticos, & Schiſmaticos; in qua eruditiſſimè demonſtrat hujuſmodi Reformationem omnium Conciliorum, præſertim Niceni, Decretis conformem eſſe*. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1647. Tom. 1. in 4. De eo meminit Vvaddingus.

ROMVALDVS TAVRINENSIS, Provinciæ Genuenſis filius, Theologicarum Facultatum, ac Divinarum litterarum Gazophilacium communiter appellatus; eò quòd Scholaſtica Patrum placita pleniſſimè poſſideret, & utriuſque Teſtamenti Codices tenaciſſimè memoriæ retineret. Vir fuit, in quo perpetuò enituit gravitas morum, converſationis maturitas, integritas vitæ, ſeraphicæ paupertatis cultus, ſimplicitatis amor, præſcriptorum in Religione exacta obſervantia. Eapropter in Regionibus, & Vallibus Subalpinis Miſſionarius Apoſtolicus deſtinatus, munus illud per plures annos fideliſſimè exercuit; indèque verbo, & exemplo omnes ędificando, & Catholicis amabilem, & Hęreticis admirabilem ſe ſemper exhibuit; ita ut ex illis quamplures non inferioris ordinis ex hujus doctiſſimi, ac religioſiſſimi viri ore legitimam veritatem excipientes, ad meliorem vitæ frugem ſeſe receperint, & ſpontè Catholico albo ſua nomina conſcribenda obtulerint. Scripſit:

*Diſputationum Theologicarum lib. 2 in 4.*

*Adnotationes in Sacram Scripturam*. Tom. 3. in 4.

*Manuale præcipuarum Controverſiarum Catholicæ Fidei ad uſum, & commoditatem Miſſionariorum*. Tom. 1. in 4. Obiit Vercellis anno 1616.

RVFFINVS A' SANCTO GAVDENTIO Concionator, Provinciæ Panormitanæ filius; vir devotus, & erga Beatiſſimam Dei Genitricem Virginem MARIAM ſummo devinctus venerationis affectu; Scripſit:

*Volumen Exercitiorum Spiritualium pro ſalutanda eadem Beatiſſima Virgine &c.* Citatur a Pagnotio lib. de MARIA Triumphante Corona 3. cap. 47. pag. 683.

SAL-

# S

SALVATOR SARDVS, alumnus *Provinciæ Picenæ*; vir totius *Evangelicæ* perfectionis ornamentis illuſtris. Hic, cùm eſſet profeſſione Laicus, & litterarum imperitus, cęleſtis tamen ſcientiæ donum à Deo fuit conſecutus; undè tam altè de Philoſophicis, ac Theologicis rebus diſſervit, ut doctiſſimos ipſos viros in admirationem raperet, & omnes ad illum, tanquam ad doctrinæ emporium, concurrerent. Inter alia luculentiſſima pietatis argumenta erga Beatiſſimam Virginem MARIAM, quam maximo ſemper devotionis affectu excoluit; Compoſuit, & evulgavit:

*Coronas plures ſpirituales in honorem ejuſdem Immaculatæ Virginis, quas P. Hieronymus à Monteflorum, tunc Generalis Miniſter approbavit*. Vitæ ſanctitate, Revelationibus, Miraculorum, ac Prophetiæ donis conſpicuus, migravit ad Dominum in noſtro Conventu S. Elpidii Provincię Marchię anno 1596. ætatis ſuę 110. Religionis 79. Ejus vitam deſcripſit Boverius, qui dicit eum obiiſſe Erapuli, (vulgò *S. Lupidio*) anno ætatis ſuæ 70. ad annum 1596. prædictum. Vide Tom. 2. Annal. Capucin. pag. 577. De eo meminerunt Vvaddingus lib. de Scriptoribus Ordin. Minorum, & Hippolytus Maraccius de Scriptoribus Marianis.

SANCTES THESAVRVS Romanus, ejuſdem Provincię Concionator, ac totius Ordinis Diffinitor Generalis; vir Seraphici P. N. S. Franciſci ſpiritu imbutus, evangelicæ paupertatis admodum ſtudioſus, & aliarum virtutum, quæ virum religioſum conflant, decore optimè præornatus. Qui etiam ob ſuam pręclaram doctrinam ad Sacræ Theologiæ lecturam aſſumptus, auditores ęquè ſpiritu, ac littera erudivit; eiſq; non verbis tantummodo, ſed & apoſtolicæ vitæ exemplis anteivit. Scripſit Italicè:

*Expoſitionem in Regulam FF. Minorum à S. Franciſco præſcriptam*. Tom. 1. in 4. Romæ apud Ægidium Spadam anno 1614.

*Expoſitionem in Regulam Monialium Clariſſarum ab eodem S. P. N. Franciſco illis traditam*. Opus quidem perutile Monialibus etiam aliorum Ordinum. Venetiis apud Evangeliſtam Deuch anno 1622. Tom. 1. in 4. De eo meminit Vvaddingus lib. ut ſupra.

SCHOLASTICVS CASTILIONEVS, natione Gallus, Patria Brannovius, Provinciæ Lugdunenſis alumnus. Hic, poſt abjuratam Hęreſim Calviniſticam, in qua fuerat à Parentibus enutritus, copioſamq; illorum hereditatem relictam,

& pauperibus diſtributam, generis nobilitate ſpreta, mundique illecebris calcatis, ad Seraphicæ Religionis gremium evolavit: in qua ſpiritus fervorem, vitæque ſanctimoniam cum ſumma in diſciplinis Philoſophicis, ac Theologicis eruditione conjungens, Concionatoris zelantiſſimi, & eximii Theologi ſortitus eſt famam. Animarum perditarum ſaluti totus fuit intentus, & Catholicæ Religionis dilatandæ zelo æſtuans, eam ſibi in Dei verbo diſſeminando apud Populos auctoritatem comparavit, ut eum, veluti cœleſtem, atque apoſtolicum hominem recipientes, libenter ejus monita capeſſerent, plurimique ex Hæreticis ejus ſermonibus convicti, Calvini dogmata abjurantes, Orthodoxam Fidem amplecterentur. Scripſit, ac prælo ſubmiſit ſub nomine Domini de Channeau:

*Diſceptationem publicè, ac ſolemniter ab eo habitam de licentia Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Epiſcopi Nivernenſis contra quendam præcipuum Miniſtrum Calviniſtam, Monſenglar nuncupatum, quem de Hæreſi, & multis erroribus contra Fidem convicit.* Nivernis apud Ioannem Millot anno 1630. Tom. 1. in 8. Et de eo meminit Vvaddingus lib. de Scriptor. Ord. Minorum.

SEBASTIANVS MAVRIANENSIS Sabaudus, ejuſdem Provinciæ Concionator: vir animarum ſalutis zeloſiſſimus, ita ut abſque ullo cibo, & potu dies integros in vineis, & agris præteriret, quò rudes homines, & ignarum Populum de Myſteriis ad noſtram Religionem ſpectantibus erudiret. Hic, videns Gebennæ virus illud peſtiferum totam illam Regionem hæreſi infeciſſe, ut tempeſtivam ferret opem indigenis, quorum ſalutem Hæretici in diſcrimen adduxerant, univerſum agrum Genevenſem prædicando luſtravit; & quamvis agreſtis, & inculta plebis indoles multis eum ſaturaret opprobriis, & ſæpiùs marcido pane ſuſtentare vitam, & in fœdo porcorum ſtabulo pernoctare cogeretur; non ideò opus ſemel generosè aggreſſum detrectavit. Quare, influente Dei gratia, quamplurimas errantes oves in caulam Eccleſiæ reduxit, præſertim in Oppido Sancti Mauritii, ubi unico tantùm ſermone quindecim familiæ Calvini ſectatrices ad Fidem Catholicam amplectendam unanimiter induxit. Aliqua ferunt ſcripſiſſe, ſolùm tamen nobis fuit tranſmiſſus titulus unius Opuſculi, quod fuit impreſſum, & eſt:

*Catechiſmus Catholicus, in quo docentur ea, quæ neceſſaria ſunt ad erudiendam plebem in Fide Catholica, & errores plurimi Hæreticorum refelluntur.* Obiit devotiſſimè in Conventu ſuæ Patriæ anno 1634. ætatis ſuæ 63. & ejus vita compendiosè traditur à Matiſconenſi Tom. 3. Annal.

SEBASTIANVS SILVANECTENSIS (vulgò *de Senlis*) natione Gallus, Pariſienſis Provinciæ Sacerdos: vir vitæ puritate, ac morum innocentia præditus: perfectus Seraphicæ Regulæ cultor, in Myſtica Theo-

Theologia Magiſter egregius, ſacrorum librorum lectione aſſiduus: in operibus charitatis, præſertim curæ Infirmorum, juxta S. P. N. Franciſci præſcriptum, totus intentus; plura ſcripſit Opuſcula devotiſſima; & ſunt:

*Philoſophia contemplantium, quæ continet omnes lectiones fundamentales vitæ activæ, contemplativæ, & ſupereminentis*. Prima editio facta eſt ex Typographia Nicolai Buon Pariſiis anno 1618. ſecunda ibidem apud Michaelem Soly. Tom. 1. in 4. Gallico Idiomate:

*Fax Iuſti pro directione ſpirituum ſublimium, in qua agitur de variis rebus moralibus*. Tom. 2. in 4. Pariſiis apud Viduam Nicolai Buon anno 1642.

*Epiſtolæ Morales, in quibus fæminæ Illuſtres, quæ ad Paradiſum aſpirant, non ſolùm aulam ſanctam inveniunt, ſed etiam clauſtralem*. Ibidem 1644. apud Michaelem Soly.

*Occupatio veri Sapientis, ubi plurima veræ ſapientiæ Axiomata ſolidè exponuntur*. Ibidem 1645. Tom. 1. in 4.

*Hiſtoria de vita, & geſtis B. Coletæ Virginis Reformatricis Ordinis Sanctæ Claræ*. Pariſiis anno 1619. Tom. 1. in 8.

*Vita B. Paſſitheæ Fundatricis Monialium Capucinarum in Gallia*. Ibidem apud Viduam Nicolai Buon annò 1625. Tom. 1. in 8. Memoratur à Vvaddingo lib. de Script. Ord. Minorum.

SERAPHINVS A' BVRGVNDIA, Provinciæ Romanæ profeſſus, Theologus, & Concionator, olim P. Simpliciani Mediolanenſis Miniſtri Generalis Secretarius; ex Gallico Idiomate in Italicum convertit Opera P. Petri Pictavienſis, quæ ſic inſcribuntur:

*Il Giorno Miſtico*, overo, *Dilucidatione dell' Oratione, e Teologia Miſtica*: all' Eminentiſſimo Signor Cardinale Paluzzo Altieri Camerlengo d. Santa Chieſa. Romæ apud Nicolaum Angelum Tinaſſium anno 1675. Tom. 1. in 4.

SERAPHINVS ESQVIROS, natione Sardus, Patria Calaritanus, Concionator, ac Diffinitor Provinciæ Sardiniæ; qui ſępiùs Sacram Theologiam apud Noſtros doctiſſimè interpretatus eſt, eandemque ſuam Provinciam non ſine magna regularis obſervantiæ laude diligenter adminiſtravit; Scripſit, ac typis dedit Hiſpanico Idiomate librum, quem intitulavit:

*Sanctuario de Caller, y verdadera Hiſtoria de la invençion de los cuerpos ſanctos hallados en la dicha Ciudad, y ſu Arçobiſpado*. Part. 2. *dirigidas a el' Illuſtriſſimo, y Reverēdiſſimo D. Franciſco d' Eſquivvell Arçobiſpo de Caller*. Carallis ex Officina Doctoris Antonii Galcerini apud Ioannem Pollanū anno 1624. Tom. 1. in 4.

SERAPHINVS DE FIGVERAS, natione Hiſpanus, Provincię Cathalonię Concionator, ac Miniſter Provincialis: vir doctus, eruditus, & prudens, necnon religioſę diſciplinæ, & Seraphicæ Regulæ obſervantię zelo notatus; Scripſit

Hiſ-

Hiſpanicè Opuſculum Apologeticum habens pro Titulo:

*Luces claras, que das vaneçiendo errores eſtableçen verdades.* Gerundę apud Hieronymum Palol anno 1673.

SERAPHINVS A' MELATIO, natione Siculus, Provinciæ Meſſanenſis Concionator, ac pluriès Diffinitor: vir pius, doctus, & religioſa virtutum corona decorus; Scripſit Italicè Opuſculum Spirituale habens pro Titulo:

*Viaggio del Cielo &c.* Meſſanæ anno 1673. Tom. 1. in 8.

SERAPHINVS ROTHOMAGENSIS Gallus, Provinciæ Normannię Concionator, vir doctiſſimus, prędivite Scientiarum omnium ſuppellectile inſtructus: linguarum Hebraicę, Syriacę, & Gręcę apprimè eruditus; quarum arcana per plures annos multis diſcipulis in ſua Provincia publicè expoſuit. Hic, cùm eſſet divina charitate inflammatus, in concionando cęleſtis facis ad inſtar ignem ſuperni amoris audientium cordibus ingerebat. Vitę auſteritatem ſummoperè excoluit, omneſque gulæ illecebras adverſatus, pane tantùm, & pulmento infirmum corpus ſuſtentans, ab omnibus aliis uſquequaque cibis toto vitę tempore penitùs abſtinuit. Catholicę Fidei fuit acerrimus propugnator, multoſque à vera Fide aberrantes, Orthodoxis Eccleſię Romanę dogmatibus inſtituit, pręſertim ex Nobilioribus, & Prædicantibus, quos, confutatis egregiè eorum erroribus, in verę Religionis ſemitam direxit. Scripſit, & edi permiſit:

*Tractatum de Elementis linguæ Hebraicæ.*

*Diſputationem, quam publicè habuit in Civitate Cadomenſi cum quodam Miniſtro hæretico: in qua manifeſtè probat ex Sacræ Scripturæ Textibus, Calviniſtarum, & aliorum Hæreticorum Fidem pravam, & ſpuriam eſſe; adeò ut illemet Miniſter ita convictus fuerit, ut turpi fuga ex illo congreſſu ſibi conſulere coactus fuerit.* Impreſſa fuit Cadomi abſque nomine Auctoris anno 1631. Obiit in noſtro Conventu Lexovienſi anno 1631. quarto Kal. Auguſti, ętatis ſuę 65. ejuſque funera ob viri ſanctimoniam maximo Populorum concurſu fuerunt honorata. De eo meminit Marcellinus de Piſe Tom. 3. Annal. ad annum prędictum.

SERAPHINVS alter Rothomagenſis, ejuſdem Provincię Normannię alumnus: vir, ſi in eo morum ſanctitatem, ac doctrinam ſpectemus, ſi ignitum animarum zelum, divini amoris incendium, ſuique, & rerum mundanarum contemptum attendimus, inter illuſtriores Religionis noſtrę Concionatores meritò adnumerandus. *Multa ſui monumenta hic fecit extare in Concionibus, & Controverſiis*; plura relicturus, ſi non ſex annis quadragenario major, nimis immatura morte die 2. Decembris 1674. Rothomagi vivis fuiſſet exemptus. Ad ejus funera perpete ſcalpro, perenni affectu, gratulãti officio, amantiſſimo Diſcipulo ſic parẽtavit P. Amadęus Bajocenſis.

 *Ve-*

*Venerandus Pater Seraphinus Rothomagenſis Prædicator Capucinus*
*Deſiit in terris vivere, ut in Cœlis vivere inciperet.*
*Lugente Solo, Polo ridente.*
*Ne mireris.*
*Oppoſiti æmulantium affectus in cōmune lucrum diverſimodè conſpirabant.*
*Commodatum terræ Seraphin, à terra repetit cum uſura Cœlum;*
*Hinc illius dolor ex ablato pignore: hinc iſtius gaudium ex fœnore ſublato.*
*Novum attende Myſterium.*
*Dubitaſſes fortè utrius eſſet iſte communis Terræ, Polique Fœtus.*
*Ex carne ſuum tellus, ex ſpiritu ſuum Polus contendit.*
*Dubium, litemque ſolvit famoſum iſtud Sapientiſſimi Iudicis Oraculum*
*DIVIDATUR.*
*Mortalem illa, Immortalem iſte parturiit, neuter, utrunque vindicabit.*
*Illic cineres carnis exuviæ, iſthic ſpiritus, donec iſto, illi reviviſcant*
*Reponantur.*
*O nimis æqua, & nimium adæquata diremptio!*
*Interim ſedata lite, liceat mihi pro utraque parte Seraphino*
*Sic parentare*
*ÆTERNITATI.*
*Quem Neuſtria peperit, aluit Rothomagus, ſacravit Capucinorum Ordo,*
*Erudivit Fides, Spes ſuſtentavit, aſſumpſit Charitas, Cœlum coronavit.*
*Hic jacet.*
*Poſt feliciter exactos in Polemicis pro Fide Concionibus, & Congreſſibus*
*Tum privatis, tum publicis, anno ſupra quatuor & decem:*
*Poſt reſtitutos Eccleſiæ Catholicæ Acatholicos ſuper ter mille reconciliatos Deo*
*Peccatores, & firmatos in Fide nutantes ſupra numerum:*
*Poſt exhibitam indefeſsè quibuslibet afflictis, infirmis, moribundis, miſeris,*
*Deſperatis, Reis ſalutarem opem:*
*Poſt impenſa diù, noctùque in continuo pietatis miniſterio ſacræ vitæ*
*Apoſtolicæ momenta.*
*Tandem vocante Deo, applaudentibus Angelis, Civitate plangente,*
*Collacrymantibus Fratribus ipſo feſtivè animam inter Sacramenta exhalante.*
*SERAPHINUS*
*Rothomagi moritur, febris igne minus, quàm charitatis ardore abſumptus*
*Anno ætatis ſuæ 46. Religionis 28. die Decembris 2.*
*Anno Repar. Sal. MDCLXXIV.*
*Sic verè Seraphicis Chriſtus eſt vita, mors lucrum, mundus nihil, Deus omnia.*
*Sic iſte Seraph omnibus omnia pro Chriſto factus, omnium vota meruit.*
*Tua etiam mereatur.*
*Tu verò de pari ſorte monitus, pejorem time, parem ſpera, meliorem deſidera.*

SIGISMVNDVS BRIXIENSIS, natione Italus, ejuſdem Provinciȩ alumnus. Hic, Foreſtiorum familiæ, ex qua fuit progenitus, nobilitatis, ac egregiorum facinorum ſplendoribus adianti, maximum vitȩ ſuȩ ſanctitate lucis, ac gloriæ addidit incrementum. Fuit perfectus Seraphicȩ Regulȩ obſervator, candidiſſimęque mentis puritate, ac ſingulari animi candore prȩditus; ita ut omnium, quos obvios haberet, affectus ſibi conciliaverit hominum. Nihil aliud, quàm divinȩ gratiȩ fragrantiam in ſuis actionibus ſpirabat; cujus ſuaviſſimo odore tam Fratres, quàm Sȩculares perflati, ac mirabiliter recreati, illum, ut Deo prȩdilectum, ſumma veneratione proſequebantur. Scripſit:

*Librum Exercitiorum Spiritualium*, qui impreſſus fuit Brixiæ anno 1612. abſque nomine Auctoris. Obiit in Conventu ſuæ Patriæ anno 1614. ætatis ſuæ 60. Religionis 41. Ejus geſta habentur in Tom. 3. Annal. Capuc. ad annum ſupraſignatum pag. 67. §. 152.

SIGISMVNDVS DE FEDERICIS, natione Italus, Patria Bononienſis, ejuſdem Provinciæ Sacerdos; vir pius, & humilis, ingenuis moribus compoſitus, Iuris Civilis, ac Pontificii Profeſſor egregius; Scripſit latinè:

*Tractatum de Electione, ac poteſtate Prælatorum, & aliorum Officialium Regularium.* Opus ſanè doctiſſimum; ſiquidem Auctor materiam difficilem, reconditam, & à paucis Doctoribus ſuo tempore benè explicatã miro ordine, ac ſtylo in unum congeſſit, & ita ingenioſè Theologorum, Canoniſtarum, & Iuriſconſultorum varias ſententias recenſet; ut quidquid in utroque foro in hac materia ſit reſolvendum unuſquiſq; intueri facillimè poſſit. Prodiit primùm Bononiæ Tom. 1. in fol. anno 1626. apud Heredes Petri Rubei ſub nomine Iacobi Federici I. V. D. quo Auctor appellabatur in ſæculo. Deindè fuit impreſſus Mediolani apud Heredes Pacifici Pontii 1628. De eo meminit Vvaddingus lib. de Script. Ord. Minorum.

SIGISMVNDVS A' SANCTO MAVRITIO, natione Sabaudus, ejuſdem Provinciæ Concionator; vir probatiſſimæ vitæ, nec non doctrinȩ variæ titulis inſignitus; Deſcripſit:

*Vitam Sancti Sigiſmundi Regis Burgundiæ Fundatoris antiquiſſimæ & celeberrimæ Abbatiæ S. Mauritii, olim Agauni nuncupatæ.*

*Vitam S. Mauritii, & Sociorum Martyrum, eorumque ſacrorum oſſium miraculoſam inventionem, ac magnificam tranſlationem.*

SILVERIVS ABBAVILLÆVS, natione Gallus, qui in Pariſienſi Provincia, cujus fuit alumnus, magno ſpiritus fervore, ac doctrinæ fama verbum Dei per plures annos prædicavit, illamque optimis vitæ exemplis, religioſiſque ſuis virtutibus plurimùm illuſtravit; Scripſit Gallico Idiomate tacito proprio nomine:

*Vitam B. Coletæ Virginis Reformatricis Ordinis S. Claræ.* Pariſiis anno 1628. Tom. 1. in 8.

SIL-

SILVESTER DE LA VAL, ſeu, *Lavallenſis*, natione Britannus, Provinciæ Pariſienſis Concionator, ac Diffinitor; vir, in quo acumen ingenii cum morum ſuavitate, eruditio cum vitæ ſanctimonia, aſperitas pœnitentiæ cum conſuetudinis jucunditate mirabiliter fuerunt aſſociatæ; in Conventu Pariſienſi Philoſophicas Diſciplinas primùm docuit; deindè Sacram Theologiam per aliquot annos doctiſſimè expoſuit: poſteà in Miſſiones Catholicas juvandi cauſa profectus, labores plurimos, & ærumnas pertulit, multoſque ex Hæreticis ad Fidem Catholicam amplectendam reduxit. Tandem in odium orthodoxæ Religionis potione veneni ab iiſdem Hęreticis interfectus, ad præmia evolavit anno 1616. Scripſit doctiſsimè in defenſionem Romani Pontificis librum Idiomate Gallico, qui Latinè ſic inſcribitur:

*Iuſtæ Magnitudines Eccleſiæ Romanæ contra impietatem illorum, qui Summum Pontificem vocant Antichriſtum*. Pictavii per Antonium Muſnier anno 1611. Tom. 1. in 4.

*Correctionem Chriſtianam contra errores Viguerii apud Bleſenſes Hæreticorum Miniſtri*. Aurelianis anno 1608. & Pariſiis 1610. Tom. 1. in 4. De eo meminit Vvaddingus ubi ſupra.

SILVESTER A' PLACENTIA, Provinciæ Genuenſis alumnus, vir piiſsimus, evangelicarum virtutum gloria conſpicuus, ſeraphicæ obſervantiæ, ac religioſæ diſciplinæ exemplar egregium, fervidæ, & continuæ orationis; Scripſit Italicè:

*Inſtructionem*, ſive, *Methodum ſe præparandi ad Sacram Euchariſtiam recipiendam, cum intentione, quam quis debet habere*. Mediolani, Bononiæ, & Taurini anno 1622. in 12. Meritis dives vitam cum morte commutavit Papiæ anno 1619. ætatis ſuæ ſeptuageſimo primo.

SILVESTER ROSCIANENSIS, natione Italus, Coſentinę Provinciæ alumnus; vir ſpiritu Dei plenus, anno ætatis ſuæ ſextodecimo in noſtram Religionem ſe contulit, ubi poſt Theologiæ, ac Sacrarum litterarum ſtudia ad prædicationis munus aſſumptus, in eo tam inſignis evaſit, ut quaſi novus Apoſtolus ab omnibus habitus, admirandos animarum fructus referret. Hujus rei Teſtes fuerunt Roma, Venetiæ, Neapolis, aliæque illuſtriores Italiæ Civitates, in quibus ardentiſsimo ſpiritu verbum Dei evangelizando, innumeras vitiorum, ac iniquitatum zizanias, Xenodochiis inſtitutis, ac Pietatis domibus erectis, penitùs evulſit. Anno 1565. Florentię Quadrageſimali tempore in verbo Dei laborans, Confraternitatem Sanguinis Domini noſtri IESV Chriſti maximo omnium applauſu fundavit; & primus, qui in ea conſcribi voluit, fuit ipſe Magnus Dux Etruriæ Franciſcus, quem Nobilium deinde turba ſecuta, maximè Confraternitatem illam ſua pietate illuſtrarunt. Ejus prudentia, conſilio, doctrina, ingenio, ac in arduis rebus pertractandis ſolertia in Religione perſpectis, ad majores,

tum

tum Picenæ, tum aliarum Provinciarum dignitates evectus, ad Procuratoris Generalis munus etiam fuit aſſumptus: quo tempore, ob præclaram vitæ ejus ſanctitatem, & ſummam doctrinam; ab ipſo Summo Pontifice Gregorio XIII. magni habitus, illique ſummoperè carus, ad Vrbis Melitenſis Epiſcopatum fuit promotus: quæ dignitas ab ipſo humillimè, & conſtantiſſimè recuſata, majorem illi apud eundem Pontificem exiſtimationem adjunxit. Scripſit Italicè:

*Tractatum de duodecim effuſionibus Sanguinis Domini noſtri IESV Chriſti*. Fuit impreſſus Florentiæ Typis Ioannis Mareſcotti anno 1573. Obiit Vſſugi, ſive, in Civitate Montis-alti in Calabria, dum ibi ad Populum tempore Quadrageſimali magna cum audientium utilitate conciones haberet, anno 1596. ætatis ſuæ 68. cùm per totum quadraginta annorum decurſum in vinea Domini excolenda multos labores impigrè exantlaſſet; & ad illius funera totus illius Vrbis Clerus, & Populus haud ſine lacrymis confluxerunt. Ejus vitam ſignis, & miraculis à Deo comprobatam deſcripſit Boverius Tom. 2. Annalium Capucinorum ad annum prædictum pag. 581. §.37. & de eo meminerunt honorificè Toſſinianus lib. 3. de Scriptor. Minoritan. pag. 33. Gonzaga part. 1. de Origine Seraphicæ Religion. & Vvaddingus de Scriptorib. Ordin. Minorum.

SILVESTER A SANCTO ANIANO, Gallus Concionator Provinciæ Turonenſis; vir ſpectatiſſimæ virtutis, ac religioſæ pietatis laude excellens: qui per quadraginta annorum ſpatium Miſſionarii Apoſtolici munus obivit in Syria, ac Palęſtina; quique magno charitatis, humilitatis, ac patientiæ documento, quà concionando, quà catechizando, quà pueros, & rudes edocendo, divinum honorem, Eccleſiæ incrementum, & Catholicam Fidem, mortalium illorum ſalutem provexit. Scripſit Idiomate Arabico plura Opuſcula, eaque ſunt:

*Dialogi de Religionis Myſteriis*. Tom. 1.

*Theſaurus Doctrinæ Chriſtianæ*. Tom. 1.

*Diſputationes variæ contra errores Græcorum*. Tom. 1.

*Conciones plurimæ per totum anni decurſum accommodatæ*. Tom. 3.

*Manuale Sacrarum Orationum*.

*Catechiſmus pro inſtruendis Cathecumenis*.

Obiit Aleppi in Syria anno 1671. & propter ejus deceſſum indoluère univerſi ordines Nationum, quorum illæ voces auditæ ſunt: *Luctuoſum annum duris calamitatibus ſibi accidiſſe*. Ejus funeribus adfuit tanta multitudo gentium, & tanta celebritas, quam nunquam ſe vidiſſe Civitas teſtata eſt. Clerus quinque Nationum; Latinæ videlicet, Græcæ, Armenę, Syriacæ, & Arabicæ cum tribus Patriarchis, & octo Epiſcopis convenit univerſus; magnoque doloris ſenſu viciſſim ſingulę horis ſtatutis illi parentarunt, & Patriarcha Antiochenus piiſſimi viri deſiderio

in

in lacrymas, & ſupiria inſolabiliter, unà cum adſtantibus omnibus effuſus, luculentiſſima Oratione laudavit.

SIMON DE BOVRG, natione Gallus, Patria Bleſenſis, Provinciæ Pariſinæ alumnus; vir doctrina, & præeruditione celebris, verbi Dei prædicatione ſatis notus, pietate, ac morum ſanctitate venerandus; Scripſit Gallico Idiomate librum ſub Titulo:

*Les Sainctes Elevations de l'ame à Dieù par tous les degrez d'Oraiſon, où ſont contenues des tres-devotes, & naives explications de tous les Myſteres de la Theologie Myſtique.* Tom. 2. in 4. Prima editio facta eſt Pariſiis anno 1656. apud Dionyſiú Thierry. Secunda ibidem apud eundem 1658, & tertia Avenione apud Iacobum Bremereau anno 1661.

SIXTVS PARISINVS Gallus, alumnus Provinciæ Pariſiorum, Theologus, & Concionator; deſcripſit Gallicè:

*La Vie de Frere Bernard de Corleon Laic Capucin.* Tom. 1. in 8.

SPIRITVS DE BALMA, natione Gallus, alumnus Provinciæ Lugdunenſis; vir evangelica prædicatione ſublimis: vitæ auſteritate, orationis ſtudio, ac totius regularis obſervantiæ laude percelebris. Qui ſæpiſſimè ob ejus ſingularem prudentiam, ac in rebus agendis maturitatem, inter ſuæ Provinciæ Patres cooptatus, eandem quoque ſub Provincialis titulo ſolicitè adminiſtravit. Hic anno 1589. Miſſionarius Apoſtolicus in Sabaudiam à Sūmo Pontifice deſtinatus, totam ferè Regionem illam evangelica prædicatione perluſtravit; eamque tunc temporis, propter frequentes bellorum tumultus hæretica labe infectam, maximiſque corruptelis conſperſam, tum publicis diſputationibus, tum privatis colloquiis, Deo etiam ſignis, & prodigiis ejus verba, & conciones approbante, ab omni morum corruptione penitùs expurgavit, plurimoſque etiam ex ipſis præcipuis Hæreticorum Miniſtris ad Fidem Catholicam amplectendam perduxit. Aliqua ſcripſit Opuſcula, quæ progreſſu temporis interierunt; damus ſolùm hic:

*Catechiſmum pro inſtructione Iuventutis, & Plebis in Fide Catholica.* Lugduni anno 1595. Alia ejus Scripta reliquit in noſtro Conventu Lugdunenſi, in quo ſerio, & laboribus confectus, piiſſima, ac feliciſſima morte ſublatus fuit anno 1602. ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſexto. Ejus geſta recenſentur à Boverio Tom. 2. Annal. Capucinorum ad annum prędictum pag. 684. §. 22.

SPIRITVS DE BOSCOROGERIO [vulgò de *Boiſroger*] natione Gallus; vir inter illuſtriores Provinciæ Normanniæ Patres prædicationis fructu meritò commendatus: qui eandem Provinciam ſub Provincialis titulo magno prudentię, doctrinæ, ac virtutum ſplendore ſolicitus adminiſtravit; Scripſit, & Typis dedit librum ſub Titulo:

*Pietas afflicta &c. in quo diffusè tractat, ac differit de Obſeſſis à Dęmone, & aliis hujus generis.* Rothomagi

magi anno 1659. Tom. 1. in 4.

SPIRITVS SABBATHERIVS, natione Gallus, Patria Ivoico-Bituricenſis, Provinciæ Pariſienſis Concionator; vir ſolidæ doctrinæ laude notatus, ac maxima ingenii ſubtilitate præditus; Elaboravit magno ſtudio Opuſculum ab omnibus, ut mirabile collaudatum ſub hoc titulo:

*Idealis Vmbra Sapientiæ Generalis, qua tum Scientiarum, tum omnium Artium Principia in unam Generalem Diſciplinam, aut ſaltem ad unicam, & uniformem Methodũ cunctis accommodatam revocantur: tum quidquid in earum Vniverſitate continetur, in certas Claſſes diſtributum, claro, ac naturali digeſtum ordine, genuinis, & amęnis in grandiori Tabula Symbolis habetur expreſſum; ut mira intelligibilium notitia viſibilibus quibuſdam formis per oculos, & phantaſiam faciliùs, ac citiùs Chriſto Duce, ac clara luce valeat in mentem aſcendere: cum duabus minoribus Tabulis, Latinæ, & Gallicæ explicationis, quæ in unum Codicem in 8. ambæ compingi poſſunt.* Hoc Opus editum eſt in lucem poſthumam Pariſiis à P. Franciſco Maria Pariſino ejuſdem Provinciæ Concionatore Auctoris obſeruantiſſimo, apud Dominam de Jablier ſororem ejuſdem P. Franciſci Mariæ, quæ ſumptus omnes Operis ſola ſuſtinuit, ejuſque habita fuit Gallico Idiomate ſingulis ſabbatis diebus à 13. Ianuarii anni 1670. per biennium explicatio publica ab inclyto viro Domino de Fontenais, non erudito minus, quàm ſubtili, ac ingenioſo Mathematicarum, & omnigenæ Philoſophiæ Profeſſore; qui novam adhuc meditatur, & parat ejuſdem Operis explicationem.

STEPHANVS ARELATENSIS Gallus, Provinciæ S. Ludovici filius, Concionator doctus, & eruditus, ac Poeta venuſtus; Compoſuit librum gallicis verſibus, cujus Epigraphe eſt:

*Le Char de Triomphe de Lovis XIV. Roy de France, & de Navarre.* A Marſeille chez Charles Brebin anno 1673. Tom. 1. in 4.

STEPHANVS CLARAMONTIVS, natione Italus, Patria à Cęſena, Provinciæ Bononienſis pluriès Diffinitor, ac Miniſter Provincialis, in Provincia Helvetię Commiſſarius Generalis, & demum totius noſtri Ordinis Miniſter electus Romæ anno 1671. Hujus præclariſſimi viri, utpotè ſuperſtitis, quando primò hãc prælo dedimus Bibliothecam, innata modeſtia, & humile, quod debebamus mandatis ejus obſequium, nos coegit virtutum illius encomia hìc prætermittere, quæ etiam nunc ſub ſilentio reticemus. Celebrabunt ergo alii, & addent huic noſtro catalogo antiquam ejus generis nobilitatem, in Theologicis Facultatibus excellentiam, ſingularem in regendo prudentiam, indicibilem morum gravitatem, divini honoris zelum, juſtitiæ æquitatem, obſervantiæ ſeraphicæ ſtudium, cæteraſque corporis, animæque dotes egregias. Damus tamen hìc eum, tanquam virum doctiſſimum, eximium verbi Dei Præconem, & Religionis noſtræ ho-

noris fervidum zelotem, ac defenſorem. Scripſit eruditiſſimè Italico Idiomate, ſub nomine Illuſtriſſimi D. Comitis Claramontii ejus ex Fratre Nepotis, librum Apologeticum ſub hoc Titulo:

*L' Argine dell' Innocenza contro le onde impetuoſe del fiume del Terreſtre Paradiſo del Dottor Catalano.* Tom. I. in 4. Elaboravit etiam aliud Volumen Apologeticum, quod inſcripſit:

*Il Campione della verità in difeſa de' Scritti del Padre Zaccaria Boverio.* Tom. I. in 4.

STEPHANVS DENTIS, natione Pedemontanus, Patria Taurinenſis, quem ſua Pedemontana Provincia virum generis nobilitate, doctrina, eruditione, egregiis, & candidis moribus, ac præcipuè maxima humilitate clarum ſatis commendat; Scripſit Italicè Opuſculum contra Hebręos ſub hoc Titulo:

*L' Hebreo Convinto &c.* Vercellis apud Gaſparum Martham anno 1675. in 8. Edidit etiam:

*Orationem, ſive, Concionem in funere Sereniſſimæ D. Catharinę Auſtriæ Philippi II. Regis Catholici filiæ, ac Duciſſæ Sabaudiæ.* Taurini anno 1628. Obiit Vercellis 1630. & reliquit alia ſui ingenii monumenta, quæ, ſtudens humilitati, renuit per typum evulgare. De eo meminit Andreas Roſſottus in Syllabo de Scriptor. Pedemont.

STEPHANVS A' GOMBOLATO Pedemontanus, alumnus Provinciæ Genuenſis; vir prudens, providus, & diſertus: tractandarum rerum difficillium experientia pluriima pollens, ac eminentioris doctrinæ Theologus. Hic, cùm in concionandi munere excelleret, divina ſibi aſſiſtente gratia, apoſtolico ſpiritu plenus, è ſuggeſtu declamando magnas, ac penè prodigioſas commotiones effecit in Populis, præſertim in Miſſionibus Subalpinis, ubi per plures annos fuit occupatus. Nam vehementiùs in hæreſes invehens, magnoque ſpiritu ſacrilega dogmata redarguens, plurimos, non ex vulgaribus ſolummodò, ſed etiam ex proceribus, doctioribus, ac nobilioribus Eccleſiæ Catholicæ reſtituit. Scripſit:

*Librum Controverſiarum Catholicæ Fidei, quem M. S. reliquit.* Obiit Panormi in Sicilia anno 1617. De illo meminit Zacharias Boverius Tom. 2. Annalium Capucinorum; affimans unico ſolùm quadrageſimali congreſſu à Fr. Stephano primùm ſexaginta, deinde quingentos, poſtremò cunctos Oppidanos Demontii, qui à Fide deſciverant, ad reſipiſcentiam reductos fuiſſe. Teſtimonio Boverii conforme eſt illud Domni Laurentii Lucernenſis, aſſerentis ſeptingentos priùs deſertores, poſtmodum reduces ad Eccleſiam à Fr. Stephano redactos. Et P. Alexander Cherienſis Provincię Pedemontanæ Diffinitor in ſua relatione per litteras Patri Zachariæ Boverio anno 1621. exaratas de ſupradicto apoſtolico viro ſic loquitur. *Abſoluto noſtro Provinciali Capitulo Taurini in Conventu S. MARIÆ de Monte habito anno 1596. in Provincialem confirmato*

mato

*mato Fr. Gabriele Caſalenſi, poſtulatione, & ſumptibus Sereniſſimæ Celſitudinis Sabaudiæ, Fr. Stephanus de Gombolato miſſus fuit Draconeriũ ad annuales hujus, & quadrageſimales ſequentis anni conciones habendas; quòd & viriliter perfecit non mediocri cum Eccleſiaſtici Regni proventu. Nam intra non multos menſes reduces errantes Hęreticos circa ducentos Eccleſiæ reconciliavit, plures vacillantes Catholicos confirmavit, & adverſus quotidianas oblatrantium Sectariorum acerrimè in ortbodoxas veritates inſurgentium infeſtationes validè præmunivit.*

STEPHANVS TENDENSIS, natione Italus, Provinciæ Genuenſis Concionator; vir corporis, & ſpiritus robore pollens, ingenio pariter, & religioſę converſationis ſanctimonia clariſſimus. Hic Miſſionarius in Regionibus Subalpinis Apoſtolica auctoritate deputatus, admirabilia planè in animarum ſalutem, & Eccleſiæ Catholicę incrementum perpetravit. Nam angelicam ſpeciem præſeferens, tam à Catholicis, quàm ab Hęreticis ſuſpiciebatur ejus converſatio, aſperiorem victus, ac veſtitus auſteritatem in illo demirantibus. Nulla unquam, aut temporis inclementia, aut tempeſtatis acerbitas à quotidianis itinerationibus, & laboribus pro evangelica prędicatione exercenda illum remorari, aut retrahere potuerunt. Nudis pedibus, etiam in itineribus nive, vel glacie obrutis, per ſaxa, & dumeta ſemper incedens, parvipendebat tam pedum, quàm crurium exulcerationem; ita ut propter copioſam ſanguinis effuſionem, aliquando animi deliquium pateretur; obrigeſcentibus ſępè plantis, non ſine magno ipſius itinerantis angore, & ſingulari perſpicientium admiratione. Infervеſcebat vehementer intra hujus ſeraphici viri pręcordia hęreticę perfidię extirpandæ ardor; totoque decem annorum decurſu, quo in Miſſionibus apoſtolicum munus geſſit, nullam diem abſque laborioſo opere prædicationis advolare permiſit; unde innumeros utriuſque ſexus quotidiè Eccleſiæ Catholicæ reconciliando, proventus uberrimos Chriſti ærario reponendos protulit. Porrò Stephanus, ſicut ex relatis accepimus *Aliqua ſcripſit ad Fidelium inſtructionem, & alia contra hæreſes*: quia tamen hujuſmodi, quę M. S. reliquit, tempus edax, & noſtrorum incuria à nobis ſubripuit, hìc notanda eorum Titulis prętermittimus.

Plenus dierum, ſed magis bonorum operum, ad laborum mercedem pervenit in noſtro Conventu Salutienſi anno 1617. ejuſque obitum omnes illius Regionis Populi profuſis lacrymis ingemuerunt. Hujus viri ſanctitatem, religionis zelum, apoſtolicum ſpiritum, evangelicos labores, tam Spirituales, quàm Temporales Principes ſummoperè ſunt venerati. Nam ex Spiritualibus Gratianopolitanus, Ebredunenſis, & Salutienſis Epiſcopi, ſimul & Taurinenſis Nuncius, ipſaque Romana EE. DD. Cardinalium Curia, quin & ipſe Summus Pontifex ſpecialibus favoribus, facultatibus, conceſſioni-

bus, & gratiis ſunt proſecuti. Ex Temporalibus verò ipſe Sereniſſimus Dux Sabaudiæ, aliiſque Regni Galliæ Proceres, & Magiſtratus; immò & ipſe Rex Chriſtianiſſimus, illius poſtulatis benignè annuentes, Senatuſconſulta, & Canones Fidei Catholicæ favorabiles ad petentis votum ſæpiùs pronunciarunt. Monumenta Provinciæ Genuenſis hujus viri evangelici, & ſeraphici præclariſſimè meminerunt, & de operoſa illius in Miſſionibus efficacia hæc verba proferunt. *In Miſſione Caſtridelphini uberrimos pro Dei Eccleſia proventus noſtri retulerunt in publico hæretico exercitio eliminando; & quod à Galliarum Regibus nullus uſquam, & unquam, etiam Maximus Eccleſiaſticus Præſul obtinere valuit, pauperculus Frater, modicus & deſpectus, ſcilicet Frater Stephanus Tendenſis obtinuit. Qui pro remuneratione exantlatorum laborum acerbiores peſecutiones ſuſtinuit; & cuius operationes carpere non valebant, intentionem perſcrutari, & calumniari tentabant: quòd familiare, & proprium Servorum Dei donum prædicatur.*

SYLVIVS AB HOSTABICH, natione Hiſpanus, Provinciæ Cathaloniæ Concionator; vir magnus virtute, ac perfectus Evangelii obſervator, quem vitæ auſteritas, humilitas, & orationis aſſiduitas præ cæteris in ea Provincia cómendabilem reddiderunt; Scripſit Opuſculum:

*De Oratione mentali*. Floruit religioſa pietate uſque ad venerabile ſenium, obiitq; Barcinone anno 1586. ætatis ſuæ 82. & de eo meminit Boverius Tom. 2. Annalium Capucinorum.

# T

THEODORVS FORESTIVS, natione Italus, Patria Bergomenſis, Provinciæ Brixienſis Miniſter Provincialis, ac totius noſtri Ordinis Diffinitor Generalis, Vrbano VIII. Pontifici Maximo familiaris, & ab eodem Sanctiſſimo Viſitator Apoſtolicus; & Reformator electus, & conſtitutus: vir quidem religioſis moribus clarus, in divinis litteris apprimè excultus, in declamandis ad Populum concionibus apoſtolico ſpiritu imbutus: qui ſolidè, & abſque argutis adinventionibus doctus, per totum quadraginta annorum decurſum Theologicas Facultates publicè apud Noſtros profeſſus, orationis aſſiduitatem Scholaſtico ſtudio ſemper componens, pluſquam trecentos Concionatores, non ſolùm in ſacra doctrina inſignes, ſed etiam virtute præſtantiores Religioni, & Eccleſiæ dedit. Scripſit doctiſſimè:

*Paraphraſes, Commentaria, & Diſputationes de Alma, ac Sanctiſſimæ*

*ſimæ Trinitatis Myſterio juxta mentem Divi Bonaventuræ:* in quibus, præter diligentem textus, & verborum expoſitionem, divinarum litterarum locis, ac Sanctorum Patrum aſſertis, perpetuo ferè cũ Divi Thomæ aſſenſu ſeraphica doctrina illuſtratur, & ſuſtinetur: additurque in fine ex eiſdem Seraphico, & Angelico Doctoribus: *De modis dicendi in hoc Divino Myſterio Tractatus.* Romæ apud Iacobum Maſcardum anno 1633. in folio. Ad Eminentiſſimum D. Cardinalem Fr. Antonium Barberinum titulo S. Onuphrii nuncupatum. Obiit vir præclariſſimus Bergomi anno 1637. menſe Decembri, ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſecundo multis M. S. dignis ejus calamo relictis, & ad ejus ſepulcrum hoc appoſitum fuit.

EPITAPHIVM.

*Quiſquis aſpicis, mirare iſtius Patris*
*Doctrinam inſignem cum pari humilitate*
*Conjunctam.*
*Quadraginta penè annis Seraphicæ Theologiæ*
*Operam dedit,*
*Supraque 306. Prædicatores Religioni, & Eccleſiæ*
*Peperit:*
*Simulque de Trinitate Opus in lucem dedit,*
*Eminentiſſimi Barberini Theologus, & Confeſſor,*
*Vrbano Octavo familiaris:*
*A quo*
*Et Viſitator Apoſtolicus, & Reformator electus,*
*Pluraque alia Officia conſecutus eſt.*
*E ſuggeſtu alter Paulus Apoſtolus audiebatur:*
*Sæpè Provincialis, & Generalis Diffinitor.*
*Obiit Bergomi anno Domini 1637.*
*Ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſecundo,*
*Religionis verò 55.*
*Sui deſiderium omnibus relinquens.*

De illo meminerunt honorificè Vvaddingus lib. de Scriptor. Ordin. Minorum, & A. R. P. Donatus Calvus in ſua Scena Litteraria Scriptorum Bergomenſium.

THEODORVS BRIXIENSIS, ejuſdem Provinciæ Concionator, vir ſalutis animarum zelotes, pietate, ac doctrina varia inſignitus; Scripſit Italicè, & evulgavit:

*Monita neceſſaria pro diverſis ſtatibus perſonarum collecta ex Concionibus Patris Hyacinthi Caſalenſis, & ad ſua capita redacta.* Brixiæ

apud

apud Franciſcum Marchettum anno 1616. in 12. & in 16.

THEODORVS BRVNOVIENSIS [ vulgò de *Breunna* ] natione Germanus, Provinciæ Bavariæ Diffinitor, Concionator eruditus, piiſque moribus exornatus; Scripſit, & Typis dedit patrio Idiomate Opus ſub hoc Titulo:

*Convivium animæ Chriſtianæ &c. in duas partes diſtributum.* Tom. 2. in 4. Monachii anno 1656. Inſuper edidit:

*Conciones Quadrageſimales per annum, & de Sanctis.* Tom. 2. Ibidem 1688.

THEODORVS TICINENSIS, natione Italus, Provinciæ Genuenſis Concionator celebris, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor eximius: vir perfectionis converſationis exemplo, & ſeraphicæ obſervantiæ zelo notatus. Qui Catholicæ Religionis dilatandæ, animarumque ſalvandarum deſiderio incenſus, in Miſſionibus Subalpinis Evangelicus Operarius deſtinatus, pro ſuggeſtu quotidie declamando, Calviniſtica dogmata publicè reprobando, Doctrinæ Chriſtianæ rudimenta fideliter ſubminiſtrando, & ſanctioris vitæ exemplis mirificè prælucendo, uberrimos ibi animarum proventus retulit in horreum Domini, tam Fidelium pœnitentium, quàm Hæreticorum. Scripſit:

*Volumina quatuor Quæſtionum Scholaſticarum, & Moralium de Eccleſiæ Sacramentis, & præcipuè de Sacratiſſima Eucharistia.* Obiit Papiæ anno 1625.

THEOPHILVS BRVNVS, natione Italus, Patria Veronenſis, Provinciæ Venetiarum Sacerdos; vir in Diſciplinis Aſtronomicis, & Mathematicis abundè verſatus; Scripſit, ac prælis dedit duo Opuſcula in 4. quorum primum habet pro Titulo:

*Harmonia Aſtronomica, & Geometrica &c.* Prodiit Vicentiæ apud Franciſcum Graſſum anno 1625. Secundum verò inſcribitur:

*Novum Pleniſphærium, ſeu, Vniverſale Aſtrolabium.* Ibidem apud eũdem 1625. Evulgavit etiam Italicè:

*Tractatum de Horologiis conficiendis, & aliis inſtrumentis Mathematicis*-Venetiis anno 1617. apud Nicolaum Miſſerinum. Obiit Vicentiæ anno 1638. ætatis ſuæ 69. De eo meminit Vvaddingus, qui in libro de Scriptor. Ordin. Minor. eum vocat Theodoſium.

THEOPHILVS SALYSBVRGENSIS Germanus, Provinciæ Tiroli alumnus, divini eloquii Præco non vulgaris, in Divinis Scripturis doctus, Sanctorumque Patrum lectioni aſſiduus. Ex Latino, ſive ex Italico ſermone in Germanicum Idioma tranſtulit:

*Tomum ſecundum, ſive, Tertiam, & Quartam partem Annalium Zachariæ Boverii.* Tom. 2. in 4. Salysburgi apud Ioanem Muyum 1669.

THOMAS BERGOMENSIS Laicus, Provinciæ Venetiarum alumnus; vir maximæ ſanctitatis, omniumque virtutum decore conſpicuus; ac proindè mundum, ac nitens

tens Dei Sacrarium communiter appellatus: in cujus corde ſic altas radices egit divinus amor, & humilitas, ut nihil unquam de alio, quàm de divino amore, & de ſui ipſius contemptu loqueretur. Et quamvis eſſet homo rudis, & litterarum penitùs ignarus, tanta tamen efficacia ea, quę ſpectant ad Fidem, & ſacras litteras, elucidavit, ut etiam ipſi Hæretici, & Hebræi ad ipſius colloquia vim paſſi, libentiſſimè Eccleſiæ Catholicæ manus darent, ſuamque perfidiam deponerent. Multa ſcripſit doctiſſimè, quibus ipſoſmet Theologos magis inſignes in admirationem adduxit; at præcipua argumenta rerũ, de quibus fusè, & liquidè pertractavit fuerunt Italicè:

*Selva di Contemplatione ſopra la Vita, Paſſione, e Morte del noſtro Signore Giesù Christo, e ſopra la vita della ſua Santiſſima Madre Vergine MARIA dedicata dall' Autore alla Sereniſſima Arciducheſſa Claudia.* Tom. I.

*Scala di perfettione Chriſtiana dedicata dal medeſimo al Sereniſſimo Arciduca Leopoldo fratello di Ferdinando 2. Imperatore.* Tom. I.

*Del vero, retto, puro, filiale, unitivo, e transformativo amore divino.* Tom. I.

*Concetti Morali contro gli Heretici.* Tom. I.

*Contro i timori, e ſpettri notturni.* Tom. I.

Omnia prænotata Opera obſervationibus illuſtrata edita fuerunt in lucem, & typis mandata à Patre Iuvenale Annanienſi Miniſtro Provinciali Provinciæ Tiroli. Auguſtæ Vvindelicorum apud Simonem Vtzſchneider anno 1681. in 4.

Divini amoris jaculis confoſſus, ſuaviſſimaque Angelorum muſica recreatus, placidiſſimè in Dominò obdormivit in noſtro Conventu OEneponti Provinciç Tirolenſis anno 1631. ingenſque fuit ad ejus exequias Populorum concurſus, qui certatim ſinguli corpus illud devotiſſimè deoſculabantur, ejuſque habitum in minutiſſimas partes ſcindentes, inter alias ſacras Reliquias repoſuerunt. Eum Ferdinandus II. Imperator tanti fecit, ut inſtar Reliquiarum haberet pauperem, ac vilem Thomæ ſuppellectilem. Leopoldus Archidux hujus Imperatoris germanus frater, eum ſicut Angelum in humanis venerabatur, & ſæpè tribus & quatuor horis ex ore Thomæ pendebat, ſtupentibus Germaniæ Principibus, & præcipuè Lutheranis, Sereniſſimum hunc Principem ita Fratris Laici ſermonibus illectum, ut ſuę dignitatis immemor videretur. Nam ſtatim ac ejus cubiculum ingrediebatur non poterat ſe continere, quin in illius amplexus rueret, & devotè manus ejus oſcularetur. Carolus Madrutius Princeps, & Epiſcopus Tridentinus, necnon S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis cõmotus fama, quam de Thoma audierat aliquando in noſtrum Conventum veniens, & cum eo divina commiſcens colloquia, admiratus ejus doctrinam, ſententiarumque gravitatem, procidit ad genua ipſius, tanquam ad cœleſte oraculum, & devotè petiit, ut ſibi ſuæ be-

benedictionis gratiam impertiret. Ejus vita, & geſta deſcripta ſunt à Matiſconenſi Tom. 3. Annal. Capucin. ad annum 1631. pag. 843. §. 48. & ab Excellentiſſimo D. Hippolyto Guarinonio, qui ejus miracula, & prophetiæ ſpiritum luculenti calamo legenda exponit.

THOMAS CALONA, natione Siculus, Patria Panormitanus, ejuſdem Provinciæ Concionator; vir ingenii acumine, & doctrinæ profunditate præclarus, ſacræ paginæ, ac Scholaſticæ Theologiæ eruditus interpres; eleganti notatus dicendi facundia, pluribuſque naturæ, & gratiæ donis exornatus; Scripſit Commentaria in libros Iudicum, quibus hunc præfixit Titulum:

*Sacra Ariſtocratici Principatus Idea, ſive, Samuel expoſitus in librum Hiſtorialem Iudicum, unà cum Catena morali articulis efformata, aureis annulis difficultatum, dubitationum, ſpeculationum, doctrinarum, eruditionum, Sacræ Scripturæ, Sanctorumque Patrum ſententiarum complexis, & concepandi modo noviſſimo.* Panormi apud Alphonſum de Iſola 1641. Tom. 1. in fol. Scripſit etiam:

*Commentaria Moralia ſuper duodecim Prophetas Minores.* Ibidem 1644. De eo meminit Vvaddingus lib. de Scriptor. Ord. Minorum.

THOMAS GALIARDVS, natione Calaber, Patria Hyeracenſis, Provinciæ Rheginæ Concionator: vir religioſæ vitæ exemplis commendabilis, & maxima affectus devotione erga Immaculatam Deiparę Virginis Conceptionem; cujus cultum promovere ſummoperè ſtuduit. Scripſit in honorem ejuſdem Virginis Opus in duas partes in 4. diſtributum, cui hunc appoſuit Titulum:

*Il Diamante di MARIA Vergine concetta ſenza peccato Originale con ſuoi effetti miracoloſi fra il giro dell'anno 1628. e ſeguenti.* Prodiit Meſſanæ apud Heredes Petri Breę anno 1656.

THOMAS A' GVALDO, natione Italus, Provinciæ Etruriæ alumnus; vir pius, & Concionator ſuo tempore notus; Scripſit Opuſculum Italicè:

*De vita, & miraculis S. P. N. Franciſci ad Ranutium Farneſium Parmæ, & Placentiæ Ducem.* Citatur à Pagnotio lib. de MARIA Trjumphante Corona 3. cap. 57. pag. 745.

THOMAS TAVRINENSIS, Provinciæ Pedemontanę Diffinitor; vir doctiſſimus, & in Sacris Scripturis valdè eruditus: qui prædicationis dono excellens, igne cœleſtis dilectionis totus accenſus, ſalutiſque animarum zelo fervens, ita acriter, & ardenter in vitia declamabat, adeò que ignita divini verbi jacula ex ore emittebat, ut ſaxea, ac duriora hominum corda transfigeret; Edidit, ac Typis dari permiſit:

*Conciones aliquas de Sanctis, quas habuit Bononiæ in Eccleſia Sancti Petronii tempore Quadrageſimæ anno 1620.* Impreſſæ ſunt ibidem eodem anno. Hujus viri doctrinam, & in concionando efficaciam, ſimul & eruditionem longè, lateque probant

car-

carmina in lucem edita ab Eminentiſſimo Cardinale Mapheo Barberino, tunc Bononiæ Legato, qui poſteà ad Summum Pontificatum aſſumptus Vrbanus VIII. fuit vocatus. Obiit vir apoſtolicus Taurini anno 1622.

THOMAS A' TIPHERNO, natione Italus, Provinciæ Sancti Franciſci alumnus. Hic anno ætatis ſuæ 42. cùm eſſet Sacerdos, ex ſacra Ieroſolymorum peregrinatione regrediens, Dei amore totus accenſus Clericalem vitam cũ Capucinorum Inſtituto commutavit. Vir fuit ad omnem virtutem compoſitus, nihilque in ipſius moribus, aut actibus, niſi grave, niſi honeſtum, niſi ſanctum eluxit. Ob ejus ſingularem Regulę Seraphicæ zelum, & incomparabilem animi prudentiam, ſæpiùs ad Provincialatus dignitatem evectus fuit, & veluti pia Mater maxima ſua manſuetudine, charitate, benevolentia, Religioſum gregem adminiſtravit. Tandem ad Generalatus officium ſemel & iterùm aſſumptus, Religionis verè magnus Parens, virtutis cuſtos, paupertatis fervidus zelator, claro illibatæ vitæ exemplo, religioſę diſciplinę incremento, multis pro conſervatione filiorum ſuorũ laboribus exantlatis, multiſque ad divinum cultum, & obſervantię Regulę, & Conſtitutionum prudentiſſimè ſancitis, Seraphicam Religionem per annos circiter octo moderatus; meritis, ac ſanctimonia illuſtris ad Superos evolavit in noſtro Conventu Civitatis Plebis in Vmbria anno 1576. ętatis ſuę 78. Religionis 36. Scripſit in honorem Beatiſſimę Virginis, quam ſingulari cultu devotionis, ac ſumma veneratione proſequebatur:

*Coronas plurimas ad formam Meditationum ſuper omnia myſteria vitæ ejuſdem Sacratiſſimæ Virginis.* Ejus vitam deſcripſit Boverius Tom. 1. Annalium Capucinorum, & de eo meminerunt omnes Scriptores Religionis.

TRANQVILLVS A' SANCTO REMIGIO, natione Gallus, Concionator Provinciæ Lugdunenſis; vir magni ſpiritus, potens opere, & ſermone, in divinis litteris abundè eruditus, in controverſiis Catholicæ Fidei admodum verſatus, Hęreticorum hoſtis infenſus, & Orthodoxæ veritatis acerrimus propugnator; Scripſit, ac Typis dedit:

*Expoſitionem litteralem verborum evangelicorum de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento juxta Fidem Catholicã.* Pariſiis anno 1632.

*Examen libri Vincentii Miniſtri Hæretici Rupellenſis.* Rupellę apud Stephanum de Romè anno 1633. Tom. 1. in 8. De eo meminit Vvaddingus lib. ut ſupra, & Franciſcus de la Quille lib. de Franciſco ter Evangelico &c.

TVRIANVS DE FIEVRE', natione Gallus, Patria Pariſinus, Provinciæ Lutetiæ alumnus; vir in verbi Dei prædicatione aſſiduus, religioſa morum compoſitione decorus, doctrinæ ſtemmate, ac ſapientiæ candore á Deo nobilitatus; Scripſit Latinè, ac Typis ſubmiſit Volumen ſub Titulo:

*Theſaurus Concionatorum unà cum Indice in Breviarium Romanum, in quo diebus Dominicis, & Feſtis materia concionandi breviter ſuggeritur*. Tom. 1. in 8. Pariſiis anno 1659. Evulgavit etiam Gallico Idiomate:

*L' Abregè des vies des Saincts pour tous les jours de l'Annèe*. Tom. 4. in 4. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1660.

# V

VALENTINVS NANNETENSIS (vulgò de *Nantes*) natione Britannus, Provinciæ Turoniæ alumnus; vir generis nobilitate, vitæ perfectione, ac concionandi munere illuſtris. Hic anno ætatis ſuæ 21. ab illudentis ſæculi pompis ad Religionem Seraphicam confugiēs, ſoli Deo, qui æternus eſt amor, omnem ſuum dicavit amorem, cujus primitias ante incautè mundi vanitatibus mancipaverat. Summa vi ingenii, tum ad ſacras litteras, tum ad ſcholaſticas diſciplinas capeſſendas præditus fuit; tantamque in concionando facilitatem, & in perſuadendo efficaciam Deus illi contulit, ut ſuo tempore clariſſimum inter primos divini verbi Præcones nomen ſibi comparaverit, omneſque illum alterum Apoſtolum proclamarent. Maximo ſtudio orationem, & contemplationem excoluit: ardenti charitatis æſtu erga Deum, & proximos exeanduit, tantaque ad animarum ſalutem ſiti ferebatur, ut ter, vel quater in die verbum Dei ex ſuggeſtu proponeret, nullique ob hanc cauſam labori, aut corporis incommodo parceret; quinimmò vitam cum ſanguine fundere magis elegerit, quàm huic muneri cum animarum detrimento deeſſe. Scripſit, & poſteris reliquit:

*Volumina ſex Concionum, tam de Tempore, quàm de aliis materiis, & de Sanctis per annum occurrentibus*.

Dum concionaretur tēpore Quadrageſimali in Metropoli Pictavienſi una ex venis pectoris præ nimia vocis contentione illi diſrupta fuit, & ebullientis ſanguinis copioſos latices emittens, deliquio animi correptus, puriſſimum ſpiritum exhalavit anno 1614. Ejus vita deſcribitur à Matiſconenſi Tom. 3. Annal. Capuc. ad annum datum fol. 73.

VALERIANVS DIVIONENSIS, natione Gallus, Concionator Provinciæ Lugdunenſis; vir religioſa pietate, ac variarum ſcientiarum merce refertus, è latino ſermone in Gallicum tranſtulit librum R. P. Iacobi Coreni inſcriptum: *Clypeus Patientiæ*, quem ille patrio Idiomate ſic intitulavit:

*Le Bouclier de la patience*. Lugduni

duni apud Ludovicum Muguet anno 1630. Tom. 1. in 4. De eo meminit Vvaddingus ubi ſupra.

VALERIANVS MAGNVS, natione Italus, Patria Mediolanenſis: vir generis nobilitate, acumine ingenii, litterarum ornamentis, ac vitæ perfectione toti penè Orbi notiſſimus. Hic, cùm eſſet ſtrenuus Fidei Defenſor, magnanimus Catholicæ Religionis zelator, ac admirabili in gerendis negotiis, rebuſque arduis componendis dexteritate, ac ſapientia præditus, Ferdinando II. Imperatori, & Vladislao Regi Poloniæ gratiſſimo amoris vinculo adſtrictus fuit, præcipuiſque Dynaſtis Germaniæ, Bohemiæ, Poloniæ, Hungariꝫ, apprimè carus, & familiaris. Quare ad Sedem Apoſtolicam, ad eundem Regem Poloniæ, ad Regem Chriſtianiſſimum, ad Sacri Romani Imperii Electores, alioſque Principes Europꝫ, ſꝫpè, ac ſemper exitu feliciſſimo, Legationis munere functus, ab iiſdem Principibus, tanquam meritiſſimus, ad Cardinalitiam purpuram fuit poſtulatus, ac non ſemel à Gregorio XV. & Vrbano VIII. Summis Pontificibus pro eadem purpura ſelectus. Pro Catholicꝫ Eccleſiꝫ exaltatione per continuum triginta annorum ſpatium Miſſionarii Apoſtolici munus in Germania, Polonia, & Hungaria contra Hꝫreticos conſtantiſſimè exercuit, ſuiſque prꝫclariſſimis ſcriptis, publiciſque diſputationibus ejus honorem defendit. Sꝫpè etiam pro eadem Eccleſia vitꝫ periculo uſque ad copioſam proprii ſanguinis effuſionem ſe expoſuit, nõ ſine uberrimo animarum proventu, ipſorumque Principum, & Miniſtrorum Prædicantium converſione. Plurima digna ejus calamo in lucem emiſit, quæ maximè Catholicam Fidem, & Chriſtianam Religionem illuſtrant; & ſunt:

*Iudicium de Acatholicorum Regula credendi contra illos, qui illud confutare conati ſunt, in ſex libros diſtributum.*

*De Regula credendi in communi.*

*Reſponſiones ad Ioannem Majorem.*

*Reſponſiones ad Ioannem Martinium.*

*Reſponſiones ad Ioannem Roſtaccium.*

*Reſponſiones ad Auctorem Anonymum.*

*Reſponſiones ad Conradum Belgium.* Viennꝫ Auſtriꝫ apud Matthꝫum Camerovium in Aula Colonienſi anno 1641.

*Iudicium de Catholicorum Regula credendi ad ſtudia univerſalia Bibliſtarum, in quo ſolidiſſimis rationibus evincitur illam veram eſſe Chriſti Eccleſiam, quæ claret regeneratis: hanc verò non eſſe aliam, quàm quæ communicat in Fide cum Romano Pontifice in 8. lib. diſtributum.*

*De Naturali Regula judicandi, ut reſpicit Regulam Fidei.*

*De Poſſibili Regula Fidei in Deũ.*

*De Actuali Regula Fidei in Deũ.*

*Hiſtoria de Catholicorum Eccleſiaſtica Regula.*

*Apologema Catholicum.*

*De Articulatione Doctrinæ Chriſtianꝫ, ut eſt confirmabilis rationibus.*

*De hominis perfecta regeneratione per gratiam Redemptoris*.

*De Infallibilitate Catholicæ Regulæ credendi*. Ibidem apud eundem Typographum anno 1641.

*Echo vera abſurditatum Ioannis Amos Comens latitantis ſub ficto nomine Vlyrici de Neupheld : in quo Opuſculo Valerianus tam ſolidè confutat Hereticum oppugnantem, mutilatis plurium Doctorum Catholicorum ſententiis, præfatos de Regulæ credendi libros, ut non fuerit ulteriùs auſus illum provocare*. Ibidem 164[illegible].

*[illegible]iloquia Valeriani*. Ibidem 1643.

*Organum Theologicum*, ſeu, *Ratio argumentandi ex humano teſtimonio*, ſeu *ratione*. Ibidem 1643.

*Acta Diſputationis Rheinfeldenſis, ſuper cujus diſputationis doctrinam Celſiſſimus Princeps Herneſtus Haſſiæ Lantgravius unà cum Principiſſa Conjuge ſuam ex Calviniſmo ad Fidem Catholicam converſionem ſolidavit*. Ibidem 1643.

*De Luce mentium, & ejus imagine: parvus quidem mole tractatus, ingens verò pondere ſententiarum, & doctrinarum : diſponuntur enim in gradus quadraginta, per quos aſcenditur ad contemplandam oculis non caligantibus Lucem Creatricem, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* in 8.

*Methodus convincendi, & revocandi Hæreticos ad Fidem Catholicam, ab ipſiſmet Hæreticis Ratisbonenſibus in Comitiis F[illegible]oralibus anno 1643. celebrat[illegible] [illegible]urimùm collaudata*.

*Lux in tenebris lucens: quo Opuſculo ex factis Catholichiſmi, & Acatholichiſmi ad oculum demonſtratur, quæ ſit vera Eccleſia*. Tom. 1. in 8.

*Opuſculum contra Hermannum Coringium Hæreticum ſatagentem ſubvertere, & concutere fundamenta Eccleſiæ, quo Valerianus examinat fundamenta concuſſionis, eademque in ipſum concutientem validè retorquet*. Tom. 1. in 8.

*Commentarium in M. Iocoſum, ſeverum, medium, cum Appendice, & Appendicula*. Eſt liber ſui Apologeticus ob doctrinam in Rheinfeldenſi diſputatione adhibitam, falsò traductam veluti hæreticam. Tom. 1. in 8.

Apologia Valeriani, qua impoſturas adverſariorum noviſſimè ſibi inuſtas vendicat.

## OPERA PHILOSOPHICA.

*De Peripatu libri duo*: in quorum primo totius ferè Ariſtotelis tradit ſynopſim. In altero verò ſuam profert de hac doctrina ſententiam.

*De Syllogiſmo Demonſtrativo*.

*De Ente rationis, & de ejus diſtinctione ab Ente reali*.

*De Propoſitionibus per ſe notis*.

*Axiomata ex Motu ad univerſam Philoſophiam*.

*Tractatus de Ente non facto*.

*De Ente non facto, ut eſt lux mentium*.

*tium.*

*De Ente non facto ſe multiplicante.*

*Tractatus de Arte Æterna.*

*De Ratione communi Entibus ut factis.*

*Tractatus de Ente immotivo.*

*Tractatus de Ratione communi Entibus motivis.*

*Tractatus de Syſtegmate creato.*

*De Gradibus Entitatis.*

*De Poſſibilitate Vacui.*

*De Incorruptibilitate Aquæ.*

*De Vitro mirabili fracto.*

*De Atheiſmo Ariſtotelis.* Quibus omnibus Opuſculis demonſtrantur plures Antiquorum Philoſophorum errores in doctrina Philoſophica. Impreſſa ſunt Viennæ Auſtriæ anno 1643.

Opera autem Valeriani, quæ adhuc M. S. conſervantur, & in dies lucem expectant ſunt, quæ ſequuntur.

*Philoſophia Valeriana magno ſtudio ab ipſo elaborata, quæ integratur triginta novem Tractatibus, inter quos enumerantur aliqui ex præfatis jam impreſſis pertinentibus ad Metaphyſicam, quam tradit integram, & omnibus numeris abſolutam.* Hoc Opere Valerianus Sapientiorum judicio excellenti eruditione Philoſophiam innovans, Theologiam colluſtrans, Fidem condecorans, congruentiſſima ſervata dicendi methodo, utiliſſimam doctrinam tradit Mundo; dum calcatis Atheis Stagyritæ dogmatibus, relictis Peripatus opinionibus mutabilibus, ad radium Fidei immutabilem, aſſecutus divinarum, humanarũque rerum veritatem, ſuæ novæ verè Chriſtianæ Philoſophiæ præclara facit incrementa.

*Acta diſputationis Rheinfeldenſis continuata ex propria cujuſque domo cum Dominis Petro HaberKornio, Georgio Calixto, & Ioanne Crocio Prædicantibus.*

*Tractatus de Infallibilitate Romani Pontificis in rebus Fidei definiendis.*

*Epiſtola ſatis prolixa ad Sereniſſimum Electorem Palatinum de Primatu Romani Pontificis.*

Senio confectus, laboribus, & ærumnis, quas ab adverſariis paſſus eſt, multiſque virtutum trophæis exornatus, inter Crucifixi oſcula, & amplexus piiſſimè obdormivit in Domino in noſtro Conventu Salyſburgenſi præſente Celſiſſimo, & Reverendiſſimo Principe, & Archiepiſcopo Salysburgi, apud quem ſemper fuit ſumma habitus veneratione, anno reparatæ ſalutis 1661. quarto Kalend. Auguſti, ætatis ſuæ 75. Religionis 50. Cujus corpus poſtridie ejus obitum in Eccleſia publicè expoſitum, frequentia, ac devotione accurrentis Populi veneratum, ſolitis exequiarum precibus ipſi ritè perſolutis, in communi Fratrum ſepulcro repoſitum fuit: ubi minus terræ cognitus Theſaurus modo latet uſq; donec noviſſima tuba digniori loco reponendum evocet è viſceribus terræ ad palatia Cœli.

Poſt tanti Viri deceſſum juſſu ejuſdem Celſiſſimi Principis Archiepiſcopi Salysburgenſis Venerandi Patris depicta effigie, incertus, ſed

reli-

religioſus, & pius Auctor gratitudinis ergo, & in pignus amoris, ac devotionis ſequenti Elogio parentavit, tumuloque adjecit poſthumę perennis gloriæ.

EPITAPHIVM.

*Admodum R. P. Valeriani Magni Mediolanenſis*
*Capucini Miſſionarii Apoſtolici.*
*Dubium huc gradum, Viator, & perplexam attolle*
*Mentem.*
*Vt magnos olim Propugnatores veritatis ſummos inter*
*Montes*
*Humari conſtituit Maximus Iehova:*
*Sic nutu ejuſdem Numinis præcelſa Iuvavii rupe*
*Conditus;*
*Iſta hac ſub tumba tubam magni diei expectat*
*Reverend. Pater Valerianus Magnus Capucinus*
*Strenuus, & conſtans aſſertor Veri, tenax recti:*
*Amans, & ſequax Chriſti, verum Religioſi hominis*
*Simulacrum, Decus ſui Ordinis.*
*Viſus quidem oculis inſipientium mori, ille autem in pace,*
*Hic in manu Domini ſecurus indormit.*
*Scende Montem hunc, Viator, & ad culmen emerge,*
*Vbi ceù in Olympi alto vertice extra tempeſtatum*
*Turbines collectos, non diſperſos contuere*
*Rev. Patris Valeriani cineres.*
*Ii tibi in primis ſint argumentum ipſum arſiſſe charitate,*
*Ac demum conflagraſſe Seraphica.*
*In alto hujus rupis cacumine poſitus haud ultra*
*Expoſitus eſt malevolorum ludibriis.*
*Non accedet ad eum malum maledicentiæ, & flagellum*
*Valeriano maſtigium ad ipſum non appropinquabit.*
*Tu verò, Viator, ne circumferare omni vento verborum.*
*Quis, qualiſve fuerit hic Pater Valerianus, in his*
*Pulveribus legito, & ex una mortuali*
*Vivas colligito gloriæ illius favillas.*
*Ex magna Italiæ Vrbe Mediolano, & ex Illuſtri*
*Comitum de Magnis Familia hic Magnus traxit originem:*
*Sed alta deſpiciens ſui generis, ut major fieret*
*Coram Domino*
*Minor Capucinus factus eſt in minorenni*

*Quaſi*

*Quaſi annorum quindecim ætate jugum Domini*
*Iuxta conſilium Prophetæ portare eligens*
*Ab adoleſcentia.*
*Quod ſuſcepit, & ferre didicit in inclyta Praga.*
*Ordo iſte Seraphicus brevi eum ad omnia Bohemo*
*Auſtriacæ Provinciæ provexit munera:*
*Concionatoris, Magiſtri Novitiorum, Guardiani,*
*Prælectoris*
*Philoſophiæ, ac Myſticæ, & Moralis Theologiæ*
*Nec non Diff. itoratus, ac Provincialatus*
*Succeſſivè conferens dignitates;*
*Roma illum denique ad ſupremum Generalatus apicem*
*Plurium ſaltem calculis deſideravit.*
*Miſſionarium Apoſtolicum ab anno* 1626.
*Vſque ad extremum*
*Vitæ ejus Germania, Polonia, Bohemia, &*
*Hungaria fructuosè ipſum expertæ ſunt.*
*Hæc quatuor Regna, quæ Patrem Valerianum in vita*
*Orthodoxæ Fidei valoroſum, & acerrimum propugnatorem,*
*Invictum Hæreticorum inſectatorem, & ardentiſſimum*
*Animarum zelatorem admirabunda ſuſpexere;*
*Nunc cum mærore, & luctu, ceu Præficæ, funus*
*Ejus conducunt.*
*Hoc porrò Domus Auſtriaca glorioſa ſub Gregorio XV.*
*Pontifice Maximo Vienna Lutetiam Pariſiorum deſtinato*
*Vſa Internuncio eſt ad componenda diſſidia tunc temporis*
*inter ipſos Auguſtos, & Regem Galliarum gliſcentia*
*Felici utique ſucceſſu.*
*Nam ſæpiùs deindè ab iiſdem etiam ad Romanos Pontifices,*
*Ac Sacri Romani Imperii Catholicos Electores, nec non*
*Ad Regem, Proceresque Poloniæ Legatus miſſus,*
*Tam arduo officio ita præclarè functus eſt,*
*Vt ab his ad Cardinalitiam dignitatem poſtulatus ſæpiùs,*
*Ab illis autem non ſemel fuerit deſtinatus.*
*Sed erubuit Cardinalitia purpura ſuo murice, ut opinor,*
*Tegere illum, quem jam nobiliori Oſtro, proprio ſcilicet*
*Cruore pro Fide Catholica ſparſo, purpuraverat.*
*Rubrum enim illi Galerum, ſanctioris utique Cardinalitii Inſigne*
*Impoſuère Rebelles anno* 1618. *in Auſtria*
*Superiori*
*Hæretici, binas decumanas plagas nodoſo ſtipiti*

*Capiti*

*Capiti ejus inſligendo.*
*In Regno nempe ſequelæ Chriſti illud ſolùm verè*
*Coronat, quod cruciat; præterquàm quòd eundem*
*Multò anteà Iuſtitia, Prudentia, Temperantia, & Fortitudo jam Cardinalem effeciſſent.*
*Magis enim decorum eſt Purpuram mereri, quàm*
*Accipere, tinctis veſtibus de Boſra proprii*
*Sanguinis renidere, quàm extrinſecùs accedente fucari colore.*
*Zelavit, veluti alter Pater Phinées, Zelum Domini,*
*Et reputatum eſt ei à malevolis ad juſtitiam, ſeu ad Inſipientiam.*
*Ille autem pro veritate contumeliam lucrum putavit;*
*Non ignorans apud hunc mundum ſeri beneficium,*
*Meti plerunque injuriam.*
*Hinc namque non recuſabat pro Chriſto ſtultus, imò etiam cum*
*Chriſto Seductor reputari, nulla ſibi magis in laude*
*Complacens, quàm quòd ambulantes in tenebris*
*Reduxiſſet in viam lucis, & à tenebris cavere quoslibet*
*Luculentiſſimè docuiſſet.*
*Fruſtra autem & fera peſſima invidia moliebatur*
*Devorare eum, quem zelus Domus Dei præoccupans*
*Iuſtitiæ Zelatorem citiùs tranſtulerat.*
*En tibi, Viator,*
*Valerianum Magnum, parvam etſi in Epitomen minutum*
*Magnarum tamen rerum ingens compendium:*
*Qui Magnus inter Minores, virtute, ingenio, & ſcientia,*
*Prudentia, eloquentia, rebus præclare geſtis, Theologus*
*Profundus, rariori huic ſæculo ſingularis Philoſophiæ*
*Auctor, & auctor ſeris ſæculis Venerandus.*
*De Sede Apoſtolica, de Domo Auſtriaca*
*Auguſtiſſima, nec non Regiæ Iagellonicæ,*
*Poloniæque Regno univerſo*
*Benemeritus.*
*Amor Principum, Reipublicæ Chriſtianæ ornamentum:*
*Iubiliarius Sacerdos, ſexagenarius Capucinus,*
*Piique ſui ſenii*
*Vtique cVrricVlo mortalibus raro lVſtro peracto,*
*Anno DoMInICæ ſaLVatIonIs obIIt;*
*Vſque ad mortem Chriſto, ejuſdemque in terris Vicario*
*Obediens; conſuetis Sanctæ Eccleſiæ Sacramentis*
*Ritè communitus, ad ultimum ferè uſque halitum*

*Mentis*

*Mentis compos, inter Crucifixi Redemptoris Imaginis*
*Amplexus, & oſcula; Sæpiùs*
*Dum æger decubuerat inviſente eum, & plurimùm*
*Condolente Celſiſſimo; & Reverendiſſimo Domino*
*Salysburgenſium Principe, & Archiepiſcopo*
*GVIDOBALDO*
*Magno Sedis Apoſtolicæ Legato nato,*
*Virtus Cœlo recepta, fama in immortalem gloriam perecta eſt:*
*Fruſtrà jam laudum ejus encomium malevoli radere, aut*
*Eradere memoriam zoilosè contendunt, cujus nomen*
*Tabulis immortalitatis indelebiliter præclara*
*Ipſius merita, & opera incidère.*
*Is amodò in Iuvavienſis Vrbis MVNITÆ Propugnaculo*
*Beato Felici feliciſſimo pauperi Capucinorum Patrono*
*Inſcripto, & dicato, cuſtodientibus lectum illius*
*Leonibus Landronianis,*
*Felici depoſitus eſt*
*ÆTERNITATI.*
*Huic, Viator, canenti accine illud Pſalmi 30.*
*Circa finem.*
*Abſcondiſti me Domine in abſcondito faciei tuæ à conturbatione*
*Hominum.*
*Protexiſti me in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.*
*Benedictus Dominus, quoniam mirificavit miſericordiam ſuam*
*Mihi in Civitate MVNITA.*
*Tandem ambula, Viator, ſed vias rectas: Sic eſto viator*
*Vt certus fias comprehenſor.*

De hoc præclariſſimo viro honorificè etiam ſcripſerunt quamplurimi Doctores, inter quos eſt Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. D. Ioannes Caramuel Epiſcopus, qui in ſua Theologia Fundamentali pag. 14. de Valeriano loquens, ſic ait: *Rev. Patris Valeriani Magni Capucini pietati, & ingenio multum debet Europa, multum Eccleſia. Scripſit multa Philoſophica, & Theologica, quæ cum fructu leguntur. Edidit contra hæreticos plurima, quæ, qui legerit, Lutheranus, aut Calvinianus eſſe non poſſit.* Ardinghellus in Appendice Congeminatæ vocis Turturis Oſtenſ.4. de illo ſic ſcribit: *In Reformationis negotio* (ſcilicet Germaniæ) *inſudat unus in hac re præcipuus Adm. Rev. Pater Magnus Valerianus Capucinus, Fidei Catholicæ propugnator acerrimus; qui variis congreſſibus Miniſtros Sathanæ Synagogæ confutavit, edito de Acatholicorum credendi Regula Iudicio: qui & alia monumenta digna ejus*

*calamo ſcripſit. Cujus ſtudiis, pien-tiſſimiſque laboribus quidquid atten-tatum, ſuaſumque pro avita Religio-ne retinenda, & morum reformatio-ne tuenda, tribuendum eſt; nimirum, circa prætenſiones Eccleſiarum inter Pontificem, & Cæſarem, bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, qua-tuor Epiſcopatuum in Bohemia ere-ctionem, diſciplinæ, & Iuriſdictio-nis Eccleſiaſticæ in eo Regno introdu-ctionem: quæ omnia ob Saxonum po-ſthumam invaſionem retardata, & præpedita fuerant. Archiepiſcopale Collegium ejuſdem induſtria pro ju-nioribus alendis, & litterarum in-formatione cum Chriſtiana pietate erectum eſt.* De illo etiam meminerunt Gravina in voce Turturis lib. 2. ubi de Capucinis, Vvaddingus de Scriptor. Ordin. Min. Ioannes Paulus Creſcentius in Præſidio Romano lib. 3. Philippus Picinellus in Athenæo Mediolanenſi, Vvillotus in Athenis Orthodoxis, Didacus de la Quille lib. de Franciſco ter Evangelico, Marcellinus de Piſe in ſua Encyclopedia Tom. 3. & alii.

VALERIANVS A' PINAROLIO, natione Pedemontanus; vir præclariſſimis naturæ, ac gratiæ donis congenitus, ſancta, & affabili converſatione, nec non pacifica manſuetudine exornatus: eximia excellens prudentia, perſpicacioris intellectus acumine, firmioris propoſiti robore, ac conſilii magnitudine præditus. Qui Diffinitoris, ac Provincialis Miniſtri muneribus ſæpiùs in Provincia Genuenſi præclariſſimè functus, evangelicis inſignitus virtutibus, eam mirabiliter ſuffulſit; Fideique Catholicæ dilatandæ zelo incenſus, Miſſiones Apoſtolicas in Regionibus Subalpinis propoſuit, promovit, atque fundavit, fundatas ſolicitè adminiſtravit; & conſervavit. Plura ſcripſiſſe nobis relatum eſt, attamen solùm vidimus M. S. Volumen ſub hoc Titulo:

*Hiſtoria de Origine, Inſtitutione, & Progreſſu Miſſionis Capucinorum in Subalpinis.* Tom. 1. in fol. Obiit Genuæ in noſtro Conventu Immaculatæ Conceptionis, dum Miniſtri Provincialis Officium tertio triennio poſſideret anno 1617. ętatis ſuę 65. De eo meminit Boverius Tom. 2. Annal. Capucinorum, & Mathias à Caballo-Maiori in Rationario Miſſionum Apoſtolic. Tom. 1. & 2.

VALERIVS VENETVS, Provinciæ Venetiarum alumnus; vir devotus, totus lectionibus ſacris, ac divinis meditationibus deditus, morum integritate, mentis ſimplicitate, ac totius Regularis perfectionis decore inſignitus; Compoſuit Italicè, & evulgavit Opera, quæ ſecuntur:

*Viridarium, ſeu Pratum floridum variorum Exemplorum in 12. libros diſtributum, in quibus agitur de virtutibus Chriſtianis, & perfectionibus religioſis.* Tom. 2. in 4. Venetiis apud Floravantem Pratum anno 1610. & denuò 1620. & noviſſimè anno 1656. apud Matthęum Lenium in 4.

*Piæ Meditationes circa præcipua Myſteria vitæ Domini noſtri IESV Chriſti.* Ibidem apud Ioannem Baptiſtam Colignanum anno 1610.

Tom.

Tom. 1. in 8.

*Eremitorium Sacrum Exercitiorum Spiritualium, cum praxi Orationis mentalis.* Ibidem apud Floravantem Pratum 1610.

*Vita, ac geſta Sanctæ Claræ Virginis, Sanctæ Agnetis ſororis ejuſdem Sanctæ Claræ, nec non aliarum Beatarum Virginum ſociarum.* Tom. 1. in 4. Ibidem apud eundem 1610.

*Vita Beatæ Coletæ Virginis Reformatricis Ordinis Sanctæ Claræ.* Ibidem 1610. in 4.

*Vita Beatæ Ioannæ Virginis filiæ Ludovici XI. ſororis Caroli VIII. & Vxoris Ludovici XII. Regum Galliæ.* Ibidem apud eundem 1620. in 4.

*Vita Sanctæ Eliſabeth Viduæ filiæ Andreæ Hungarorum Regis, & quondam Vxoris Ludovici Lantgravii Thuringiæ.* Ibidem 1610.

*Vita Beatæ Margaritæ Cortonienſis, & Beatæ Angelæ à Fulginio.* Ibidem 1620. De hoc piiſſimo Scriptore meminerunt Vvaddingus de Scriptor. Ord. Minor. Arturus à Monaſterio in Annotationibus ad Martyrolog. Franciſcanum, & Torreçilla lib. de Excellentia Seraph. Religionis, ubi de Scriptoribus Capucinis.

VERANVS CABILLONENSIS [ vulgò de *Chalon* ] natione Gallus, Provinciæ S. Ludovici Concionator; vir Seraphicæ Regulæ exactus obſervator, devotis moribus compoſitus, aſſiduæ orationis, ac in ſpiritualibus vitæ documentis admodum commendatus; Scripſit Gallicè:

*Directorium Spirituale in duas partes diſtinctum; in quo continentur regulæ, & exercitia omni Chriſtiano neceſſaria ad verè Deo ſerviendum.* Lugduni apud Ioannem Iuvilleronem anno 1638. Tom. 2. in 8.

*Tractatum de Oratione mentali, in quo, præter plurima piiſſima documenta, & conceptus devotiſſimos, explicantur omnia dubia, quæ ſolent accidere in exercitiis devotionis.* Ibidem 1638. Tom. 1. in 8.

VICTOR GELENIVS, aliis *Gelemus*, natione Germanus, Patria Trevirenſis; vir doctrinæ, & eruditionis inſignibus præclarus, in Scholaſtica, & Myſtica Theologia Doctor egregius: qui ob ſingularem vitæ perfectionem, prudens animi conſilium, ac regularis obſervantiæ zelum, ad ſuæ Rhenanæ Provinciæ adminiſtrationem per integrum ſexennium electus, illam magna ſolicitudine rexit, atque illuſtrioribus etiam vitæ exemplis plurimùm exornavit. Scripſit Latinè:

*Summam Practicæ Theologiæ Myſticæ in omnes ab infimis uſque ad ſupremos divini animi ſtatus operationes, & diſpoſitiones magis notabiles ordine conſecutivo digeſtam, & in duas partes diſtributam.* Coloniæ Agrippinæ apud Iodocum Kalcovium anno 1646. & denuò 1652. Tom. 1. in 4. In iſto Opere, plurium Doctorum ſententia, ſacratiora vitæ perfectionis arcana miro ordine, ac facilitate dilucidantur; ita ut, quaſi Aquila illa grandis in Ezechiele Cedri Myſticæ medullam tuliſſe videatur. Quod poſteà ab eodem

Auctore ex Latino in Germanicum Idioma translatum fuit impreſſum tertia vice in eadem Civitate Coloniæ anno 1655. De eo meminerunt Eminentiſſimus D. Io: Cardinalis Bona lib. Myſticæ Theolog. cap. 1. & ſeq. Vvaddingus lib. de Scriptor. Ordin. Minorum, & alii plures.

VICTORIVS PANORMITANVS, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Sacrę Theologię Profeſſor inſignis: vir mira dicendi facundia, ingenii ſubtilitate, doctrinæ profunditate à Deo decoratus: quæſtionum Theologicarum, ac Philoſophicarum lecturarum varia elucubravi. Opera, quibus inter ſapientiſſimos celebri nomine habetur; attamen ſolum Typis dari permiſit, & abſque ejus nomine:

*Declarationem dilucidam in Artem Raymundi Lullii, quam expoſuit in Conventu noſtro Panormitano.* Venetiis anno 1636. Tom. 1. in 8.

VINCENTIVS AVRELIANENSIS Gallus, Provinciæ Britanniæ Eccleſiaſtes; vir eruditus, qui in Miſſionibus contra Hęreticos, tum ſcriptis, tum concionibus plurimùm laboravit; Scripſit, & edidit Latinè, & Gallicè libros tres, quorum Titulus eſt:

*L' Egliſe unique, e neceſſaire contre les indifferents, & Heretiques.*

*Le pur Amour, ou la devotion ſolide.*

*Triumphus Altaris zelo Ludovici XIV. Galliarum Conſtantini;* Eſt liber Controverſiarum.

VINCENTIVS A' CARAVAGGIO, natione Italus, Brixienſis Provincię alumnus; vir verè pius, ſanctis moribus Sacerdos, humilitate, & in proximos charitate venerandus; Edidit:

*Officium parvum S. P. N. Franciſci, additis aliis devotiſſimis precibus, & orationibus.* Romæ anno 1615.

VITALIS AB ALGEIZIRA, natione Hiſpanus, Provinciæ Valentię alumnus; vir verè induſtriùs, & in ſacris Hiſtoriis ſtudioſus, concinnavit, & in duodecim Tabulis ęneis ſculpſit:

*Epilogum totius Ordinis Seraphici P. N. S. Franciſci, quem dicavit Illuſtriſſimo D. Ioanni de Montoya, Civitatis Caubenſis, & in las Plas Gubernatori.* Prodiit primùm Antuerpię anno 1626. Secundò Burdigalę 1640. & tertiò Romę 1643. Elaboravit etiam, & pariter in duodecim Tabulis excudit:

*Arborem Originis, & progreſſus Religionis Capucinorum, quam dicavit Inclyto Heroi, & Capucinorum ſtrenuo Męcenati D. Octavio Centuriono Patritio Genuenſi, Marchioni de Monaſterio, & Philippi IV. Regis Catholici Theſaurario.* Valentiæ apud Ioannem Philippum Ianſenium anno 1662. Scripſit inſuper, & Typis dedit:

*Hiſtoriam Chronographicam, in qua per extenſum exponit, quod in dictis Epilogis continetur.* De hoc Auctore meminerunt Arturus à Monaſterio in Annotationibus ad Martyrologium Franciſcanum, Vvaddingus lib. ut ſupra, & Torreçilla lib.

lib. de Excellent. Seraph. Religionis.

VRBANVS DE FRANCHIS, natione Italus, Patria Neapolitanus, in ſua Provincia Concionator, ac Sacræ Theologię Profeſſor: vir non tam generis nobilitate (fuit enim filius Marchionis de Taviano) quàm doctrinæ excellentia, ac perfecta morum compoſitione ſpectabilis; *nonnulla ſcripſit Philoſophica, ac Theologica*. Ita habemus à Nicolao Toppio in ſua Bibliotheca Neapolitana pag. 312.

VRBANVS MESSANENSIS Siculus, ejuſdem Provinciæ alumnus, ac Concionator eximius; vir maximæ doctrinæ, ac ſapientiæ ſtemmate decoratus: ſubtili pollens ingenio, prudentique in rebus agendis dexteritate præditus: quem illuſtriores Hiſpaniæ, atque aliæ Civitates eloquentiſſimum, ac prodigioſæ memoriæ verbi Dei Præconem magna cum admiratione ſæpiùs audierunt; Edidit, ac prælis dari permiſit:

*Conciones varias de Sanctis ſub nomine Anagrammatico Patris Manuſſæi Bonorù.*

*Faſciculum excellentiarum præcipuarum Beatiſſimi Michaelis Archangeli Eccleſiæ Dei Principis pro jaculatorio animæ ad tanti Patroni devotionem, & reverentiam in Populis excitandam*: omnia excerpta ex Sacræ Scriptutæ hortulis, & Sanctorum Patrum. Matriti anno 1650. Deindè Meſſanæ apud Heredes Petri Breæ anno 1655.

VRBANVS A' POLITIO, Siculus, Sacræ Theologiæ Profeſſor, pluriès in ſua Provincia Diffinitor, & in toto Siciliæ Regno Sanctiſſimę Inquiſitionis Conſultor; Provinciæ Panormitanæ, cujus fuit filius, honor, & decus, Ferdinandi II. Imperatoris ordinarius Concionator, omnium denique virtutum ſplendore conſpicuus, charitate, modeſtia, & humilitate inſignis, adeò ut exhibitam ſibi ab eodem Ferdinando Epiſcopalem infulam conſtantiſſimè recuſaverit; Edidit:

*Funebrem Orationem ſuper mortem Supremi Conſiliarii ejuſdem Auguſtiſſimi Imperatoris*. Viennæ Auſtriæ.

*Aliam etiam orationem in obitu cujuſdam præclariſſimi viri impreſſam*. Ibidem.

*Epigrammata varia Acroſtica, & Anagrammata Sacra*, Venetiis anno 1649. & Panormi 1652.

# Z

ZACHARIAS BARBERIVS; natione Italus, Patria Bononienſis, ejuſdem Provinciæ Concionator; vir pius, & virtutis ſtudioſus; quondam Socius P. Fortunati à Cadoro noſtri Ordinis Miniſtri Generalis; deſcripſit Italicè:

*Vitam, & geſta Patris Antonii*

*Mon-*

*[illegible]cucoli Mutinenſis Religionis [illegible] Miniſtri Generalis.* Romæ anno 1661. apud Philippum Mancinum. Tom. 1. in 4.

*Vitam, & geſta Patris Innocentii à Calatayerone ejuſdem Ordinis item Miniſtri Generalis.* Tom. 1. in 4.

ZACHARIAS BOVERIVS, natione Pedemontanus, Patria Salutienſis, Provinciȩ Genuenſis alumnus, ac totius noſtri Ordinis Diffinitor Generalis: vir omnimoda morum compoſitione ornatus, manſuetæ, ac humilis converſationis: in loquendo parcus, ſolitudinis amicus, perpetuæ aut lectioni, aut ſcriptioni, aut orationi addictus: abſtinentiæ cultor, paupertatis amator, regularis diſciplinæ cuſtos, perfectionis ſeraphicæ ſolicitus æmulator: in ſcientiis omnibus longo tempore exercitus, Sanctæ Romanæ Inquiſitionis Conſultor, ſacræ paginæ profundus Interpres, utriuſque Facultatis Poſitivæ, & Scholaſticæ Profeſſor eximius: Hȩreticorum validus impugnator, Catholicæ Fidei egregius Doctor, ac defenſor: cȩleſtium denique donorum ornamentis, & rerum geſtarum ſplendore toti ferè Eccleſiaſtico Orbi notiſſimus. Vir iſte præclarus, ſuperno Numine afflatus, & interna Sancti Spiritus illuſtratione excitatus, firmum à juventute propoſitum concepit Hæreticos exagitandi; unde Pſeudo-doctorum, & Prædicantium temeraria impudentia, qua ſibi Reformatæ Religionis Titulum, & nomen uſurpant laceſſitus, veluti alter Phinees zelans zelum Domini vires exeruit; & ad inſtar ſcribȩ velociter ſcribentis, calamum, atque ſtylum exacuit, duoque eruditiſſima edidit Volumina, quibus hunc appoſuit Titulum:

*Demonſtrationes Symbolorum veræ, & falſæ Religionis adverſus prȩcipuos, ac vigentes Catholicæ Religionis hoſtes;* ſcilicet, *Atheiſtas, Iudȩos, Hæreticos, præſertim Lutheranos, & Calviniſtas in quinque libros diſtributæ.* Primus liber eſt totus *contra Atheiſtas*: ſecundus *contra Iudȩos*: tertius agit de *demonſtrationibus Symbolorum verȩ Religionis in genere*: quartus de *examine Sectæ Lutheranæ, & Calvinianæ ad propoſita Symbola*: quintus de *demonſtrationibus Symbolorum Romanæ Religionis in ſpecie*. Lugduni ſumptibus Horatii Cardon anno 1617. in fol.

Quibuſdam verò elapſis annis, cùm ex Inferni ſpecubus aquilonaris ille Cerberus Spalatenſis trifauci ore Satanicum virus evomens in Hjerarchiam Eccleſiaſticam libros ſacrilegos de Republica Chriſtiana in lucem emiſiſſet, adruit illicò validus Antagoniſta Zacharias alia tria Volumina edendo, quæ inſcripſit:

*Parȩneſis Catholica ad Marcum Antonium de Dominis olim Archiepiſcopum Spalatenſem, poſteà Sanctȩ Romanæ Eccleſiæ Apoſtatam, & in Angliam transfugam:* in qua examinantur, & refelluntur quatuor libri ejuſdem de Republica Chriſtiana, & Eccleſiaſtica. Lugduni apud Ioannem Chavvet anno 1118. in 4.

*Cenſura Paranetica in eoſdem 4. libros*

*libros Marci Antonii de Dominis*. Mediolani 1621. in fol.

*Cenſura in Tractatum de legitima Cardinalium creatione Dominici Veneti Epiſcopi Torcellani nomine inſcriptum; ſed ab eodem Marco Antonio de Dominis in lucem editum*. Mediolani 1622.

His contra Spalatenſem libris à doctiſſimis viris, præcipuè Eccleſiaſticis, quinimmò ab Eminentiſſimis Cardinalibus pervolutis, per Sapientum ora fama Boverij volitare cępit; & tandem pervenit ad aures Summi Pontificis Vrbani VIII. qui ſtudio tanti viri allectus, illum inter tot Eccleſiaſticorum Myriades unum elegit, quem Eminentiſſimo Franciſco Cardinali Barberino à latere Legato ad Catholicum, & Chriſtianiſſimum Monarchas deſtinato, Theologum ſpecialem conſignaret. Quare cum eodem Eminentiſſimo in Hiſpaniam profectus, cùm eo tempore degeret Matriti Carolus Stuartus Iacobi Magnæ Britanniæ Regis Primogenitus Sororem Regis Catholici in uxorem ducturus; & in ſuadendo illi Catholicam Fidem plurimùm laborarent Sacri Pręſules, P. Zacharias extemporè accepto calamo, conſiliarium librum compoſuit, appoſita ſequenti Inſcriptione:

*Orthodoxa Conſultatio de ratione veræ Fidei, & Religionis amplectendæ*: Ad Sereniſſimum Carolum Stuartum Vvalliæ Principem, Iacobi Magnæ Britanniæ Regis filium, in communem omnium veræ Religionis ſtudioſorum gratiam, & utilitatem. Prodiit primùm Matriti apud Thomam Iuntam Typographum Regium anno 1623. Poſteà juſſu Eminentiſſimi Cardinalis Fr. Antonii Barberini tituli S. Onuphrii Ordinis noſtri Protectoris, ab eodem Auctore in duas partes diſtributa, impreſſa fuit Romæ in Typographia Vaticana anno 1635. Tom. 1. in 4.

Regrediente Boverio ex Hiſpania Capitulum Generale illi impoſuit onus, ut Annales Religionis noſtræ deſcriberet. Quapropter diligenter conquiſitis, & per annos examinatis Priſcorum noſtrorum, vitæque ſanctimonia illuſtrium Patrum geſtis; adeò eleganter illa conſcripſit, ut Tullianam eloquentiam adamuſſim redolentia, & jucundioris facundiæ ſuavitate reſperſa, legentes ad ulteriora ſemper allectos provocent, nec legendi periodum, ſive terminum adinvenire permittant. Opus igitur egregium brevi tempore perfecit in duo Volumina in folio diſtributum, hoc appoſito Titulo:

*Annales*, ſive, *Sacræ Hiſtoriæ Ordinis Minorum Capucinorum Sancti Franciſci*. In primo Tomo fideliter traduntur univerſa quæ ſpectant ad ejuſdem Ordinis ortum, ac progreſſum uſque ad annum 1580. Impreſſus eſt Lugduni anno 1632. ſumptibus Claudii Landry.

Secundus Tomus complectitur omnia, quæ ab anno 1581. uſque ad annum 1612. pertinent. Ibidem 1639. ſumptibus Gabrielis Boiſſat, & Laurentii Aniſſon.

De his Annalibus A. R. P. Hyacinthus Parrù Hiſpanus in ſua Roſa Lauretana pag. 397. ſic honorificè lo-

loquitur: *Deſpues que las Coronicas Capuchinas con admiraçion de todos, y credito incomparable han gravado en las columnas de la fama el non plus ultra, de aciertos, fuera temeraria impreſa atraverſar en eſtilo vulgar, y llano obſcurecer los realces de tan heroiquas hazañas, dignas ſolamente de los primores, con que las Hiſtorio Boverio, cuya encumbrada eloquencia ſolo en tan alto aſſumpto fue digna d' emplearſe; paraque aſſi ſe adequaſſe la ſublimidad de la materia con las ventajas inimiables de tan enclamada pluma.*

Vltra ſupradicta Volumina Scripſit Boverius, & Typis dedit Latino Idiomate:

*Demonſtrationes undecim de vera habitus forma à Seraphico P. N. S. Franciſco inſtituta*: Ad Vrbanum VIII. Pontificem Maximum. Lugduni 1632. apud Claudium Landry, & Coloniæ Agrippinæ 1655. apud Cornelium Egmond in 8.

*Directorium Fori Iudicialis pro Regularibus*. Auguſtæ Taurinorum apud Aloyſium Rizzimilium anno 1624. Tom. 1. in 4.

*De Sacris Ritibus juxta Romanam Regulam uſui Fratrum Minorum Capucinorum accommodatis libri tres: adjunctis quibuſdam externis Ritibus, qui ad Religionis Capucinorum politiam, & ad pleraque domeſtica munera obeunda ſpectant*. Neapoli Typis Scorigianis anno 1626. Tom. 1. in 4.

Piiſſimis coronatus operibus feliciſſimè in Chriſto obiit Genuæ in noſtro Conventu Immaculatæ Conceptionis anno 1638. pridiæ Kal. Aprilis, ætatis ſuę 70. Religionis 48. pluribus aliis ingenii ſui pręclaris monumentis relictis. Ejus vitam Italico ſermone luculentiſſimè deſcripſit Pater Franciſcus à Sexto tunc Miniſter Provincialis Provincię Genuenſis; & de eo pariter meminerunt Vvaddingus lib. de Scriptor. Ordin. Minor. Leo Alatius in Apibus Vrbanis, Aubertus Myręus cap. 209. Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia, & Andreas Roſſottus lib. & Syllabo de Scriptor. Pedemont. Ardinghellus in Appendice Congeminatæ vocis Turturis cap. de Florentiſſima Vinea S. Franciſci, qui de Boverio ſic loquitur: *Famigeratiſſimus eſt quoque A. R. P. Zacharias Boverius, meus Collega in Officio Sanctæ Inquiſitionis; cujus Opera nedum in Germania exiſtentes Hæreticos, ſed aliarum quoque Provinciarum evincunt, & ſternunt*. Et D. Marcus Aurelius Lucernenſis in ſuis Hiſtoriis memorabilibus cap. 15. Miſſionum Capucinorum univerſaliores quaſdam referens memorias, paucula de Boverio ſic ſcribit. *Inter eos, qui in Miſſionibus ad Agrum Dominicum excolendum miſſi elaboraverunt, unus annumeratur R. P. Zacharias Boverius Salutienſis; vir celebris, & ferventioris contra hæreſes zeli, qui grandiora gemina edidit Volumina adverſus & Lutheri, & Calvini, & Aſſeclarum nefaria dogmata: tertium adverſus famoſa infamia notum Hęreſiarcham Marcum Antonium de Dominis: quartum, quod conſcripſit; Conſultatio Orthodoxa,*

*doxa*, *& Carolo Gandenſi Principi, poſteà decollato Britannico Rege, dicavit*. Grandi etiam Elogio eum celebrant Abbas Valerianus Caſtilioneus lib. 6. cap. 2. P. Magiſter Ponce de Leon in traductione Chron. Moncadæ in principio: Pater Leander de Murçia in Quæſtionibus ſelectis quæſt. 21. n.3. & alii plures, qui vocāt eum *Doctorem eruditiſſimum, ac ſapientiſſimum inter Patres Eccleſiæ eum cōnumerantes; eò quòd Scriptis ſuis eam valdè illuſtraverit*. Quare jure meritò tota Definitio Generalis in Capitulo univerſali Romæ habito anno 1642. ſequenti elogio eum honorari juſſit, quod impreſſum reperitur ad initium ſecundi Tomi Annalium.

*Adm. Rev. Pater Zacharias Boverius*
*Salutienſis, Provinciæ Pedemontanæ:*
*De cujus aperto cœlitus ore verè ſalutis Enſis utraque*
*Parte acutus proceſſit:*
*Tum ad Fidei Orthodoxæ impios oppugnatores interimendos,*
*Tum ad interemptos antiquitatis gladio*
*Seraphicos Capucinorum alumnos,*
*Et Patres vitæ reſtituendos.*
*Qui dum Sanctorum monumenta, & Patrum exempla evolvit;*
*Et revolvenda, ſectandaque calamo Scribæ velociter*
*Scribentis expoſuit;*
*Ipſe quoque non vulgaria religioſæ vitæ exempla reliquit.*
*Plenus dierum, ac bonorum operum*
*Diffinitoris Generalis*
*Munere ſemel, ac iterùm functus,*
*Obiit Genuæ ętatis ſuæ anno 70. Religionis 48. die 31. Martii.*
M. D. C. XXXVIII.

ZACHARIAS LEXOVIENSIS [ vulgò de *Lyſieux* ] natione Gallus, Provinciæ Normanniæ alumnus, nobiliſſimo ortus ſanguine, ac filius unicus Matris ſuæ: vir omnibus naturæ donis cumulatus: in humanis, & divinis litteris admodum eruditus, ſacræ paginæ candidus Interpres, Fidei Catholicæ validus propugnator, ſalutis animarum zelator fervidus; & propterea Miſſionarius Apoſtolicus in Angliam ſpecialiter deſtinatus, & delegatus: quo in munere per totum viginti annorum decurſum ſtrenuè laboravit, plurimoſque ex Hæreticis verborum luculentia, doctrinæ fęcunditate, ſermonis ſuavitate, perfectæ, atque apoſtolicę vitę exemplo ad Catholicam Fidem amplectendam induxit. Eximius hic Eccleſiaſtes, ac eloquentiſſimus verbi Dei Declamator per omnes Illuſtriores Galliæ Civitates prædicatione, & ſcriptis maxi-

mo cum animarum lucro, & Eccleſię incremento ad ultimum uſque ſpiritum in Vinea Domini excolenda laboravit, multaque edidit Opera pietatem, & eruditionem ingenii, ac ſpiritus redolentia, quorum Titulos hic exhibemus:

*Giges Gallus, quem librum evulgavit ſub nomine Petri Firmiani, & dividitur in vigintiſeptem Sectiones.* Prodiit primùm Pariſiis anno 1659. poſteà Lugduni annis 1660. 1661. 1669. in 4. & in 8.

*Genius ſæculi; eſt liber in novem Sectiones diſtributus.* Pariſiis anno 1659. & Lugduni 1669. in 4. & in 8.

*Somnia Sapientis: eſt liber in duodecim Sectiones, ſive Tractatus diſtributus.* Ibidem 1659. & 1669. Hi tres libri ſunt contra depravatos ſæculi mores, & tanta apud viros doctos ſunt in exiſtimatione, ut nullus unquam, omnium ferè opinione, tam doctè ſcripſerit, & acutè perſuaſerit, & tam liberè de rebus Politicis diſeruerit. Scripſit etiam Latinè Opus valdè pium legenti utiliſſimum, cujus Titulus eſt:

*Chriſtus Patiens, ſive, Tota Pauli ſcientia.* Eſt liber de Paſſione Domini habens ſenſus altos, ſubtiles, devotos ex Veterum Patrum genio; continens brevitatem refertam rebus, Theologiam ſervato ſui faſtigio, & abjecta Scholæ ruditate, facilem, ſolidamque varietatem ſic pietati accommodatam, ut placendo proſit, nec unquam diſcedat à ſpiritu Evangelii. Pariſiis apud Dionyſium Thierry anno 1661. in 4.

*Sylva Sacrorum varii argumenti multiplicem Theologiam continens.* Pariſiis 1662. Tom. 1. in 4. Evulgavit inſuper quatuor Volumina ab eo Gallico ſermone compoſita, quibus ſequens appoſuit Titulum:

*La Monarchie du Verbe Incarnè, ou de l' immenſe Povvoir du plus grand des Roys, des Maximes Politiques, & du merveilleux ordre, qu' il obſerve dans le governement de ſon Eſtat.* Tom. 1. in 4. Pariſiis apud Viduam Nicolai Buon anno 1642.

*La Monarchie du Verbe Incarnè, ou il eſt traittè de la Bontè, e de la Juſtice du Prince.* Tom. 1. in 4. Ibidem apud Dionyſium Thierry anno 1466.

*La Philoſophie Chreſtienne, ou Perſuaſions puiſſantes au mepris de la vie.* Tom. 2. Pariſiis apud eundem anno 1644. in 4.

*La Relation du Pais de Ianſenie, où il eſt traittè de les ſingularitez, & meurs des habitans de ce Pais.* Tom. 1. in 8. Pariſiis apud eundem 1650. Obiit devotiſſimè in noſtro Conventu Ebroicenſi anno 1661. quarto idus Novembris, cùm numeraret annos ætatis ſuæ 79. Religionis 55. & de eo honorificè, præter Vvaddingum de Scriptor. Ord. Min., meminerunt plures Scriptores, præſertim Galli.

ZACHARIAS MEDIOLANENSIS ex nobili Caſtilionum Familia, Marchionis Manfredi Caſtilionei Germanus Frater; vir piiſſimus, Concionator ferventioris ſpiritus, & ſalutis animarum ſtudioſiſſimus, religionis virtutum ornamentis decorus, atque apoſtolicæ vitę exem-

plis

plis omnibus venerandus; Scripſit ad inſtructionem Novitiorum Opus perutile ſub hoc Titulo Italico:

*Il Giovine Capuccino brevemente iſtrutto, con alcuni ammaeſtramenti utiliſſimi, & importantiſſimi avviſi, per bene ſpogliarſi dell' huomo vecchio, e perfettamente veſtirſi del nuovo*. Mediolani apud Ludovicum Monzam 1646. Tom. 1. in 4. & in 8.

*L' Ammonitore Fedele*: Opera piena di ſpirituali, e pretioſi ricordi. Ibidem 1647. in 8. Evulgavit etiam Italicè:

*Sermones pro Oratione 40. Horarum*. Ibidem 1653. Tom. 1. in 4. De eo meminerunt Vvaddingus, & Abbas D. Philippus Picinellus in Atheneo Mediolanenſi litt. Z.

ZACHARIAS RHENDANNA Tridentinus, Provinciæ Brixienſis Concionator, & Miſſionarius Apoſtolicus in Regionibus Rhetiorum: quo in munere plurimos labores pro converſione Hereticorum eſt exantlatus, & acerrimum, validiſſimumque Fidei Catholicæ defenſorem ſe ſemper exhibuit; Scripſit Germanico Idiomate:

*Volumen Exercitiorum Spiritualium pro uſu illorum Populorum*. Brixiæ anno 1665. Tom. 1. in 8.

ZACHARIAS SALODIENSIS, Italus, Provinciæ Brixienſis Sacerdos, Miſſionarius Apoſtolicus in Rhetia, ubi per plures annos pro ſalute animarum ſtrenuè laboravit; Edidit Italicè Opus ſub hoc Titulo:

*Lucerna acceſa ſopra il candeliere*. Trattati dodici; *con li quali chiaramente, e ſinceramente ſi moſtra alle Eccelſe Leghe de' Signori Grigioni nella Retia la continua, e non mai interrotta ſerie della Fede Cattolica, & Apoſtolica Romana*. Venetiis apud Benedictum Millochium anno 1679. Tom. 2. in 4.

ZACHARIAS VLYSSIPONENSIS, natione Luſitanus, Provinciæ Bononienſis alumnus, ac pluriès Diffinitor: vir inſignibus doctrinæ, ac ſapientiæ donis præornatus, ſingulari in dicendo facũdia inſignitus, ac ſpiritus almi fervore repletus; Scripſit Opuſculũ, cujus Titulus eſt:

*Catholica Conſolatio ad Cives Parmenſes, & Placentinos pro obitu Sereniſſimi Alexandri Farneſii eorũ Ducis, & Principis*. Parmæ apud Eraſmum Viottũ anno 1594. Tranſtulit etiam ex Luſitano in Italicum Idioma, ac in meliorem ordinem reduxit, poſtilliſq; exornavit nonnulla Opera R. P. Hectoris Pinti Ordinis Sancti Hieronymi; & ſunt:

*De vera Amicitia, de Iuſtitia, de Vita Solitaria, de Diſcreta ignorantia, de Cauſis, de Tranquillitate vitæ, de Vera Philoſophia, de veris, & falſis bonis, de Religione, de Memoria mortis, de Tribulatione*. Omnia hæc Opuſcula dicavit Sereniſſimo Ranuccio Farneſio Parmæ, & Placentiæ Duci. Venetiis apud Nicolaum Miſſerinum anno 1594. Tom. 2. in 4. Obiit Vultabii in noſtro Cenobio Provinciæ Genuenſis, dum ex Vlyſſipone in ſuam Provinciam Bononiæ reverteretur anno 1604.

ZENO ATHENSIS, natione Germanus, Provinciæ Auſtriæ Concio-

cionator, tranſtulit ex Italico in Germanicum Idioma:

*Vitam Sancti Zenonis Epiſcopi Veronenſis*. Prodiit anno 1689.

ZENO BERGOMENSIS, natione Italus, Provinciæ Tirolenſis Concionator, vir doctrina, ac pietate clarus: qui magna etiam prudentia, ac ſolido conſilio præſtans, illam Provinciam ita preclarè ſub Miniſtri Provincialis titulo moderatus eſt, ut utramque Prophetę virgam & decoris, & funiculi admirabili quodam modo ſimul in gubernatione conjunxerit. Scripſit Latinè Opuſculum, quod intitulavit:

*Methodus meditandi Paſſionem Domini noſtri IESV Chriſti*. Impreſſum eſt Monachii anno 1609. & poſteà ab eodem Auctore locupletatum, denuò prodiit ibidem anno 1625.

DIONYSIVS A'GENVA omnium totius noſtræ Religionis Capucinorum minimus, ac indigniſſimus filius, natus ſum anno ſalutis 1636. die Dominica 18. Maii Beato Felici Capucino dicata, in qua etiam inciderat Feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis; & poſt quindecim annorum curriculum anno 1651. feria quinta hac ipſa die 18. Maii, quæ mihi initium vitæ fuit, & letiſſima Dominicæ Aſcenſionis Solemnitas colebatur, ad habitum Seraphicum ſingulari Dei beneficio admiſſus fui in Conventu Genuenſi Sancti Barnabę ſacro. Poſtulatione amicorũ, quantum mihi à Divinis exercitiis à vitæ noſtræ Inſtituto prçceptis, quantùmque à cura, & regimine plurium Conventuum, quibus præfui, aliiſq; muneribus ex Obedientia impoſitis; datum eſt otii, ea omnia ſubſeciva, & ſecundaria tempora ad colligendas Scriptorum noſtrorũ memorias, & ad nonnulla Opera ex Gallico in Italicum Idioma vertenda contuli. Concinnavi igitur hanc:

*Bibliothecam Scriptorum Ordinis Minorum Capucinorum*. Quam tametſi imperfectam eſſe non ignoro, utilem tamen fore exiſtimo, magnoque aliis incitamento, ut Opera perficiant inchoata, noviſque Additionibus ſuppleant, quæ à me prætermiſſa, vel minus comperta ſunt. Inſuper tranſtuli ex Gallico Idiomate Italicè Opera varia Patris Ivonis Pariſienſis; videlicet:

*Felices Eventus Pietatis, ac Triũphum vitæ Religioſæ*. Tom. 1. in 4.

*Morales Chriſtianas*. Tom. 2. in 4.

*Vanas Excuſationes Peccantium*. Tom. 1. in 4.

*Progreſſus Divini Amoris*. Tom. 2. in 4.

*Exercitia Pietatis in vita ſæculari*. Tom. 1. in 4.

*De Agente Dei*. Tom. 1. in 4.

*Opera Miſericordiæ*. Tom. 1. in 4.

Deo Optimo Maximo omnium bonorum Auctori, ejuſque Matri Beatiſſimæ MARIÆ Virgini, Sancto Patri noſtro Franciſco, atque Cęlitibus cunctis, ſit laus, honor, & gratiarum actio in ſæcula ſæculorum. Amen.

# APPENDIX
## NONNVLLORVM AVCTORVM,

*Quorum nomina partim Typò exciderunt, partim notitia vel ſerò, vel poſt Operis impreſſionem ad nos pervenit.*

### A

AGATHANGELVS BITVRICENSIS Gallus, Provinciæ Turoniæ Concionator fervidus, & in myſticæ Theologiæ ſtudiis longa annorum ſerie aſſiduè verſatus; Edidit vernaculo Idiomate:

*Opuſculum Spirituale*, in quo Auctoris doctrina, pietaſque maximè eluceſcit, illudque dicavit D. Abbatiſſæ de la Virginitè Sorori Domini Archiepiſcopi Pariſienſis. Evulgavit etiam:

*Carmina Elegiaca in laudem Ludovici XIV. Regis Chriſtianiſſimi.*

ALEXANDER CRESPIVS, natione Italus, Patria à Buſto, Mediolanenſis Provinciæ filius, Eccleſiaſtes in declamando fervidus, ac ſalutis animarum zelotes, prælo ſubmiſit Volumen in quarto, quod continet.

*Sermones quadraginta duos pro Oratione 40. Horarum.* Mediolani apud Pandulphum Malateſta anno 1680.

ANDREAS BITVRICENSIS Gallus, Turonenſis Provinciæ eximius Concionator, & multoties Guardianus, vir variarum ſcientiarum copia exornatus; Edidit Gallicè:

*Oraiſon funebre de Madame de Caſtillon Abbeſſe de S. Iean les Thovars.* Pictavii apud Amaſſard 1676.

ANONYMI tres Galli Provinciæ Turonenſis Concionatores, ac Miſſionarii in Aleppo Syriç, ex Grçco, & Latino tranſtulerunt in Arabicum *Tota Sacra Biblia*, quæ Romam miſerunt ad Sacram Congregationem anno 1633.

ANTONIVS ALBATERRENSIS Gallus, ejuſdem Provinciæ Turonenſis Concionator, vir eximiæ pietatis, Sacræ Theologiæ Prælector, plurium Conventuum in eadem Provincia moderator; cùm diù, & indefeſſo labore in Miſſionibus inſudaſſet, ac Pſeudo-Miniſtros Calviniſtas exagitaſſet; Edidit librum, cui Titulus eſt Gallicè:

*L'Aveù du Purgatoire ſignè par un Miniſtre, il cè qu' il a accordè touchant la realitè du Corp de IESVS-Chriſt dans l' Euchariſtie.* Pictavii apud Amaſſard anno 1658.

ARCHANGELVS A' BORBONIO Lancçjo, Gallus, Provinciç Lugdunenſis, Sacræ Theologiæ Profeſſor, Concionator egregius, in ſcientiis omnibus eruditus, ſuæ Provinciç Miniſter, ad idem munus per totum triennium ſecundò electus, plu-

plura ſcripſit, ſicuti ex relatis habemus, attamen ſtudens humilitati, ac humanæ gloriæ refuga ſolùm typis dari permiſit.

*Orationem funebrem in obitu D. de N.* Lugduni 1688.

C

COELESTINVS NIORTENSIS Gallus, Turonenſis Provinciç Concionator, in Theologia Polemica per djuturnam temporis exercitationem verſatus; quippe qui toto quadraginta annorum decurſu ſæpiſſimè Hęreticos, & eorum Miniſtros, tum in privatis colloquiis, tum in publicis diſputationibus acriter pro ſua, qua plurimùm valebat, doctrina, & eruditione confutaverit. In ſolemnibus illorum Comitiis, ſive (ut ipſi dicunt) Synodis, quæ quot annis celebrantur, *libello* typis mandato Pſeudo-Miniſtrorum turbam ad certamen de rebus fidei ſemper provocavit, quo quidem libello Fidei Catholicæ articulos validiſſimis rationibus confirmans, ſeſe unum omnibus objiciebat. Vir certè inconcuſſæ mentis, & conſtantis animi, cujus manus contra omnes, & manus omnium contra eum.

*Libelli ſupradicti, qui ad triginta, & amplius aſcendunt* impreſſi ſunt Pictavii partim apud Ioannem Fleuriau, & partim apud Amaſſard.

F

FRANCISCVS DE LANNION Gallus, Provinciæ Britanniç Concionator, Sacrę Theologiæ Profeſſor, ac Miniſter Provincialis; vir multiplicis eruditionis, & religioſæ vitæ titulis non incelebris; Edidit Gallicè, ac prælis dari permiſit.

*Orationem funebrem in obitu N. de N.*

FRANCISCVS MARIA DE CAPELLIS Bononienſis, ejuſdem Provinciæ Concionator non vulgaris notæ, quem celebriores Italiæ Civitates cum jucunditate, & fructu audierunt; quique ad munia potiora ſuæ Provinciæ non ſemel obeunda fuit promotus, ad majorem Sacerdotum commoditatem compoſuit Opuſculum hac notatum Epigraphe.

*Circulus Aureus, ſeu Breve Compendium Cęremoniarum, & Rituum &c.* & fuit multoties impreſſum Bononiæ, Mediolani, & ultima editio, quæ eſt XIX, facta fuit Venetiis anno 1677. Tom. 1. in 8.

Inſuper edidit alia Opuſcula inſcripta.

*Mazzetto di fiori &c.* Eſt liber continens plures orationes, & exercitia ſpiritualia.

*Regole per ordinare un' Eſercitio Spirituale &c.* Ibidem in 8.

Prælis ſubmiſit etiam *nonnulla contra abuſum veſtitus mulierum mundanarum.*

GRE-

# APPENDIX

## G

GREGORIVS AVRELIANENSIS Gallus, vir admodum pius, Provinciæ Turonenſis Concionator, ac ſæpiùs Guardianus ſcripſit patrio Idiomate, ac publici juris fecit Opus.

*De Vita, & Martyrio Sancti Irenęi Martyris*, cujus corpus ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. D. Harduino Fortin de la Hoguette Pictavienſi Epiſcopo ſolemni pompa, & apparatu translatum eſt ad Eccleſiam Capucinorum Pictavienſium, anno 1681. Pictavii apud Ioannem Fleuriau 1681.

GVLIELMVS A' SANCTO SALVATORE Italus, Provinciæ Genuenſis Concionator doctus, eloquens, & eruditus, Sacræ Theologię Prælector, non ſemel Guardianus, bonarum litterarum, ac religioſarum virtutum cultor; Evulgavit Orationem, quam habuit in Civitate Caſalenſi in laudem Sancti Ludovici Regis Francorum ſub Titulo Italico.

*La Colomba Guerriera*. Ibidem apud Heredes de Martha anno 1690.

## I

ILLVMINATVS A' PANORMO Siculus, ex nobiliſſima Marinorum familia, qui adhuc in ſęculo degens munus Vicarii Generalis Archiepiſcopi Panormitani exercuit, & in Religione pluriès ad ſuæ Provinciæ, & totius Ordinis Diffinitoratum ſemel fuit aſſumptus, pręter ea, quę ab ipſo ſcripta ſuo loco recenſuimus, non ſine ingenti labore, & ſtudio ad inſtar Cardinalis Baronii confecit etiam

*Annales Eccleſiaſticos in duodecim Tomos in folio diſtributos*; qui ſeriò examinati, & approbati, erant ſub prælo Mediolani; ſed propter Auctoris obitum imperfecti in eadem Typographia remanſerunt. Conſervantur M. S. in noſtra Bibliotheca Panormitana. Hujus Auctoris meminit D. Auguſtinus Inveges lib. Nobilitatis Sicilię.

IOANNES BAPTISTA BITVRICENSIS Gallus, Provincię Turoniæ Concionator, pluriès Definitor, ac Miniſter Provincialis; vir candidis moribus prędítus, ſubtilitatis ingenii, multęque eruditionis, & doctrinæ laude commendatus; Edidit ſermone Gallico:

*L' Eloge funebre de Madame la Ducheſſe de Vendome*. Aurelianis apud Ægidium Hothot 1669. Latinè verò quendam infenſiſſimum Eccleſię Romanę adverſarium egregiè confutavit variis Opuſculis, quę pręlo data ſunt Turonibus apud Petrum Grippo. Illa verò ſic inſcribuntur:

*Reſponſio ad objectiones à quodam Excucullato contra Fidem Catholicam propoſita*.

*Iteratata Reſponſio, qua Excu-*

cullati

*cullati pertinacia retunditur.*

*Galli cantus, ſive, Reſponſio ad aliam Epiſtolam Excucullati.*

## N

NATALIS TAILLEPIED Gallus. Hic, cùm in Sacro Minorum de Obſervantia Ordine magno cum ſpiritus fervore, omniumque virtutum laude per aliquot annos verſatus fuiſſet, & Ppiloſophicas, Theologicaſque Facultates publicè profeſſus, Doctor Pariſienſis fuiſſet declaratus, ſanctioris, ac aſperioris vitæ ſtudio incenſus ad Capucinos migravit; inter quos præclaris vitæ, ac doctrinæ ſplendoribus, quoad vixit, ſemper enituit; Scripſit, & typis dedit teſte Vvaddingo:

*Commentarium in Threnos Ieremiæ*. Pariſiis 1588.

*Vitam Martini Lutheri, Andreæ Caroloſtadii, & Petri Martyris*. Ibidem 1577.

*Tractatum de anno Iubilæi, & de Indulgentiis*. Ibidem.

*Antiquitates Rothomagenſis*. Ibidem. Præter iſta Opera à Vvaddingo recenſita Scripſit:

*Theſaurum Eccleſiæ Catholicæ*.

*Vitam Druidarum Eubaſiorum Sarroidarum &c.*

Obiit Andegavi (vulgò *Angers*) in Provincia Turonenſi anno 1589. ſepultuſque fuit in Ædicula Sancto Spiritui ſacra intra muros dictæ Vrbis, eò quia nondum abſoluta erat ſtructura Conventus Capucinorum. Vide Ioannem Hiret de Antiquitatibus Andegavenſibus fol. 510.

## P

PETRVS FRANCISCVS GENVENSIS, ejuſdem Provinciæ Concionator, Moralis Theologiæ Profeſſor; plurium Conventuum Præfectus, vir ingenioſus, ac doctrinis variis excultus, luculenti calamo, ſervato ſenſu, proprietateque verborum vertit ex Hiſpanico in Italicum Idioma Opera Venerabilis Matris Mariæ à Ieſu Abbatiſſæ &c. quæ omnia parata pro prælo ſumma cum omnium expectatione in dies lucē aſpicient, & habent pro Titulo.

*Miſtica Città di Dio, miracolo della ſua onnipotenza, & abiſſo della Gratia. Hiſtoria Divina, e vita della Vergine Madre di Dio Reina, e Signora noſtra Maria Santiſſima, riſtoratrice della colpa di Eva, e mediatrice della gratia manifeſtata in queſti ultimi ſecoli dalla medeſima Signora alla ſua ſchiava Suor Maria da Gieſù Badeſſa nel Convento dell' Immacolata Concettione della Villa di Agreda della Provincia di Burgos della Regolare Oſſervanza del noſtro Padre S. Franceſco, a comunicare nuova luce al Mondo, allegrezza alla Chieſa Cattolica, e fiducia a' Mortali, diviſa in tre Tomi in foglio.*

# INDEX
## Omnium Materiarum

### *In Sacram Scripturam in Genere.*

BArtholomęi de la Haye. *Summa Bibliorum, & Millelоquium.*
Benedicti Pariſini. *Scientia Univerſalis S. Scripturæ.*
Cœleſtini à Monte Marſano. *Clavis David aperiendæ Scripturæ.*
Franciſci Titelmani. *Annotationes in S. Scripturam.*
Pauli Mariæ Clavarenſis. *Index in omnes Verſiculos S. Scripturæ.*

### In Iudices.

Thomæ Calonæ. *Commentaria litteralia, & Moralia.*

### In Iob.

Archangeli Anicienſis. *Commentaria Moralia.*
Franciſci Titelmani. *Elucidatio Paraphraſtica.*
Iacobi Bolducii. *Commentaria Litteralia, & Moralia.*

### In Pſalmos.

Benigni Lhorani. *In Pſalmum 118.*
Bonaventuræ à Monteregali. *Paraphraſes, & Annotationes.*
Bernardi Lanterii. *In Pſalmum Eructavit cor meum &c.*
Franciſci Titelmani. *Paraphraſes, & Commentaria.*
Pauli Lantiniaci. *In Pſalm. 71. Deus Iudicium tuum &c.*
Raphaelis de Surdis. *Paraphraſes.*
Remigii Bergomenſis. *In Pſalm. 118.*
Vincentii à Caravagio. *Expoſitio in Pſalmos Defunctorum.*

### In Eſther.

Leandri de Murçia. *Commentaria Moralia.*

### In Cantica.

Bartholomæi de la Haye. *Commentaria.*
Franciſci Titelmani. *Expoſitio Litteralis, & Moralis.*
Leandri Divionenſis. *Expoſitio Myſtica.*

### In Iſaiam.

Alphonſi Lupi. *Commentaria.*
Franciſci à Montepolitiano. *Annotationes.*

### In Ieremiam.

Auguſtini à Vigueria. *Expoſitio in Threnos.*
Franciſci à Montepolitiano. *Annotationes.*
Procopii Brandeburgenſis. *Expoſitio in Threnos.*
Natalis Taillepied. *Commentarium in Threnos.*

## In Ezechielem.

Antonii Mariæ Schirlæi. *Expoſitio*.

Franciſci à Montepolitiano. *Annotationes*.

Laurentii Brunduſini. *Annotationes*.

Michaelis Neapolitani. *Annotationes*.

## In Prophetas Minores.

Thomæ Calonæ. *Commentaria Moralia*.

## In Ionam.

Ioannis de Antiquera. *Commentaria*.

## In Oſeam.

Franciſci de Franchis. *Oſeas Enucleatus*.

## In Evangelia.

Alphonſi Carnotenſis. *Demonſtrationes Evangelicæ*.

Bartholomæi de la Haye. *Expoſitiones*.

Franciſci Titelmani. *Commentaria Litteralia*.

Georgii Ambianenſis. *In Evangelia*.

Henrici Seynenſis. *Annus Eccleſiaſticus*.

Marcellini de Piſe. *Commentaria Moralia*.

Petri Rotæ. *Annotationes Morales*.

Turriani de Fieurè. *Theſaurus Concionatorum*.

## In Epiſtolas D. Pauli.

Amadei Bajocenſis. *Paulus Eccleſiaſtes*.

Bartholomęi de la Haye. *Commentaria*.

Franciſci Titelmani. *Elucidationes*.

Georgii Ambianenſis. *Commentaria Litteralia, & Moralia*.

## In Epiſtolas DD. Petri, & Iudæ Apoſt.

Bartholomęi de la Haye. *Expoſitio Moralis*.

Iacobi Bolducii. *Annotationes*.

## In Apocalypſim.

Epiphanii de Moyrans. *Commentaria Litteralia*.

Franciſci Titelmani. *Annotationes*.

Hippolyti Brixienſis. *Expoſitio Myſtica*.

Iacobi de Bordes. *Elucidatio Paraphraſtica*.

Mathiæ Bellintani. *Expoſitio Moralis*.

## Theologia Scholaſtica.

Bartholomęi à Caſtro Vetro. *Curſus Theologicus*.

Bernardini de Balbano. *De Prædeſtinatione*.

Bernardini Rhegienſis *Comment. in Scriptum Oxonienſe*.

Caroli Ioſephi Tricaſſini. *De Prædeſtinatione, & Gratia*.

Didaci de Quiroga. *De Auxiliis D. Gratiæ*.

Franciſci Coriolani. *Summæ*


*Theo-*

*Theologica.*

Franciſci Mazzarienſis. *Lectiones Theologicæ.*

Gervaſii Briſacenſis. *Curſus Theologicus.*

Hieronymi Dinami. *De Prædeſtinatione.*

Hieronymi Piſtorienſis. *De Prædeſtinatione.*

Iacobi de Chevanes. *De Santiſſima Euchariſtia.*

Io: Franciſci Calaritani. *De Santiſſimæ Trinitatis Myſterio.*

Io: Mariæ Zamorræ. *De Deo Trino, & Vno.*

Ivonis Pariſienſis. *Theologia Naturalis &c.*

Ludovici Caſpenſis. *Curſus Theologicus.*

Ludovici Dolani. *De Auxiliis D. Gratiæ.*

Marcelli Regienſis. *Bonaventura Redivivus.*

Marci à Baudunio. *Paradiſus Theologicus.*

Marci Antonii Gallitii. *Commentaria Theologica.*

Mariani ab Alcamo. *Elucidatio in primam P. D. Thomæ.*

Martini de Torrecilla. *Curſus Theologicus.*

Michaelis à Caſtro franco. *Lectiones Theologicæ.*

Michaelis Hiſpani. *De Prædeſtinatione.*

Octavii Vvorſt. *Curſus Theologicus.*

Pauli ab Offida. *Theologia.*

Petri Trigoſii. *Commentaria in D. Bonaventuram.*

Raphaelis de Clayes. *Veritates Theologicæ.*

Raphaelis Melitenſis. *In libros Sententiarum.*

Theodori Foreſtii. *Diſputationes de SS. Trinitatis Myſterio.*

Valeriani Magni. *Organum Theologicum.*

## Theologia Moralis.

Alphonſi Lupi. *Summa Caſuum Conſcientiæ.*

Angeli à Montecalerio. *Reſolutiones Regulares.*

Bartholomæi de Vecchis. *Praxis Novitiorum.*

Bonagratiæ Habſenſis. *Quæſtiones Morales.*

Bonaventuræ ab Occimiano. *Reſolutiones Morales.*

Caroli Abbavillæi. *De Sacramento Matrimonii.*

Caroli à Cremona. *Quæſtiones Morales.*

Cypriani Crouſers. *Lectiones Pareneticæ.*

Cyrilli Bergomenſis. *De Legatis Defunctorum.*

Eligii Baſſei. *Flores totius Theol. Moralis.*

Franciſci à Coriolano. *De Caſibus reſervatis.*

Franciſci Mariæ Philamarini. *De Divinis Revelationibus.*

Gaudentii Brixiani. *Theologia Moralis.*

Geſualdi de Bononiis. *Curſus totius Theol. Moralis.*

Gregorii Salmaticenſis. *Compendium totius Theol. Moralis.*

Hyacinthi Caſalenſis. *De paupertate religioſa.*

Iacobi de Corella. *Praxis Confeſſionis Sacram.*
Iacobi Melphictenſis. *In Præcepta Decalogi.*
Iacobi Raggii. *De regimine Regularium.*
Ioannis à Fano. *De Paupertate Fratrum Minorum.*
Gaſparis Mergentheimenſis. *De regimine Regularium.*
Io: Franciſci Rhemenſis. *Director pacificus Conſcientiarum.*
Io: Franciſci Brixiani. *Inſtructiones morales.*
Lucæ Calesbitani. *Summa Lucana de caſibus conſcientiæ.*
Leandri de Murçia. *Quæſtiones morales.*
Marci à Baudunio. *Theologia moralis.*
Marci Antonii Gallitii. *Quæſtiones morales.*
Martini à Torrecilla. *Quæſtionum moral. tom. 3.*
Michaelis de Caſtro franco. *Tractatus de cambiis, & vſuris.*
Petri Calixti Campeti. *De Præceptis, & cenſuris.*
Philippi à Fulginio. *Quæſtiones regulares.*

## Theologia Parænetica.

Alberti Bergomenſis. *Sermones varii.*
Angeli Mariæ Marcheſini. *Sermones, & Conciones.*
Alphonſi Lupi. *Conciones, & Sermones.*
Alphonſi de Sciatres. *Conciones.*
Amadei Bajocenſis. *Paulus Eccleſiaſtes.*
Anſelmi Lexovienſis. *Conciones.*
Anſelmi Monopolitani. *Conciones Apoſtolicæ.*
Antonii Naccariæ. *Conciones variæ, & Sermones.*
Auguſtini Narbonenſis. *Conciones totius anni.*
Barnabę Neocaſtenſis. *Conciones.*
Bonaventurę Caſalenſis. *Conciones.*
Bonaventurę Lingonienſis. *Paradiſus Temporis.*
Bonaventurę à Recineto. *Conciones Apoſtolicæ.*
Brunonis Neoſtadienſis. *Conciones per annum.*
Caroli Hidelſienſis. *Conciones totius anni.*
Conradi Salysburgenſis. *Conciones per totum annum,*
Didaci Toletani. *Sermones de Sanctis.*
Dionyſii Luxemburgenſis. *Conciones per annum.*
Felicis Pampelonenſis. *Conciones variæ.*
Florentii Mechlinienſis. *Cornucopia Concionatorum.*
Franciſci à Sexto. *Sermones morales, ad Novitios, & 40. Horar.*
Franciſci Toloſani. *Conciones pro Miſſionariis tom. 8.*
Franciſci Ioſeph ex Buſmacheuſen. *Conciones variæ.*
Franciſci Mariæ Caſſini. *Conciones variæ.*
Franciſci Mariæ Senegienſis, *Conciones de Tempore.*
Gregorii Angelerii. *Conciones de Chriſti Sanguine.*
Heliodori Pariſini. *Evangelium* *Mun-*

*Mundi*.

Henrici Seynenſis. *Annus Eccleſiaſticus*.

Hieronymi à Calataniſſeta. *Conciones*.

Hieronymi Narnienſis. *Conciones Apoſtolicæ*.

Hieronymi Piſtorienſis. *Conciones de Prædeſtinatione*.

Hieronymi Trhaiaæ. *Conciones 40. Horarum*.

Iacobi de Bordes. *Conceptus morales*.

Ioannis Gubitoſæ. *Conciones Quadrageſimales*.

Ioannis à Montecalerio. *Conciones ad Prælatos*.

Ioſephi Barcinonenſis. *Sermones varii*.

Ioſephi Pariſini. *Monita ad moniales*.

Ioannis Gaſparis Mergentheimenſis. *Conciones per annum*.

Laurentii Lucenſis. *Conciones Quadrageſimales*.

Leandri Divionenſis. *Veritates Evangelicæ*.

Leandri de Valentia. *Sermones Diverſi*.

Luciani Montisfontani. *Conciones per totum annum*.

Marcellini de Piſe. *Enciclopœdia Sacra*.

Marci ab Aviano. *Enormitas, & gravitas peccati*.

Marii Bignoni. *Conciones per annum*.

Martini Cochemii. *Sermones de S. Antonio Paduano*.

Mauri à Grieskirch. *Conciones per totum annum*.

Mauri à Valentia. *Conciones per Quadrageſimam*.

Michaelis à Caſtro franco. *Conciones variæ*.

Nicolai Lucenſis. *Conciones per annum, & de Sanctis*.

Nicolai Divionenſis. *Conciones per totum annum*.

Octavii Vvorſt. *Conciones per totum annum*.

Pauli Lantiniaci. *Dies Divini, & Sermones*.

Petri Rotæ. *Sermones, & Conciones per totum annum*.

Procopii Brandeburgenſis. *Conciones diverſi generis n. 2090*.

Remigii de Bozolo. *De Sacris Stigmatibus S.P.N. Franciſci*.

Theodori Brunovienſis. *Conciones Quadrageſimales*.

Thomæ Taurinenſis. *Conciones aliquot de Sanctis*.

Valentini Nannetenſis. *Conciones per annum*.

Zachariæ Mediolanenſis. *Sermones 40. Horarum*.

## Theologia Carethica.

Alberti Felicis Pariſini. *Conferentiæ Catholicæ*.

Andeoli Lictavienſis. *Inſtructiones Catholicæ fidei*.

Angeli Valeſienſis. *Inſtructio Exercitior. fidei*.

Antonii ab Alicante. *Inſtructiones fidei*.

Antonii Mariæ Prodromontani. *Catechiſmus fidei*.

Archangeli de Ripaut. *Inſtructiones Catholicæ veritatis*.

Baſilii Pariſini. *Diarium Catholicum*.

cum.
Gregorii Lugdunenſis. *Catechiſmus Theologicus*.
Gregorii Neapolitani. *Enchiridion Catholic.*
Henrici Abbavillæi. *Catechiſmus fidei*.
Honorati de Champigny. *Academia Catholicæ fidei*.
Hyacinthi Pariſienſis. *Catechiſmus fidei*.
Hyacinthi à Vetralla. *Catechiſmus Catholicus*.
Iacobi Melphictenſis. *Inſtructiones in præcepta Decalogi*.
Io: Baptiſtæ à S. Aniano. *Catechiſmus*.
Io: Franciſci Poloni. *Directorium fidei*.
Iuſtiniani Turonenſis. *Catechiſmus Catholicus Arabicus*.
Mariani Genuenſis. *Doctrina Chriſtiana*.
Mauritii Gambonni. *Catechiſmus Catholicæ fidei*.
Pauli Ambianenſis. *Methodus Catholica*.
Pauli Lantiniaci. *Exercitia Methodica fidei*.
Petri Calixti Campeti. *Paſtor Catholicus*.
Philippi Ribotti. *Explicatio doctrinæ Chriſtianæ*.
Silveſtri à S. Aniano. *Theſaurus Doctrinæ Chriſtianæ*.
Spiritus de Balma. *Catechiſmus*.

## Theologia Polemica.

Adeodati Paſini. *Contra Ioannem Molinæum*.
Alexandri Cadomensis. *Contra Calviniſmum*.
Andeoli Lictaviensis. *Controverſiæ*.
Angeli Inſulensis. *Controverſiæ Catholicæ fidei*.
Angeli de Raconis. *Excitatorium Catholicum*.
Anſelmi à Foroarquivio. *Controverſiæ*.
Archangeli Anicienſis. *Controverſiæ*.
Bonaventuræ Carpenctoratenſis. *Compendium Controverſiarum*.
Danielis à S. Severo. *Chriſtomachia Expugnata*.
Dionyſii de Rives. *De Primatu Summi Pontificis*.
Franciſci Poloni. *Reſponſiones variæ*.
Georgii Archangeli Leslęi. *De Poteſtate Rom. Pontif.*
Gratiani Monfortii. *Tarantula Simiæ Geneuenſis*.
Hyacinthi Pariſienſis. *Controverſiæ*.
Iacobi Bolducii. *De Oggio Chriſtiano*.
Ioannis Baptiſtæ Bituricenſis. *Contra quendam Excucullatum*.
Ioannes à Syderno. *Contra errores Armenorum*.
Irenæi Avallonenſis. *Controverſiæ*.
Iſidori Niortenſis. *Controverſiæ*.
Ivonis Pariſienſis. *Opera varia*.
Marcellini à Montemarſano. *Reſponſiones variæ*.
Martini de Torrecilla. *Controverſiarum tom. I.*
Mathæi Quintaniensis. *De ſtatu Eccleſiæ ſecundum varias ætates*.

Mi-

Michaelis à Caſtro-franco. *Opera omnia contra Hæreticos.*

Michaelis Angeli Rothomagenſis. *Controverſiæ.*

Nicolai Asboldi. *De auctoritate, & poteſt. Summi Pontificis.*

Nicolai Divionenſis. *Contra Michaelem de Molinos.*

Octavii Vvorſt. *Contra appellantes ad Concilium à Summo Pontifice; & contra omnes Hæreſes, & doctrinas erroneas.*

Philippi Ribotti. *Diſputatio Catholica.*

Raphaelis Dieppenſis. *Controverſiæ Catholicæ.*

Valeriani Magni. *De Regula Credendi.*

Zachariæ Boverii. *Demonſtrationes Catholicæ.*

Zachariæ Lexovienſis. *Ianſeniſme Demaſquè.*

## Theologia Aſcetica, ſeu Myſtica.

Alexii Segalæ. *Opera omnia.*

Alphonſi Zunheruſani. *De Paſſione Domini.*

Angelici ab Allegro. *Chriſtianus perfectus.*

Anſelmi de Raſet. *Conferentię Spirituales.*

Antonii Pariſini. *Genius hominis perfecti.*

Archangeli Alarconii. *Opera ſpiritualia.*

Arnandi Gandenſis. *Oratorium Religioſorum.*

Athanaſii Dilingani. *Gemitus Compeditorum.*

Baſilii Pariſini. *Opera varia.*

Benedicti Burdigalenſis. *De Paſſione Domini.*

Benedicti Canfeldenſis. *Regula perfectionis.*

Benedicti Gualdini. *Opera omnia.*

Bernardini à Balbano. *Opera omnia.*

Bernardini Palladii. *Exercitia ſpiritualia.*

Bernardini Pariſini. *Opera ſpiritualia.*

Bonaventuræ de Spechaert. *Speculum Patientiæ.*

Caroli Boulanger. *Opuſcula ſpiritualia.*

Cęleſtini à Montemarſano. *Enchiridion Theolog. Myſticæ.*

Clementis à Iuliano. *Guida ſpirituale.*

Cornelii Caſtelucii. *Iacula Divini amoris.*

Cypriani Gammachenſis. *Opuſcula ſpiritualia.*

Cyrilli Bergomatis. *De perfectione acquirenda.*

Dionyſii Beterræ. *Monita Chriſtiana.*

Dionyſii à Montefalchio. *Ars Vnionis cum Deo.*

Epiphanii de Moyrans. *Theologia Myſtica.*

Franciſci Andegavenſis. *Opera ſpiritualia.*

Franciſci à Bagnone. *Opera ſpiritualia.*

Franciſci Barbarani. *Directorium vitæ ſpiritualis.*

Franciſci Ioſephi ex Buſmanſcheuſen. *Opera ſpiritualia.*

Franciſci Æluni. *Circulus Divini amo-*

*amo-*

*amoris*.

Franciſci Gritti. *Piæ meditationes*.

Franciſci Mauſolenſis. *Opera ſpiritualia*.

Franciſci Nugentii. *Secreta Itinera Orationis*.

Franciſci Poloni. *Exercitia ſpiritualia*.

Franciſci Titelmani. *Opera varia ſpiritualia*.

Gaſparis de Vianna. *Lux lucens in tenebris*.

Goſuvinus à Monaſterio. *Exercitia pietatis*.

Gregorii Neapolitani. *Enchiridion vitæ ſpiritualis*.

Heliodori Pariſini. *Theologia Myſtica*.

Hieronymi de Balbaſtro. *Errores ſpirituales*.

Hieronymi Melphictenſis. *Dialogi Divini amoris*.

Hieronymi à Segobria. *Navigatio tuta in Cælum*.

Honorati de Champigny. *Academia ſpiritualis*.

Hyacinthi Ambianenſis. *Opera ſpiritualia*.

Hycinthi Caſalenſis. *Cenſor Chriſtianus*.

Iacobi Auguſtodunenſis. *Perfectio Chriſtiana*.

Iacobi Melphictenſis. *De mortificatione carnis*.

Ignatii de Carnago. *Paradiſus Religioſorum*.

Ioannis à Fano. *Ars unionis cum Deo*.

Ioannis Faſſatii. *De Divino amore*.

Io: Baptiſtæ Hoſtienſis. *Dialogi ſpirituales*.

Io: Evangeliſtę Sylvaducenſis. *Opera ſpiritualia*.

Io: Franciſci Rhemenſis. *De exercitio Præſentiæ Dei*.

Ioſephi Dabernæ. *Opera ſpiritualia*.

Iſidori Legionenſis. *Theologia Myſtica*.

Ivonis Pariſini. *Opera varia*.

Ioſephi Mariæ à Sancto Stephano. *Adorator perfectus*.

Iuvenalis Annanienſis. *Opera ſpiritualia*.

Laurentii Pariſini. *Palatium Divini amoris*.

Leonis Vannetenſis. *Secunda Nativitas Ieſu Chriſti*.

Ludovici Franciſci Argentanenſis. *Exercitia Chriſtiani interioris*.

Luciani Soncini. *Exercitia ſpiritualia*.

Mariani Mullibonenſis. *Meditationes de Paſſione Domini*.

Marini de Calvaceſio. *Lectiones* 30. *de Vita Ieſu Chriſti*.

Martialis Stampenſis. *Opera varia ſpiritualia*.

Martini Cochemii. *Opera omnia*.

Mauri à Grieskirch. *Horologium Excitatorium Myſticum*.

Maximiliani Degendorfenſis. *Exercitia ſpiritualia*.

Michaelis Angeli de Bargon. *Opera omnium ſpiritualia*.

Michaelis Angeli de Gueren. *Greſſus Animæ devotæ*.

Michaelis Angeli Tapin. *Exercitia devotionis*.

Mi-

Michaelis Angeli Veneti. *Faſciculus myrrhæ; &c.*

Nicandri Garrigæ. *Meditationes.*

Nicephorus à Ponte. *De Oratione mentali.*

Nicolai Lucenſis. *Mortalis vitæ Remigium.*

Nicolai Divionenſis. *Spiritus Chriſtiani, Eccleſiaſtici, & Religioſi.*

Othomari Trajectenſis. *Opera ſpiritualia.*

Pacifici Portellii. *Praxis Animæ devotæ.*

Pauli Lantiniaci. *Meditationes per totum annum, & alia.*

Pauli Manaſſçi. *Paradiſus interior.*

Pauli à Monteacuto. *Dies Divini.*

Petri Alenconienſis. *De mortificatione hominis interioris.*

Petri de Aliaga. *Exercitia ſpiritualia.*

Petri de Puy. *Patronus Divinæ Iuſtitiæ.*

Petri Pauli Maſſilienſis. *Canones Divini amoris.*

Petri Pictavienſis. *Giorno miſtico.*

Petri Benedicti de Vrbino. *Vita Religioſa nel ſecolo.*

Philippi Engoliſmenſis. *Opera omnia ſpiritualia.*

Raphaelis Nannetenſis. *Exaltatio Coronæ Domini.*

Raymundi Avenionenſis. *Virgilius Chriſtianus.*

Rogerius Tiphernenſis. *De Doloribus IESV Chriſti.*

Sebaſtianus Sylvanectenſis. *Philoſophia Contemplantium.*

Seraphini de Figueras. *Lux Clara lucens in tenebris.*

Seraphini de Melatio. *Viaggio ſicuro al Cielo.*

Sigiſmundi Brixienſis. *Exercitia ſpiritualia.*

Silveſtri à Placentia. *De præparatione ad S. Euchariſtiam.*

Silveſtri Roſcianenſis. *De duodecim effuſionibus ſanguinis IESV Chriſti.*

Silveſtri à S. Aniano. *Manuale SS. Orationum.*

Simonis de Bourg. *De Theologia myſtica.*

Sylvii ab Oſtabich. *De Oratione mentali.*

Theodori Brunovienſis. *Convivium animæ.*

Thomæ Bergomenſis. *Opera ſpiritualia.*

Valerii Veneti. *Eremitorium ſacrum, & meditationes.*

Valeriani Divionenſis. *Clypeus Patientiæ.*

Verani Cabillonenſis. *De Oratione mentali.*

Victoris Gelenii. *Theologia myſtica.*

Zachariæ Lexovienſis. *Philoſophia Chriſtiana*

Zachariæ Mediolanenſis. *Inſtructiones Religioſæ.*

Zachariæ Rhendannæ. *Exercitia ſpiritualia.*

Zachariæ Vlyſſiponenſis. *Opera ſpiritualia.*

Zenonis Bergomenſis. *Exercitia Religioſa.*

## Theologia Exemplaris de B. Virgine.

Alexii Segalç. *Ars colendi, & aman-*

*amandi B. Virginem.*

Alexii Monfortis. *Miracula Beatiſs. Virg.*

Andeoli Lictavienſis. *De Protectione Beatiſs. Virg.*

Angelici Spadaforæ. *Vnigenita Gratiæ MARIA.*

Antonii Chierenſis. *De Doloribus Beatiſs. Virg.*

Archangeli Alarconii. *De excellentiis Beatiſs. Virg.*

Archangeli de Ripaut. *Progreſſus animæ in amore B. Virg.*

Balthaſaris Rhegiēſis. *De Conceptione Beatiſs. Virg.*

Bartholomęi de la Haye. *Trjumphus B. Virg*

Bernardini à Balbano. *De Vita B. Virg. MARIÆ.*

Bernardini Pariſini. *De Cœleſti amore B. Virg.*

Bernardi Roberti. *Itinerarium Animæ ad Palm. Virgin.*

Brunonis Pactenſis. *De Immacul. Concep. B. V.*

Cęleſtini Bergomenſis. *De Patrocinio B. V. M.*

Claudii Franciſci Maiſtre. *Breviarium Hiſtoricum B. V.*

Dominici à Buſchetto. *De Invocatione B. Virg.*

Eugenii Gandenſis. *De Laudibus B. Virg.*

Fauſtini Gedeoni. *Septizonium Marianum.*

Florentii de Hanſuich. *Cornucopia Mariana.*

Franciſci Coriolani. *De Myſteriis B. Virg.*

Franciſci Titelmani. *De excellentiis B. Virg.*

Franciſci Ioſeph à Buſmanſcheuſen. *Affectus erga B. V.*

Franciſci Mariæ Giancardi. *De B. V. Opuſcula varia.*

Franciſci Mariæ Pagnotii. *De Trjumphis B. V.*

Hieronymi à Mondulpho. *De B. Virg. Lauretana.*

Hieronymi à S. Georgia. *De excellentiis B. V.*

Ignatii à Carnago. *Civitas Refugii &c.*

Ioannis Bellotti. *Decachordum Virgineum.*

Io: Franciſci Turrii. *Anagrammata Virginea.*

Io: Gaſparis Mergentheimenſis. *Conciones Marianæ.*

Io: Mariæ Zamorrę. *De Eminentiſſima Virginis perfectione.*

Iuliani Biſuntini. *De miraculis B. Virg.*

Iuſti Bonæfidei. *Devotiones Marianæ.*

Iuſti à Monteulmo. *Hymni ſacri de B. Virgine.*

Ludovici Lucernenſis. *Corona Lauretana.*

Ludovici Franciſci Argētanenſis. *Conferentiæ ſpirituales de B. V.*

Marcellini de Piſe. *Homiliæ de Beatiſs. Virg. MARIA.*

Marci Antonii Gallirii. *De Immaculata Concept. B. V.*

Marii à Foroſarzinio. *De Laudibus B. Virg.*

Mariani ab Alcamo. *Stellarium B. V. M. & alia opuſcula.*

Martialis Stampenſis. *De Miraculis B. V. M.*

Mathiæ Veneti. *De Laudibus*

Bea-

*Beatiſs. Virg.*

Michaelis Angeli Veneti. *De doloribus B. Virg.*

Nicolai Divionenſis. *Sermones de B. Virg.*

Nicolai Lucenſis. *Cynoſura Mariana.*

Octavii Vvorſt. *Maria Liber ſignatus.*

Ogerii Flokin. *De Immaculata Concept. B. Virg.*

Oneſymi de Khien. *Paradiſus Virginalis.*

Pauli Mariæ Clavarenſis. *Amalthea Mariana.*

Petri ab Alaxio. *B. Virgo in S. Geneſi figurata.*

Petri Citi. *De B. Virgine ſagittata.*

Philippi Ribotti. *De Salutatione Angelica.*

Procopii Brandeburgenſis. *Mariale.*

Ruffinus à S. Gaudentio. *De Beata Virgine.*

Salvator Sardus. *Coronæ ſpirituales Beatiſs. Virg.*

Thomæ Galiardi. *Il Diamante di Maria.*

Thomæ Tiphernenſis. *Corona B. Virg.*

## Vitæ Sanctorum, & aliorum Virorum Illuſtrium.

Angeli à Comitibus. *Vitæ Sanctorum Civit. Tiphernenſis.*

Anonymi Bohemi. *Vita P. Valeriani Magni Capuc.*

Anonymi Galli. *Vita B. P. N. Franciſci.*

Antonii Caputi. *Vita S. Febroniæ virg. martyr. & P. Archangeli Scoti.*

Balthaſaris Rhegienſis. *Vitæ omnium Regum Galliæ.*

Bartholomei Bergomenſis. *Vita P. Laurentii Vlmi Capuc.*

Benedicti Mediolanenſis. *Vita V. F. Bernardi à Corleone.*

Bonaventuræ de Rhegio. *Vita Fr. Bonaventuræ Rhegini.*

Bonaventuræ Zampizoni. *Vitæ SS. Margaritæ, Ceciliæ, & Catharinæ.*

Caroli Bruxellenſis. *Flores Seraphici Virorum Illuſtrium.*

Caſimiri Toloſani. *Vita P. Io: Baptiſtæ Eſtenſis, & Iacobillæ de Bachelier.*

Cherubini Nicienſis. *Vita V. P. Petri Nicienſis.*

Chriſtophori Verrucchini. *Vitæ Sanctorum Eccleſiæ Verruchinæ, & Beatarum aliarum Virg. Ordin. Minor.*

Cœleſtini Bergomenſis. *Vitæ SS. Eccleſiæ Vergomenſis, & SS. Firmi &c. & S. Patritii.*

Dorothæi Aquenſis. *Vita S. Mariæ Magdalenæ.*

Eugenii Gandensis. *Vita Domini Philippi Trieſtii.*

Fauſtini Dieſtenſis. *Vita P. Archangeli Scoti.*

Franciſci Andegavenſis. *Vita P. Ioſephi Pariſini.*

Franciſci Barbarani. *Vita SS. Eccleſiæ Vicentinæ.*

Franciſci Poloni. *Vita S. Antonii de Padua.*

Franciſci à S. Severino. *Vita F. Ieremiæ à Vallacchia.*

Franciſci à Sexto. *Vita P. Zachariæ Boverii.*

Franciſci Toloſani. *Vitę Dominę de Laſtenna.*

Franciſci Mariæ Gioiæ. *Vita P. Antonii Laudati.*

Gregorii Salini. *Vita S. Vlderici Confeſſoris.*

Henrici Caletani. *Vita P. Honorati de Champigny.*

Hieronymi de Alicante. *Vitę Omnium Regum Hiſpaniarum.*

Ignatii de Cambis. *Vita S. Mariæ Magdalenæ.*

Ioachimi de Monteſaliſco. *Vita S. Margaritæ V. & M.*

Ioannis Gubitolæ. *Vita S. Margaritæ Reginæ Scotiæ.*

Ioannis de Sextola. *Vita P. Io: Baptiſtæ Eſtenſis.*

Io: Baptiſtæ de Caſalet. *Vitæ omnium Regum Galliæ.*

Io: Baptiſtæ Oſtienſis. *Vita B. Felicis à Cantalicio.*

Io: Baptiſtæ à Peruſio. *Vita B. Felicis à Cantalicio.*

Io: Baptiſtæ Pinnardi. *Vita V. P. Franciſci Bergomenſis.*

Leandri Mediolanenſis. *Vita V. M. Veronicæ Calcaterræ.*

Leonardi Aquiſgranenſis. *Vita V. M. Io: Franciſcæ Prioriſſæ Cœleſtinarum.*

Lucæ Pariſienſis. *Vitæ virorum Illuſtrium Galliæ.*

Marcellini de Piſe. *Vita Vrbani PP. 8. & P. Hieronymi Narnienſis.*

Marci à Baudunio. *Vita D. Marthæ d'Oranzon, & Agnetis de Anguillon. Capucin.*

Martini Cochemii. *Vita S. Amoris Conf. & S. Barbaræ.*

Michaelis de Bagnones. *Vita D. Margaritæ de Meſples.*

Obitii Brixienſis. *Vitæ Sanctor. Eccleſiæ Brixienſis.*

Petri Giannolii. *Vita B. Beatricis, & S. Contardi Eſtenſium.*

Petri Quintinopolitani. *Vita SS. Benedictæ Oniacenſis, Domitii, & Vlphi.*

Philiberti de Bonaville. *Vita S. Franciſci de Sales.*

Remigii à S. Romulo. *Vita S. P. N. Franciſci.*

Sebaſtiani Sylvanectenſis. *Vit. BB. Coletæ, & Paſſitheæ Virg.*

Seraphini Eſquiros. *Sanctuarium Eccleſiæ Calaritanæ.*

Sigiſmundi à S. Mauritio. *Vitæ SS. Sigiſmundi Regis, & Mauritii &c.*

Silverii Abbavillæi. *Vita B. Coletæ Virginis.*

Sixti Pariſienſis. *Vita Fr. Bernardi à Corleone.*

Thomæ à Gualdo. *Vita, & miracula S. P. N. Franciſci.*

Turriani de Fieurè. *Legendarium vitæ Sanctorum per annum.*

Zachariæ Barberii *Vita P. Antonii à Mutina, & P. Innocentii à Calatayerone Generalium FF. Capucinorum.*

Zachariæ Boverii. *Vitæ virorum illuſtrium Capucinorum.*

## Theologia Poſitiva.

Aloyſii de Caſarano. *Ariadnæ Prælatorum.*

# MATERIARVM.

Angeli de Montecalerio. *De Iudiciis Regularium.*

Bartholomæi de Vecchis. *Praxis pro admittendis Novitiis.*

Bernardini Aſtenſis. *Iudicium de Minorit. Pallii uſu.*

Cęleſtini Bergomenſis. *De Privilegiis mendicantium.*

Didaci Sgroy. *Lux Prælatorum.*

Dominici Pampelonenſis. *Allegationes variæ in Iure Canonico.*

Eliſei ab Oriano. *De Iudiciis Regularium.*

Franciſci à Coriolano. *De Iudicio Regulari.*

Franciſci Foreſtii. *Praxis Iudicialis pro Regularibus.*

Gregorii de Rives. *Concilia omnia cum notis.*

Hieronymi à Sorbo. *De Privilegiis Regularium.*

Iacobi Raggii. *De Regimine Regularium.*

Leandri de Murçia. *Quæſtiones Regulares.*

Martini de Torrecilla. *De Ordine Iudiciorum Regularium.*

Michaelis Angeli Ariminenſis. *De Electionibus Regularium.*

Philippi de Bictis. *Praxis Cauſarum Iudicialium.*

Raphaelis Caſalenſis. *Conſulta varia Regularia.*

Sigiſmundi à Bononia. *De Electionibus Regularium.*

Spiritus de Boſcorogerio. *De Obſeſſis à Dęmone, & alia &c.*

Zachariæ Boverii. *De Iudiciis Regularium.*

## Hiſtorica, & Cronologa.

Alphonſi de Monteforti. *Hiſtoria Imag. B. V. de Gros.*

Antonii Laudati. *Hiſtoria Reginæ Singæ.*

Antonii Naccarię. *Hiſtoria de Peſtilentia Regni Neapolit.*

Antonii de Sarinena. *Compendium Hiſtoricum.*

Antonii Turritani, ſive de Saſſari. *Hiſtoria de Peſtilentia Sardiniæ.*

Bernardini à Collepetraccio. *Hiſtoria Capucinorum.*

Caroli Hidelſienſis. *Annales Provinciæ Coloniæ.*

Cęleſtini Bergomenſis. *Hiſtoria Civitatis Bergomenſis.*

Cęleſtini à Montemarſano. *Proſochronica S. Scripturæ.*

Dominici Interiani. *Genealogia familiæ Cybo.*

Epiphanii de Moyrans. *Hiſtoria Eccleſiaſtica.*

Franciſci Barbarani. *Hiſtoria urbis Vicentinæ.*

Franciſci à Coriolano. *Breviarium Chronologicum.*

Franciſci Gennardi. *Hiſtoria Epiſcoporum Auguſtæ Prætoriæ.*

Franciſci à Montecalerio. *Hiſtoria Miſſionum Draconerii.*

Franciſci à Sexto. *Hiſtoria Imag. B. V. de Laghetto.*

Franciſci Titelmani. *De moribus Æthiopum.*

Gregorii de Rives. *Chronologia omnium Conciliorum.*

Heliodori Pariſini. *Theologia Hiſtorica.*

Henrici Abbavillęi. *Iſagoges Chronologica.*

Hieronymi ab Alicante. *Hiſtoria*

*ria Hiſpanica*:

Hieronymi Boutrii. *Monopanthon ſeu Breviarium Chronolog.*

Hieronymi Dinami. *Hiſtoria Calabriæ Provinciæ.*

Hieronymi à Monteflorũ. *Chronica Capucinor. Congregat.*

Iacobi à Foroſarzinio. *Hiſtoria Relig. Capucinor.*

Ioannis à Terranova. *Chronica Capucinor. Calabriæ.*

Io: Baptiſtæ de Caſalet. *Hiſtoria Regum Galliæ.*

Io: Franciſci de Bourdemar. *Hiſtoria Braſiliæ.*

Io: Franciſci Matritenſis. *Annales Capucinor.*

Iuſtiniani Turonenſis. *De moribus Turcarum.*

Ludovici Avenionenſis. *Theatrum Epidemicum.*

Marii à Foroſarzinio. *Chronica Relig. Capucinorum.*

Mauritii Tolonenſis. *Hiſtoria de Peſtilentia.*

Maſſei Annanienſis. *Hiſtoria de Origine, & decurſu Relig. Capuc.*

Mathiæ Bellintani. *Hiſtoria Salodienſis.*

Mathiæ à Caballo-Maiori. *Hiſtoria Miſſionum Subalpinarum.*

Mathæi de Auguiano. *Conquiſtas Eſpirituales de Etiopia, y America.*

Medardi Compendienſis. *Hiſtoria Imaginis B. Mariæ de Pace.*

Michaelis à Caſtrofranco. *Hiſtoria Vniverſalis omnium Concilior.*

Pacifici de Provinio. *Hiſtoria Miſſionum Paleſtinæ.*

Pauli Viteleſchi. *Chronica FF. Capucinor.*

Petri Quintinopolitani. *Speculum Oniacenſe.*

Proſperi Ruthenenſis. *Hiſtoria Genealogica omnium Principum Europæ, & nobilium familiarum Galliæ.*

Richardi Hibernenſis. *Hiſtoria Sacra Hiberniæ.*

Zachariæ Boverii. *Annales Capucinor.*

Zachariæ Lexovienſis. *Hiſtoria Ianſeniſtica.*

## Itineraria.

Alexii à Sancto Laudo. *Itinerarium in Indiam.*

Bernardi Mariæ à Neapoli. *Itinerarium ad Regnum Georgię.*

Bernardini Hungari. *Itinerarium ad Regnum Loangi.*

Claudii Abbavillæi. *Navigatio Capucinorum ad Marangan.*

Dionyſii Placentini. *Itinerarium ad Regnum Congi.*

Franciſci Andegavenſis. *Navigatio ad Regnum Marrochii.*

Ignatii Rheinpheldenſis. *Itinerarium Ieroſolymitanum.*

Ioannis Franciſci Romani. *Itinerarium ad Regnum Congi.*

Ioſephi de Cheravantes. *Itinerarium ad Caraças.*

Ivonis Ebroycenſis. *Itinerarium in Indiam Occident.*

Pacifici à Provinio. *Itinerarium ad Marangan.*

Pacifici Scalenſis. *Itinerarium in novam Galliam.*

## Authores Illuſtrati.

Ana-

Ananiæ Cloterii. *De Sacris Ritibus.*

Bartholomæi de la Haye. *In Toſtatum Annotationes.*

Bartholomæi de Barberiis. *Elucidationes in D. Bonaventuram.*

Bonaventuræ Carpentoratenſis. *Summa Controverſiarum Bellarmini.*

Britii Rhedonenſis. *Epitome Annal. Baronii, & Saliani.*

Caroli Hidelſienſis. *Valerianus redivivus.*

Florentii Bonnenſis. *Cerimoniale Sacrum.*

Franciſci Titelmani. *Expoſitiones variæ in Bullas &c.*

Gaudentii Bontempi. *Bonaventura illuſtratus.*

Georgii Ambianenſis. *Tertullianus redivivus.*

Georgii Salmaticenſis. *Compend. Baſſæi, & Leandri à SS. Sacramento.*

Gregorii à Marſalia. *Hymnodia SS. Patrum.*

Illuminati à Panormo. *In Annales Cardinal. Baronii.*

Ioannis à Coprano. *In Canticos Eccleſiaſticos.*

Ioſephi Dabernæ. *In Rubricas Miſſalis, & Breviarii.*

Marcelli Rhegienſis. *Bonaventura redivivus.*

Marci Antonii à Carpenedulo. *Summa D. Bonaventuræ.*

Ma[illegible]iæ Granatenſis. *Annotationes in Rubricas Miſſalis, & Breviarii.*

Michaelis Angeli Tapin. *Ceremoniale Sacrum.*

Mutii Cavenſis. *De ſignificatis ſacrificii Miſſæ.*

Octavii Vvorſt. *Vindiciæ Auguſtinianæ Catholicæ.*

Pauli Calannæ. *Compendium Martini Navarri.*

Perfecti Conſtantienſis. *Rituale Eccleſiaſticum.*

Raphaelis ab Heriſſonio. *In Rubricas Miſſalis.*

## Traductiones Librorum.

Alphonſi de Chatres. *Phœnix Io: Baptiſtæ Manzini ex Ital. in Gall.*

Arnandi Gandenſis. *Oratorium Religioſorum ex Hiſp. in Belgicum.*

Antonii de Arnedo. *Flores Seraphicos ex Lat. in Hiſpan.*

Antonii Pariſini. *Annales Boverii ex Lat. in Gallicum Idioma.*

Antonii de Rapallo. *Exercitia Criſtiani interioris ex Gall. in Ital.*

Benedicti Mediolanenſis. *Annales Boverii ex Latin. in Italic.*

Britii Rhedonenſis. *Annales Baronii, & Saliani ex Latin. in Arabicum.*

Gabrielis de Moncada. *Annales Boverii ex Lat. in Hiſpan.*

Io: Auguſtini Oldoini. *Philoſophia Chriſtiana ex Gall. in Ital.*

Ioſephi Matritenſis. 3. *Tom. Annal. Capucinorum ex Lat. in Hiſpan.*

Michaelis Angeli de Bergomo. *Opera omnia P. Segalæ ex Ital. in Gall.*

Modeſtus Romanus. *Regula Perfectionis P. Canfeld ex Lat. in Ital.*

Nicolai Lucenſis. *Paradiſo interiore P. Manaſſæi ex Ital. in Germ.*

Oneſymi de Khien. *Opera P. Io: de Matha ex Hiſp. in Latin. & Homil.*

*mil. de la Nuza.*

Petri Franciſci à Genua. *Opera Ven. M. Mariæ à Ieſu ex Hiſp. in Italicum.*

Seraphini à Burgundia. *Giorno Myſtico ex Gall. in Ital.*

Theophili Salysburgenſis. *Annales Boverii, ex Latino in German.*

Valeriani Divionenſis. *Clipeus Patientiæ ex Lat. in Gallicum.*

## Contra Iudeos, & Hereticos.

Adeodati Paſini. *Contra Ioannem Benolanum.*

Andeoli Lictavienſis. *Contra Calviniſtas.*

Angelici Inſulenſis. *Contra Neſtorianum Auraſicanum.*

Anſelmi à Foroarquivio. *Contra Calviniſtam Anonymum.*

Archangeli de Raconis. *Contra Ianſeniſtas.*

Benedicti Pariſini. *Contra Macchiaveliſtas.*

Caroli Hidelſienſis. *Contra criminatores Eccleſiæ Dei.*

Danielis à S. Severo. *Chriſtomachia expugnata.*

Dionyſii Luxemburgenſis. *Contra Lutheranos, & Calviniſtas.*

Dionyſii Maſſilienſis. *Contra Miniſtrum Calviniſtã Anonymum.*

Dionyſii de Rives. *Contra Atheos, & Calviniſtas.*

Dionyſii Vveillenſis. *Contra Calviniſtas, & alios Hæret.*

Dionyſii Virienſis. *Contra Calviniſtas.*

Epiphanii de Moyrans. *Contra Demolatriam.*

Franciſci Titelmani. *Contra Iacobum Fabrum, & Eraſmum.*

Gratiani Monfortii. *Tarantula Simiæ Geneuenſis.*

Heliodori Pariſini. *Theologia Dogmatica.*

Iacobi Auguſtodunenſis. *Contra Maleficos, Sagos, & Sortilegos.*

Iacobi de Bordes. *Contra Ianſeniſtas.*

Ioannis à Fano. *Contra deliramenta Lutheri.*

Ioannis à Syderno. *Contra errores Armenorum.*

Ioannis Vallonienſis. *Contra Miniſtrum Calviniſtam.*

Ivonis Pariſienſis. *Contra Novatores.*

Marcelli à Calvomonte. *Scutum Fidei Catholicæ.*

Martini de Torrecilla. *Contra Iudeos, & alios &c.*

Michaelis à Caſtrofranco. *Contra Ianſeniſtas. Opera varia.*

Petri de Aliaga. *Contra Hebreos.*

Philippi Ribotti. *Contra David Roſtagnum.*

Rodulphi Suitenſis. *Contra Atheiſtas, & Macchiaveliſtas.*

Romani à S. Brioco. *Defenſio Calendarii Romani.*

Scholaſtici Caſtilionæi. *Contra Calviniſtas.*

Silveſtri Lavallenſis. *Contra impugnantes Eccleſiam Romanam.*

Silveſtri à S. Aniano. *Contra errores Græcorum.*

Stephani Dentis. *L' Hebreo convinto.*

Tranquilli à S. Remigio. *Contra Vincentium Rupellenſem.*

Va-

Valeriani Magni. *Contra Hæreticos Opera varia.*

Zachariæ Boverii. *Contra omnes Hæreticos, & Iudæos, & contra Marcum Antonium de Dominis.*

Zachariæ Lexovienſis. *Contra Ianſeniſtas.*

## Philoſophica.

Bartholomæi à Caſtro Vetro. *Curſus Philoſophicus.*

Caſimiri Toloſani. *Atomi Philoſophici.*

Franciſci de Mazzara. *Lectiones Philoſophicæ.*

Franciſci de Molins. *Curſus Philoſophicus.*

Franciſci Titelmani. *Philoſophia.*

Gervaſii de Briſaco. *Curſus Philoſophicus.*

Gratiani Monfortii. *Axiomata Philoſophica.*

Illuminati de Oddis. *Curſus totius Philoſophiæ.*

Ioannis de Coprano. *Philoſophia.*

Ioannis Mariæ Zamorræ. *Metaphyſica.*

Ivonis Pariſienſis. *Opera Philoſophica.*

Ludovici Baldi. *Lectiones Philoſophicæ.*

Ludovici Caſpenſis. *Philoſophia.*

Marci à Baudunio. *Paradiſus Phil.*

Marci Antonii Gallitii. *Curſus Philoſophicus.*

Martini de Torrecilla. *Philoſophia.*

Michaelis à Caſtrofranco. *Tractatus Philoſophici.*

Octavii Vvorſt. *Philoſophia.*

Pauli ab Offida. *Curſus Philoſophicus.*

Valeriani Magni. *Philoſophia Valeriana.*

## Ethica.

Ivonis Pariſienſis. *Ius Naturale, & alia.*

Zachariæ Lexovienſis. *Somnia ſapientis, & alia.*

## Politica.

Benedicti Pariſini. *Politica Chriſtiana.*

Cypriani Gammachenſis. *Politica Chriſtiana Catholica.*

Franciſci de Anfront. *La Science du Prince.*

Franciſci à Sexto. *Il Tiranno Conſiderato privo &c.*

Honorati de Champigny. *Academia ſacra.*

Hyacinthi Caſalenſis. *Cenſor Chriſtianus.*

Hyacinthi Pariſienſis. *Politica ſacra.*

Ioſephi Pariſienſis. *Opuſculum, ſacrum, Politicum.*

Ivonis Pariſienſis. *Opuſcula varia, & de Agente Dei.*

Illuminati de Neufville. *Idea Prælati Generalis.*

Mauritii Tolonenſis. *Trattato Politico.*

Raymundi Avenionenſis. *La Politique de la Court.*

## OEconomica.

Andeoli Lictavienſis. *Prudens Pater familias.*

Baſilii Lugdunenſis. *Diarium veri Chriſtiani.*

Caroli Abbavillæi. *Documenta OEconomica, & ſacra.*

Franciſci Camberienſis. *OEconomicæ exercitationes.*

Ivonis Pariſienſis. *De vita OEconomica.*

Sebaſtiani Sylvanectenſis. *Occupatio veri ſapientis.*

Zachariæ Boverii. *Occupationes OEconomicæ Capucinorum.*

Zachariæ Mediolanenſis. *Praxis OEconomica.*

## Mathematica, Aſtrologica, Medica.

Alexandri Floravantii. *Rethorarium Mathematicum.*

Antonii Mariæ Schirlæi. *Oculus Enoch, & Eliæ.*

Cherubini Aurelianenſis. *Dioptrica Ocularis.*

Cherubini Sandolini. *Thaulemma Cherubicum.*

Felicis Bergomenſis. *Opus Medicum, & Pharmacopæum.*

Franciſci à Boſcho. *Pratica medicinalis.*

Franciſci à Siclilis. *Medicina Enucleata.*

Gabrielis à Bullandio. *Tabulæ Ambianenſes.*

Hieronymi Piſtorienſis. *De Quantitatibus Mathematicis.*

Ioannis Ludovici Ambianenſis. *Atlas Temporum.*

Ioſephi Mariæ à Cento. *De Horologiis, & Aritmetica.*

Ioſephi à Capriola. *De Horologiis ex rotis, & aqua conficiendis.*

Ivonis Pariſienſis. *Aſtrologiæ nova Methodus.*

Liberati Magatti. *Opera Medica.*

Petri de Orbaſſano. *Altipolarium Geometricum &c.*

Theophili Bruni. *Harmonia Aſtronomica, & Geometrica.*

## Orationes.

Barnabæ Genuenſis. *Ad Senat. Lucenſem.*

Bartholomæi Baphii. *Ad Populum Romanum.*

Bernardi Æmiliani. *De S. Geminiano Epiſcop.*

Bernardini de Aretio. *Ad Senatum Lucenſem.*

Bonaventuræ de Antiquera. *De S. P. N. Franciſco.*

Caroli Franciſci de Saviliano. *De S. P. Benedicto.*

Chriſtophori Verrucchini. *De B. Catharina Bononienſi.*

Dominici Interiani. *Ad PP. Provinciæ Genuenſis.*

Eugenii Gandenſis. *In funere D. Philippi Trieſtii.*

Fidelis à S. Germano. *De S. Carolo.*

Franciſci à Sexto. *De S. Evaſio, & ad Senatum Genuenſem.*

Franciſci Manfredi. *De SS. Carolo, & Franciſco Xaverio.*

Franciſci de Nigro. *Ad Senatum Genuenſem in die Vnionis.*

Franciſci Mariæ Genuenſis. *Ad Senatum Genuenſem in die Vnionis.*

Franciſci Mariæ ab Aretio. *Orationes variæ.*

Galli Ravenſpurgenſis. *Orationes Funebres.*

Ioachimi Banzii. *De B. Catharina Bononienſi.*

Ioan-

Ioannis de Sextola. *De SS. Carolo, & Appollinare.*
Io: Franciſci Brixienſis. *In funere P. Mathiæ Bellintani.*
Io: Franciſci Zaçer. *In Aſcenſione Domini ad Regem Cath.*
Illuminati Meſſanenſis. *Ad Paulum V. Summ. Pontif.*
Ioſaphat Rothomagenſis. *Oratio funebris.*
Ioſephi Matritenſis. *In funere Sereniſs. Claudiæ Auſtriæ.*
Ioſephi de Morlais. *In funere D. de Ionville.*
Ioſephi de Dreux. *In funere P. Ioſephi de Morlais.*
Ioſephi Mariæ Ferrarienſis. *In funere P. Io: Baptiſtæ Eſtenſis.*
Laurentii Mariæ Genuenſis. *Ad Senatum Lucenſem.*
Ludovici Galatenæ. *De S. Carolo.*
Mauri de Valentia. *In funere Margaritæ Auſtriæ, & alia &c.*
Mathiæ Bellintani. *In funere Alexandri Luzalii.*
Michaelis Angeli Caſſinæ. *De S. Carolo Borromęo.*
Michaelis Angeli de Raſenna. *Ad Senatum Lucenſem.*
Petri à S. Severino. *De S. Anſovino Epiſcopo.*
Raphaelis Caſſinæ. *De S. Carolo.*
Stephani Dentis. *In funere Sereniſs. Catharinæ Auſtriæ.*

## Apologiæ.

Andeoli Lictavienſis. *Apologia in defenſionem Purgatorii.*
Anonymi Bohemi. *Apologia pro Valeriano Magno.*
Anonymi Galli. *Pro Zacharia Boverio.*
Anonymi Germani. *Pro P. Marco de Aviano.*
Caroli Hidelſienſis. *Pro Eccleſia Catholica Romana.*
Epiphanii de Moyrans. *Pro Libertate Indorum.*
Franciſci Nugentii. *Pro Ioanne Taulerio.*
Ioannis à Syderno. *Contra errores Armenorum.*
Ioannis Gaſparis Mergentheimenſis. *Apologia in ſui defenſionem.*
Ivonis Pariſienſis. *Pro defenſione vitæ Religioſæ.*
Leandri de Murçia. *Apologiæ variæ in ſui defenſionem.*
Marci Antonii Gallitii. *Speculum Apologeticum.*
Martini de Torrecilla. *Speculum Veritatis.*
Nicolai Asboldi. *Stellio ad Stellam.*
Octavii Vvorſt. *Apologia Sacra.*
Romani à S. Brioco. *Apologia in defenſionem Calendarii Romani.*
Silveſtri Lavallenſis. *Apologia.*
Valeriani Magni. *Apologia in ſui Defenſionem.*
Zachariæ Boverii. *Cenſura Apologetica.*

## Poemata.

Anonymi Galli. *Franciſciades, ſeu Vita B. P. Franciſci.*
Antonii Marię Prodromontani. *Poemata ſacra, varia, Hiſtorica.*
Archãgeli Alarconii. *Poemata ſac.*
Baſilii de Burgos. *Epigrammata.*
Benedicti Pariſini. *Poemata ſacra diverſi generis.*

Benedicti Leodienſis. *Elegiæ.*
Bonaventuræ Bellomontani. *Poema de tota Vita, & Paſſione I. C.*
Clementis Brixienſis. *Epigrammata ſacra.*
Cyrilli Bergomenſis. *Centuriæ de Paſſione Domini.*
Dominici Interiani. *Genova Illuſtrata Poema.*
Eugenii Gandenſis. *Elegiæ ſacræ.*
Franciſci Ruginii. *Epigrammata.*
Ignatii de Comitis. *Poema de S. Maria Magdalena lib. v2.*
Io: Franciſci Turrii. *Anagrammata 1700. de B. Virg.*
Lucæ Mechlinienſis. *Carmina ſac.*
Ludovici Verrucchini. *Vita S. Antonii Abbatis. Lib. 24.*
Marci Antonii de Carpenedulo. *Philomena.*
Mariani ab Alcamo. *Hymni, & Poemata de B. Virg.*
Marii à Foroſarzinio. *Elegiæ ſacræ de S. Maria Magdalena.*
Martialis Pariſini. *Carmina ſac.*
Nicolai Asboldi. *Poemata ſacra.*
Nicolai Lucenſis. *Cynoſura Mariana.*
Nicolai Angeli à S. Angelo. *Poema de B. Felice.*
Petri de Martina. *Poema de Doloribus B. Virg.*
Procopii Brandeburgenſis. *Delitiæ Hybernales, Vernales &c.*
Raphaelis Caſalenſis. *Epigrammata ſacra.*
Stephani Arelatenſis. *Le Trjumphe de Lovis IV.*

## Epiſtolæ.

Bernardini Aſtenſis. *Epiſtolæ Paſtorales.*
Iacobi à Foroſarzinio. *Epiſtolæ Paſtoralis.*
Ioannis à Montecalerio. *Epiſtolæ Paſtorales.*
Ioannis Baptiſtæ Eſtenſis. *Epiſtolæ variæ.*
Ioannis Franciſci Andegavenſis. *Epiſtolæ ſacræ.*
Ioſephi Pariſini. *Epiſtolæ.*
Lactantii Interamnenſis. *Epiſtolæ Spirituales.*
Laurentii à Brunduſio. *Epiſtolæ.*
Hieronymi à Caſtroferrettorum. *Epiſtola Paſtoralis.*
Pauli Giannolii. *Epiſtolæ Moral.*
Petri Alenconienſis. *Epiſtolæ de ſua Captivitate.*
Sebaſtiani Sylvanectenſis. *Epiſtolæ Morales.*

## Rudimenta Linguarum.

Antonii Mariæ Prodromontani. *Congica.*
Bernardini Rhorgii. *Græca.*
Bernardini Pariſini. *Arabica.*
Britii Rhedonenſis. *Arabica, & Syriaca.*
Eliſei Peſentii. *Hebraica.*
Franciſci Meudonenſis. *De Ortographia Vniverſali.*
Hyacinthi Bruſſotti. *Congica.*
Iacobi Bolducii. *Hebraica.*
Iacobi Burdigalenſis. *Hebraica.*
Ignatii ab Apiro. *Hebraica.*
Io: Baptiſtæ à S. Aniano. *Syriaca, & Arabica.*
Ivonis Trecorenſis. *Syriaca, & Arabica.*
Seraphini Rothomagenſis. *De elementis Linguæ Hebraicæ.*

In

# MATERIARVM.

## In Varias Scientias.

Ivonis Pariſienſis. *Digeſtum ſapientiæ.*
Marcellini de Piſe. *Enciclopędia.*
Procopii Brandeburgenſis. *Conciones Univerſales.*
Roberti Cameracenſis. *Aurifodina Scientiarum Univerſarum.*
Spiritus Sabbatterii. *Scientia Univerſalis.*

## In Regulam FF. Minorum.

Bartholomæi à Camerino. *Expoſitio.*
Clementis à Noto. *Annotationes.*
Cypriani Crouſers. *Lectiones Parenetica.*
Dorothæi Brixienſis. *Expoſitio.*
Gregorii Neapolitani. *Lectiones.*
Hyacinthi à Fulginio. *Queſtiones.*
Hieronymi à Politio. *Expoſitio.*
Ioannis à Fano. *Expoſitio.*
Ioannis Mariæ Tiſſanenſis. *Expoſitio.*
Ioſephi de Graux. *Expoſitio.*
Iuſti à Monteulmo. *Lectiones.*
Leandri de Murçia. *Expoſitio.*
Leonardi Pariſini. *Expoſitio.*
Ludovici Pariſini. *Expoſitio.*
Michaelis à Valentia. *Declarationes.*
Pauli à Fulginio. *Lectiones.*
Petri Bergomenſis. *Expoſitio.*
Petri Champolini. *Commentaria.*
Sanctes Romani. *Expoſitio.*

## Corographia.

Baſilii de Zamorra. *Geographica Deſcriptio totius Orbis.*
Bernardini Burdigalenſis. *Corographicæ Deſcriptiones omnium Provinciarum, & Conventuum FF. Capucinorum.*
Gabrielis à Bullandio. *Tabulæ Corographicæ.*
Ioannis à Foroſempronio. *Compendium Ortelii.*
Ioannis Ludovici Ambianenſis. *Atlas Temporum.*
Ludovici à Monteregali. *Corographicæ Deſcriptiones omnium Provinciarum, & Conventuum FF. Capucinorum.*

## Qui Religionem defenderunt á Criticis, & impugnatoribus.

Adeodati Paſini. *Reſponſiones ad Io: Benolanum.*
Caroli Bruxellenſis. *Clipeus Seraphicus.*
Franciſci Æsini. *Reſponſiones.*
Franciſci de Nuit. *Turris David.*
Gregorii de Corella. *Reſponſiones Apologeticæ.*
Henrici de Cales. *Contra impugnantes Relig. Capucinorum.*
Iacobi Auguſtodunensis. *Les Entretiens d'Hermodore.*
Ioannis de Coprano. *La Baſilica Lateranenſe ſoſtentata &c.*
Ivonis Parisiensis. *Felices ſucceſſus Pietatis.*
Marci Antonii Gallitii. *Speculum Apologeticum.*
Martini de Torrecilla. *Speculum Veritatis.*
Stephani à Ceſena. *Reſponſiones Apologeticæ.*
Valeriani Magni. *Reſponſiones Apologeticæ.*

# INDEX

## Nationum Scriptorum Ordinis Capucinorum.


Angli.

*Benedictus à Canfeldio.*
*Benedictus Gualdinus.*

Belgæ.

*Arnandus Gandenſis.*
*Benedictus Leodienſis.*
*Bonaventura à Bellomonte.*
*Bonaventura Bruxellenſis.*
*Carolus Bruxellenſis.*
*Claudius Athenſis.*
*Cyprianus Crouſers.*
*Daniel Antuerpienſis.*
*Dionyſius de Luxemburgo.*
*Eligius Baſſæus.*
*Eugenius Gandenſis.*
*Eugenius Brugenſis.*
*Fauſtinus Dieſtenſis.*
*Florentius ab Hanſuich.*
*Franciſcus Titelmanus.*
*Franciſcus Maria-Senegienſis.*
*Gregorius Brugenſis.*
*Io: Evangeliſta Sylvaducenſis.*
*Lucas Mechlinienſis.*
*Ludovicus Boviniacenſis.*
*Ogerius FlocKin.*
*Oneſymus de Khien.*
*Remigius de Bozolo.*
*Remigius Mechlinienſis.*
*Robertus Cameracenſis.*
*Zeno Athenſis.*

Burgundi.

*Claudius Franciſcus Maiſtre.*
*Epiphanius de Moyrans.*
*Gratianus à Monfortio.*
*Irenæus Avallonenſis.*
*Iulianus Biſuntinus.*
*Iulius à Veſuntione.*
*Ludovicus Dolanus.*
*Seraphinus Burgundus.*

Galli.

*Agathangelus Bituricenſis.*
*Albertus Felix.*
*Alexander Cadomenſis.*
*Alexandrinus Civitatenſis.*
*Alexius à S. Lodio.*
*Alphonſus de Monforte.*
*Alphonſus Carnotenſis.*
*Amadæus Bajocenſis.*
*Ambroſius à Calvomonte.*
*Anaſtaſius Pariſinus.*
*Andeolus Lictavienſis.*
*Andreas Bituricenſis.*
*Angelicus ab Allegro.*
*Angelicus Inſulenſis.*
*Angelicus Mingevienſis.*
*Angelus Breſſonius.*
*Angelus de Caſtrogentirio.*
*Angelus Ioyoſeus.*
*Angelus à Perona.*
*Angelus de Raconis.*
*Anonymus Gallus I.*
*Anonymus Gallus II.*
*Anonymus Gallus III.*
*Anonymus Gallus IV.*
*Anonymus Gallus V.*
*Anonymi Galli tres.*
*Anſelmus Andegavenſis.*
*Anſelmus à Forarquivio.*
*Anſelmus Lexovienſis.*
*Anſelmus Olornienſis.*
*Anſelmus de Raſet.*
*Antonius Albatterenſis.*

*Antonius de Caluze.*
*Antonius Carnotenſis.*
*Antonius Pariſinus.*
*Antonius Turnonenſis.*
*Archangelus Anicienſis.*
*Archangelus à Borbonio Lancæo.*
*Archangelus de Ripaut.*
*Archangelus Vallonienſis.*
*Athanasius Mole.*
*Auguſtinus Narbonensis.*
*Balthaſar Draconensis.*
*Balthaſar Rhegiensis.*
*Bartholomæus de la Haye.*
*Baſilius Lugdunenſis.*
*Baſilius Pariſinus.*
*Baſilius Sueſſionenſis.*
*Baſilius Salonenſis.*
*Benedictus Burdigalenſis.*
*Benedictus Laugeois.*
*Benedictus Pariſinus.*
*Bernardinus Burdigalenſis.*
*Bernardinus Pariſinus.*
*Bernardinus Pictavienſis.*
*Bernardus Pariſinus.*
*Bonaventura Carpentoratenſis.*
*Bonaventura Lingonienſis.*
*Britius à Monterubro.*
*Britius Rhedonenſis.*
*Carolus Abbavillæus.*
*Carolus Boulanger.*
*Carolus Ioſeph Tricaſſinus.*
*Caſimirus Toloſanus.*
*Cherubinus Aurelianenſis.*
*Claudius Abbavillæus.*
*Celeſtinus à Montemarſano.*
*Celeſtinus Niortenſis.*
*Celeſtinus de Quimerch.*
*Cyprianus Gammachenſis.*
*Daniel à S. Severo.*
*Didacus de Billon.*
*Dionyſius Avenionenſis.*
*Dionyſius Maſſillienſis.*
*Dionyſius de Virié.*
*Dorothæus Aquenſis.*
*Epiphanius Sylvanectenſis.*
*Eutropius Islebonenſis.*
*Felicianus à Miranda.*
*Franciſcus Andegavenſis.*
*Franciſcus de Anfront.*
*Franciſcus Arelatenſis.*
*Franciſcus de Borbonio.*
*Franciſcus Mauſolenſis.*
*Franciſcus Meudonenſis.*
*Franciſcus de Molins.*
*Franciſcus de Nuit.*
*Franciſcus de Romorantino.*
*Franciſcus Toloſanus.*
*Franciſcus Maria Pariſinus.*
*Florentinus Caletenſis.*
*Gabriel à Bullandio.*
*Gaſpar de Rougnes.*
*Gregorius Ambianensis.*
*Gregorius Aurelianenſis.*
*Gregorius Lugdunenſis.*
*Gregorius de Rives.*
*Heliodorus Pariſinus.*
*Henricus à Bellomonte.*
*Henricus Caletenſis.*
*Henricus Seynenſis.*
*Henricus Harvillæus.*
*Hieronymus Arelatenſis.*
*Hieronymus Avenionenſis.*
*Hieronymus de la Baſtida.*
*Hieronymus Sennonenſis.*
*Honoratus de Champigny.*
*Hugo Aquenſis.*
*Hyacinthus Alenconienſis.*
*Hyacinthus Ambianenſis.*
*Hyacinthus Pariſienſis.*
*Iacobus Bolduccius.*
*Iacobus de Chevanes.*
*Iacobus de Bordes.*

*Iacobus Burdigalenſis.*
*Iacobus à Forarquivio.*
*Ignatius à Monzone.*
*Innocentius de Neufville.*
*Ioannes Burdigalenſis.*
*Ioannes de Deſſont.*
*Io: Baptiſta Abricenſis.*
*Io: Baptiſta Andegavenſis.*
*Io: Evangeliſta Anicienſis.*
*Io: Franciſcus de Bourdemare.*
*Io: Baptiſta Bituricenſis.*
*Io: Baptiſta de Caſalet.*
*Io: Franciſcus Rhemenſis.*
*Io: Ludovicus Ambianenſis.*
*Ioſaphat Rothomagenſis.*
*Ioſeph de Dreux.*
*Ioſeph de Graux.*
*Ioſeph de Morlais.*
*Ioſeph Pariſienſis.*
*Ioſeph Maria à Sancto Stephano.*
*Irenæus Avallonenſis.*
*Iſidorus Niortenſis.*
*Ivo Ebroicenſis.*
*Ivo Pariſienſis.*
*Ivo Trecorenſis.*
*Iuſtinianus Turonenſis.*
*Laurentius Aurelianenſis.*
*Laurentius Pariſinus.*
*Laurentius de Pertuſio.*
*Leander Divionenſis.*
*Leo de Vannes.*
*Leonardus Pariſinus.*
*Lucas Pariſinus.*
*Ludovicus Avenionenſis.*
*Ludovicus Pariſinus.*
*Ludovicus Franciſcus Argētanenſis.*
*Marcellinus Baveſipontius.*
*Marcellinus de Piſe.*
*Marcellus à Calvomonte.*
*Marcellus Rhegienſis.*
*Marcus à Baudunio.*
*Martialis Brivatus.*
*Martialis Stampenſis.*
*Martinus à Conſtantia.*
*Matthæus Quintanienſis.*
*Mauritius Tolonenſis.*
*Maximinus Aquenſis.*
*Maximinus de Guechen.*
*Medardus Compendienſis.*
*Michael de Bagnones.*
*Michael à Caſtrofranco.*
*Michael Angelus de Bergon.*
*Michael Angelus de Gueren.*
*Michael Angelus Rothomagenſis.*
*Michael Angelus Tapin.*
*Natalis Taillepied.*
*Nicephorus de Ponte.*
*Nicolaus Divionenſis.*
*Pacificus Portellius.*
*Pacificus à Provinio.*
*Pacificus Scaligerus.*
*Palæmon Quintinopolitanus.*
*Paulinus Ambianenſis.*
*Paulinus Bellovacenſis.*
*Paulus Lantiniacus.*
*Paulus Maſſillienſis.*
*Paulus à Monteacuto.*
*Petrus Alenconienſis.*
*Petrus Breſſonius.*
*Petrus Calixtus Campetti.*
*Petrus Champolinus.*
*Petrus Quintinopolitanus.*
*Petrus Pictavienſis.*
*Petrus de Puy.*
*Petrus de Kampis.*
*Philippus Engoliſmenſis.*
*Proſper Ruthenenſis.*
*Raphael de Clayes.*
*Raphael Dieppenſis.*
*Raphael ab Heriſſonio.*
*Raphael Nannetenſis.*
*Raymundus Avenionenſis.*

*Rober-*

*Robertus Cameracenſis.*
*Rogatianus Pariſienſis.*
*Romanus à S. Brioco.*
*Scholaſticus Caſtilioneus.*
*Sebaſtianus Sylvanectenſis.*
*Seraphinus Rothomagenſis I.*
*Seraphinus Rothomagenſis II.*
*Sigiſmundus Rothomagenſis.*
*Silveſter à S. Aniano.*
*Silveſter de la Vval.*
*Silverius Abbavillæus.*
*Simon de Bourg.*
*Sixtus Pariſinus.*
*Spiritus de Balma.*
*Spiritus de Boſcorogerio.*
*Spiritus Sabbaterius.*
*Stephanus Arelatenſis.*
*Tranquillus à S. Remigio.*
*Turrianus de Fieurè.*
*Valentinus Nannetenſis.*
*Valerianus Divionenſis.*
*Veranus Cabillonenſis.*
*Vincentius Aurelianenſis.*
*Zacharias Lexovienſis.*

Galli Subalpini.

*Angelus Aſtenſis.*
*Angelus de Beaumont.*
*Antonius Chierenſis.*
*Bernardinus Aſtenſis.*
*Carolus Franciſcus à Savilliano.*
*Cherubinus à Muriana.*
*Fidelis à S. Germano.*
*Franciſcus Camberienſis.*
*Franciſcus Gennardus.*
*Franciſcus de Montecalerio.*
*Gaſpar à Pinarolio.*
*Gregorius Salinus.*
*Ioannes à Nontecalerio.*
*Ioannes Baptiſta Verſolienſis.*
*Ioannes Thomas Braidenſis.*
*Mathias Ferrerius.*
*Mauritius Gamborinus.*
*Paulus Maria Aſtenſis.*
*Petrus de Orbaſſano.*
*Philibertus de Boneville.*
*Philippus Ribottus.*
*Raphael Aſtenſis.*
*Romualdus Taurinenſis.*
*Sebaſtianus Maurianenſis.*
*Sigiſmundus à S. Mauritio.*
*Stephanus Dentis.*
*Stephanus à Gombolato.*
*Stephanus Tendenſis.*
*Valerianus à Pinarolio.*
*Zacharias Boverius.*

Germani.

*Alphonſus Zuſnerbuſanus.*
*Amandus Græcenſis.*
*Ananias Cloterius.*
*Anaſtaſius Pragenſis.*
*Anonymus Bohemus.*
*Anonymus Rhenanus.*
*Antonius Maria de Rheita.*
*Athanaſius Dilinganus.*
*Barnabas Neocaſtenſis.*
*Benignus Lhoranus.*
*Bernardinus Hungarus.*
*Bonagratia Habſenſis.*
*Bruno Neoſtadienſis.*
*Carolus Hidelſienſis.*
*Conradus Salyburgenſis.*
*Conſtantinus à Barbanzone.*
*Dionyſius Vveilenſis.*
*Electus Lauffemburgenſis.*
*Erneſtus Helvetus.*
*Fidelis à Sigmaringa.*
*Florentius Bonnenſis.*
*Fraciſcus Ioſeph de Bu'machenſen.*
*Gallus Ravenſpurgenſis.*
*Geminianus Monacenſis.*
*Gervaſius Briſacenſis.*
*Goſuvinus à Monaſterio Vveſtpha-[lorum.]*

§§§§ He-

*Heribertus Saloranus.*
*Hilarius Friburgenſis.*
*Hyacinthus Gracenſis.*
*Ignatius Rheinfeldenſis.*
*Ioannes Ergoſthemus.*
*Ioannes Gaſparus de Mergenthem.*
*Iuvenalis Annanienſis.*
*Lambertus Marpurgenſis.*
*Laurentius de Schiniffi.*
*Leonardus Aquiſgranenſis.*
*Lucianus ex Schruens.*
*Ludovicus Lucernenſis.*
*Marianus Mullebonenſis.*
*Martinus Cochemius.*
*Martinus Conſtantienſis.*
*Maſſæus Annanienſis.*
*Maurus de GriesKirch.*
*Maximilianus Degendorfenſis.*
*Othomarus Trajectenſis.*
*Perfectus de Conſtantia.*
*Procopius Brandeburgenſis.*
*Remigius à Bozolo.*
*Rodulphus Suitenſis.*
*Theodorus Brunovienſis.*
*Theophilus Salysburgenſis.*
*Victor Trevirenſis.*
*Zacharias Tridentinus.*

Hiſpani.

*Alexander Toletanus.*
*Alphonſus Lupus.*
*Angelicus à Tudela.*
*Angelus à Belverio.*
*Anonymus Hyſpanus.*
*Antonius de Alicante.*
*Antonius de Arnedo.*
*Antoninus de Sarinena.*
*Antonius de Phuente la penna.*
*Archangelus Alarconius.*
*Baſilius de Burgos.*
*Baſilius de Teruel.*
*Baſilius de Zamorra.*
*Bonaventura de Antiquerra.*
*Bonaventura de Moncada.*
*Cyrillus ab Alicante.*
*Cyrillus à S. Cruce.*
*Didacus de Quiroga.*
*Didacus Toletanus.*
*Dominicus Pampelonenſis.*
*Eugenius ab Oliva.*
*Felix Barcinonenſis.*
*Felix Granatenſis.*
*Felix de los Molinos.*
*Felix Pampelonenſis.*
*Franciſcus Antonius Moncada.*
*Franciſcus Antonius de Villafranca.*
*Franciſcus de Xeres.*
*Gabriel Moncada.*
*Gaſpar de Vianna.*
*Gregorius de Corella.*
*Gregorius Salmaticenſis.*
*Hieronymus ab Alicante.*
*Hieronymus de Balbaſtro.*
*Hieronymus à Segobria.*
*Iacobus de Correlia.*
*Ioannes de Antiquera.*
*Ioannes Compoſtellanus.*
*Ioannes à S. Iacobo.*
*Ioannes Zuaze.*
*Io: Franciſcus de Antiquera.*
*Io: Franciſcus Hiſpalenſis.*
*Io: Franciſcus à Londronio.*
*Io: Franciſcus Zaçer.*
*Ioſeph Barcinonenſis.*
*Ioſeph de Cheravantes.*
*Ioſeph Hiſpalenſis.*
*Ioſeph Matritenſis.*
*Ioſeph de Naxera.*
*Iſidorus Legionenſis.*
*Leander de Murçia.*
*Ludovicus ab Antiquera.*
*Ludovicus Caſpenſis.*
*Martinus de Torrecilla.*

Ma-

*Mathias Granatenſis.*
*Matthæus de Angujano.*
*Maurus à Valentia.*
*Melchior ab Oriola.*
*Michael Hiſpanus.*
*Michael de Majolanda.*
*Michael de Valentia,*
*Paulus Gaditanus.*
*Paulus Granatenſis.*
*Petrus de Aliaga.*
*Petrus Trigoſius.*
*Seraphinus de Figueras.*
*Sylvius ab Hoſtabich.*
*Vitalis ab Algeizira.*

Holandi.

*Octavius Vvorſt.*

Hyberni.

*Franciſcus Nugentius.*
*Gregorius Hybernenſis.*
*Nicolaus Aſboldus.*
*Richardus Hybernenſis.*
*Robertus Hybernenſis.*

Itali.

*Adeodatus Paſinus.*
*Albertus Bergomenſis.*
*Alexander Floravantius.*
*Alexander Moraſſius.*
*Alexius Segala.*
*Ambroſius Genuenſis.*
*Ambroſius Mediolanenſis.*
*Ambroſius de Vrbino.*
*Angelus de Carpenedulo.*
*Angelus à Ferno.*
*Angelus à Freſcarolio.*
*Angelus Savonenſis.*
*Angelus à Sigeſtro.*
*Angelus Tiphernenſis.*
*Angelus Maria Marchesſinus.*
*Anonymus Italus I.*
*Anonymus Italus II.*
*Anonymus Italus III.*
*Anonymus Italus IV.*
*Antonius Barberinus.*
*Antonius Cyrnęus.*
*Antonius Interamnenſis.*
*Antonius à Mondulpho.*
*Antonius à Rapalio.*
*Antonius Maria Gallitius.*
*Antonius Maria Prodromontanus.*
*Archangelus Brixienſis.*
*Auguſtinus Genuenſis.*
*Auguſtinus item Genuenſis.*
*Auguſtinus Mediolanenſis.*
*Auguſtinus de Vigueria.*
*Barnabas de Gambellara.*
*Barnabas Genuenſis.*
*Bartholomæus Baphius.*
*Bartholomæus de Barberiis.*
*Bartholomæus Bergomenſis.*
*Bartholomæus de Vecchis.*
*Benedictus Sanbenedictus.*
*Benedictus à Scaptinea.*
*Benedictus de Vrbino.*
*Bernardinus de Aretio.*
*Bernardinus à Collepetraccio.*
*Bernardinus à Monteulmo.*
*Bernardinus à Rupe.*
*Bernardus Auximienſis.*
*Bernardus Æmilianus.*
*Bernardus Lanterius.*
*Bonaventura Caſalenſis.*
*Bonaventura à Monteregali.*
*Bonaventura ab Occimiano.*
*Bonaventura Vrbevetanus.*
*Bonaventura Zampizonus.*
*Carolus à Complano.*
*Carolus de Sales.*
*Cherubinus Genuenſis.*
*Cherubinus de Nicia.*
*Cherubinus Sandolinus.*
*Chriſtophorus Verrucchinus.*
*Clemens à Brixia.*

# INDEX


*Cœleſtinus Bergomenſis.*
*Cornelius Caſtelluccius.*
*Cornelius Recinetenſis.*
*Cyrillus Bergomenſis.*
*Deſiderius de Bellagrandis.*
*Dionyſius de Abbatibus.*
*Dionyſius Genuenſis.*
*Dionyſius Placentinus.*
*Dominicus à Buſchetto.*
*Dominicus Interianus.*
*Donatus à Coſteno.*
*Dorotheus Betterra.*
*Eliſeus de Bellagrandis.*
*Eliſeus Peſentius.*
*Eliſeus Virolenſis.*
*Emmanuel Orchius.*
*Evangeliſta à Canobio.*
*Eugenius à Petra Rubia.*
*Euſebius Anconitanus.*
*Fauſtinus Gedeonus.*
*Felix Paſſera.*
*Flaminius de Grittis.*
*Fortunatus à Bononia.*
*Franciſcus à Bagnone.*
*Franciſcus à Bormio.*
*Franciſcus Barbaranus.*
*Franciſcus à Boſcho.*
*Franciſcus à Canobio.*
*Franciſcus à Cento.*
*Franciſcus de Funiano.*
*Franciſcus Gennardus.*
*Franciſcus de Lugano.*
*Franciſcus Manfredus.*
*Franciſcus Mediolanenſis.*
*Franciſcus à Montepolitiano.*
*Franciſcus de Nigro.*
*Franciſcus Repantius.*
*Franciſcus Ruginius.*
*Franciſcus à Sexto.*
*Franciſcus Terreſtius.*
*Franciſcus Maria de Aretio.*
*Franciſcus Maria de Cappellis.*
*Franciſcus Maria Giancardus.*
*Franciſcus Maria Pagnotius.*
*Franciſcus Maria Squarciaficus.*
*Fulgentius de Iſæo.*
*Gabriel à Montenovo.*
*Gaudentius Brixienſis.*
*Guido Finarienſis.*
*Gulielmus à S. Salvatore.*
*Hieronymus Bononienſis.*
*Hieronymus à Caſtroferrettorum.*
*Hieronymus Dinami.*
*Hieronymus Florentinus.*
*Hieronymus Mediolanenſis.*
*Hieronymus à Mondulpho.*
*Hieronymus à Monteflorum.*
*Hieronymus Narnienſis.*
*Hieronymus Novarienſis.*
*Hieronimus Piſtorienſis.*
*Hieronymus à S. Georgia.*
*Hilarion Mediolanenſis.*
*Hyacinthus Bruſſottus.*
*Hyacinthus Caſalenſis.*
*Hyacinthus Maria Genuenſis.*
*Hippolytus Brixienſis.*
*Iacobus à Foroſarzinio.*
*Iacobus Mediolanenſis.*
*Iacobus Raggius.*
*Iacobus de Scalvo.*
*Ignatius ab Apiro.*
*Ignatius à Carnago.*
*Ignatius à Ciſnago.*
*Ioachimus Bononienſis.*
*Ioachimus à Monteſaliſco.*
*Ioannes ab Albintimelio.*
*Ioannes Bellottus.*
*Ioannes de Brixia.*
*Ioannes à Fano.*
*Ioannes Faſſatius.*
*Ioannes à Foroſempronio.*
*Ioannes de Sextola.*

Io: Antonius de Monticulo.
Io: Auguſtinus Oldoinus.
Io: Baptiſta Eſtenſis.
Io: Baptiſta Cantonus.
Io: Baptiſta Faventinus.
Io: Baptiſta Hoſtienſis.
Io: Baptiſta Peruſinus.
Io: Baptiſta Pinnardus.
Io: Baptiſta Tramontanus.
Io: Baptiſta de Venetiis.
Io: Franciſcus Benigni.
Io: Franciſcus Brixienſis.
Io: Franciſcus de Carpi.
Io: Franciſcus Cerru..
Io: Franciſcus Turrius.
Io: Thomas Genuenſis.
Ioſeph à Capriola.
Ioſeph à Colleamato.
Ioſeph Dondinus.
Ioſeph Fernenſis.
Ioſeph de Leoniſſa.
Ioſeph de Novis.
Ioſeph Oxibienſis.
Ioſeph Maria à Cento.
Ioſeph Maria Mozzarellus.
Ioſeph Maria de Novaria.
Iuſtinus de Nurſia.
Iuſtus Bonafides.
Iuſtus à Monteulmo.
Lactantius Interamnenſis.
Laurentius Lucenſis.
Laurentius à Montepolitiano.
Laurentius Veronenſis.
Laurentius Maria Genuenſis.
Leander Mediolanenſis.
Liberatus Magatti.
Lucianus Soncinus.
Ludovicus de Galatena.
Ludovicus Verrucchinus.
Marcus ab Aviano.
Marcus Antonius Gallitius.
Marianus Genuenſis.
Marianus Nebienſis.
Marinus de Calvaceſio.
Marius Bignonus.
Marius à Foroſarzinio.
Mathias Bellintanus.
Mathias à Parma.
Mathias Venetus.
Matthæus Silveſtrius.
Michael Angelus Ariminenſis.
Michael Angelus Caſſina.
Michael Angelus de Raſenna.
Michael Angelus Venetus
Modeſtus Romanus.
Mutius Cavenſis.
Nicolaus Lucenſis.
Nicolaus Spedienſis.
Nicolaus Angelus à S. Angelo.
Obitius Brixienſis.
Paulus Calanna.
Paulus à Cæſena.
Paulus à Fulginio.
Paulus Lunatus.
Paulus Manaſſæi.
Paulus ab offida.
Paulus Maria Clavarenſis.
Petrus de Alaxio.
Petrus Bergomenſis.
Petrus Benedictus Ioanninius.
Petrus Rota.
Petrus Franciſcus Genuenſis.
Philippus de Bictis.
Philippus à Fulginio.
Raphael Caſſina.
Raphael de Surdis.
Remigius Bergomenſis.
Remigius à S. Romulo.
Rogerius Tiphernenſis.
Romualdus à Parma.
Ruffinus à S. Gaudentio.
Rutilius Cartarius.

San-

*Sanctes Theſaurus.*
*Silveſter à Placentia.*
*Stephanus Claramontius.*
*Sigiſmundus Brixienſis.*
*Sigiſmundus Federici.*
*Theodorus Brixienſis.*
*Theodorus Foreſtius.*
*Theodorus Ticinenſis.*
*Teophilus Brunus.*
*Thomas Bergomenſis.*
*Thomas à Gualdo.*
*Thomas à Tipherno.*
*Valerianus Magnus.*
*Valerius Venetus.*
*Vincentius à Caravagio.*
*Zacharias Bononienſis.*
*Zacharias Mediolanenſis.*
*Zacharias Salodienſis.*
*Zeno Bergomenſis.*

Luſitani.

*Emmanuel de Niza.*
*Zacharias Vlyſſiponenſis.*

Regni Neapolitani.

*Aloyſius à Caſarano.*
*Angelicus de Panagia.*
*Antonius Caputus.*
*Antonius Caraffa.*
*Antonius Laudatus.*
*Antonius Naccaria.*
*Anſelmus Marzatus.*
*Baſilius de Burgos.*
*Baſilius Donurſus.*
*Baſilius Nolanus.*
*Baſilius de Vico.*
*Benedictus à Monteſarchio.*
*Bernardinus à Balbano.*
*Bernardinus à Cilento.*
*Bernardinus à Rhegio.*
*Bernardus Roberti.*
*Bernardus Maria Gioffius.*
*Bonaventura de Aragona.*
*Bonaventura de Catanzaro.*
*Bonaventura Rhegienſis.*
*Cherubinus de Nucibus.*
*Clemens à Iuliano.*
*Conſtantinus Neapolitanus.*
*Dominicus à Francavilla.*
*Franciſcus Aquilanus.*
*Franciſcus à Cerchiaro.*
*Franciſcus à Concha.*
*Franciſcus à Coriolano.*
*Franciſcus de Franchis.*
*Franciſcus Saccenſis.*
*Franciſcus à S. Severino.*
*Franciſcus à Soriano.*
*Franciſcus Spinellus.*
*Franciſcus Maria Gioia.*
*Franciſcus Maria Philamarinus.*
*Gregorius Angelerius.*
*Gregorius Neapolitanus.*
*Gregorius Valentinus.*
*Hieronymus Dinami.*
*Hieronymus à Lupia.*
*Hieronymus Melphictenſis.*
*Hieronymus à Sorbo.*
*Iacobus Melphictenſis.*
*Iacobus Salinarius.*
*Ignatius de Combis.*
*Ioannes de Coprano.*
*Ioannes Gubioſa.*
*Ioannes Romæus.*
*Ioannes à Syderno.*
*Io: Baptiſta à Monteforti.*
*Laurentius Brunduſinus.*
*Ludovicus de Galatena.*
*Ludovicus Sanguinetus.*
*Mathias Balbanus.*
*Matthæus à S. Martino.*
*Michael Neapolitanus.*
*Mutius Cavenſis.*
*Petrus à Calatia.*
*Petrus à Martina.*

Pe-

*Petrus à S. Severino.*
*Silveſter Roſſanenſis.*
*Thomas Galiardus.*
*Vrbanus de Franchis.*

Poloni.

*Franciſcus à [illegible].*

Sardi.

*Antonius de Saſſari.*
*Ioannes Franciſcus Calaritanus.*
*Petrus Calaritanus.*
*Salvator Sardus.*
*Seraphinus Eſquiros.*

Scoti.

*Archangelus de Forbes.*
*Georgius Archangelus Leslæus.*

Siculi.

*Angelus Spadaforus.*
*Anſelmus Iacenſis.*
*Archangelus Iacenſis.*
*Archangelus Panormitanus.*
*Bruno Fattenſis.*
*Clemens Nettinenſis.*
*Conſtantinus Panormitanus.*
*Didacus Sgroy.*
*Euſebius Melitenſis.*
*Felix Brandimartes.*
*Franciſcus de Mazzara.*
*Franciſcus Saccenſis.*
*Franciſcus à Siclilis.*
*Geſualdus de Bononiis.*
*Geſualdus à Panormo.*
*Hieronymus à Calataniſſeta.*
*Hieronymus Panormitanus.*
*Hieronymus à Politio.*
*Hieronymus à S. Georgia.*
*Hieronymus Thraina.*
*Ieremias à Panormo.*
*Illuminatus de Oddis.*
*Illuminatus Meſſanenſis.*
*Illuminatus à Panormo.*
*Io: Maria Hieracencenſis.*
*Io: Maria Nettineſis.*
*Io: Maria Tiſſanenſis.*
*Ioſeph à Camerata.*
*Lucas Calexbitanus.*
*Ludovicus Baldus.*
*Marianus ab Alcamo.*
*Raphael Melitenſis.*
*Seraphinus à Melatio.*
*Thomas Calona.*
*Victorius Panormitanus.*
*Vrbanus Meſſanenſis.*
*Vrbanus Panormitanus.*
*Vrbanus à Politio.*

CA-

# CATALOGVS

## Provinciarum, Conventuum, Miſſionum, omniumque Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci Capucinorum.

### PROVINCIA ROMANA.

*Habet Conventus* XXXX. Scilicet.

| | |
|---|---|
| ALatrii. | *Alatri.* |
| Albani. | *Albano.* |
| Anagniæ. | *Anagni.* |
| Anticuli. | *Anticoli.* |
| Aculæ. | *Acquapendēte* |
| Balneariæ. | *Bagnaja.* |
| Balneoregii. | *Bagnarea.* |
| Baſſani. | *Baſſano.* |
| Brygiani. | *Bracciano.* |
| Campaneani. | *Campagnano.* |
| Caſperiæ. | *Aſpra.* |
| Civitatis Ducalis. | *Città Ducale.* |
| Collis Veteris. | *Colle Vecchio.* |
| Farneſii. | *Farneſe.* |
| Feſcenniæ. | *Città Caſtell.* |
| Ficulnii. | *Ficulli.* |
| Fori Caſſii. | *Vetralla.* |
| Galleſii. | *Galeſe.* |
| Hortani. | *Orta.* |
| Montis faliſci. | *Mōtefiaſcone.* |
| Montiſtereti. | *Monterotōdo.* |
| Montis S. Ioannis. | *Monte S. Gio.* |
| Preneſtis. | *Paleſtrina.* |
| Paliani. | *Palliano.* |
| Priverni. | *Piperno.* |
| Romæ. | *Roma.* |
| Riani. | *Riano.* |
| Reatis. | *Rieti.* |
| Roncilionis. | *Ronciglione.* |
| Scaptineæ. | *Scandriglia.* |
| Signiæ. | *Segni.* |
| Sublaquei. | *Subiaco.* |
| Sueſſæ. | *Sezze.* |
| Sulmonis. | *Sermoneta.* |
| Tiburis. | *Tivoli.* |
| Tolphæ. | *Tolfa.* |
| Tuſculi. | *Fraſcati.* |
| Velitrarum. | *Veletri.* |
| Viterbii. | *Viterbo.* |
| Vrbis Veteris. | *Orvieto.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 161. |
| Sacerdotes. | Num. 145. |
| Clericos. | Num. 86. |
| Laicos. | Num. 276. |

Omnes Num. 668.

### PROVINCIA S. FRANCISCI.

*Habet Conventus* XXXXII.

| | |
|---|---|
| ABbatię Ferrētilli. | *Abbadia.* |
| Amantricis. | *Amatrice.* |
| Ameriæ. | *Amelia.* |
| Aſſiſii. Conv. 2. | *Aſſiſi.* |
| Biturgiæ. Conv. 2. | *Borgo S. Sepolcr.* |
| Canaræ. | *Cannara.* |
| Caſciæ. | *Caſcia.* |
| Civitatis Plebis. | *Città della Pieve* |
| Civernii. | *Citerna.* |
| Collis piperis. | *Collepepe.* |
| Eugubii. | *Gubbio.* |
| Fulginii. | *Foligno.* |
| Interamnæ. Conv. 2. | *Terni.* |

Leo-

| | |
|---|---|
| Leoniſſæ | *Leoneſſa.* |
| Luniani | *Lugnano.* |
| Mevaniæ | *Bevagna.* |
| Montoni | *Montone.* |
| Montisfalchii | *Montefalco.* |
| Montis Regalis | *Monreale.* |
| Narniæ Conv. 2. | *Narni.* |
| Nuceriæ | *Nocera.* |
| Nurſiæ | *Norſia.* |
| Panicalis | *Panicale.* |
| Paſſiniani | *Paſſignano.* |
| Peruſii Conv. 2. | *Perugia.* |
| Porcheriæ | *Porcaria.* |
| S.Crucis Interãnę | *Santa Croce.* |
| Sellani | *Sellano.* |
| Spellii | *Spello.* |
| Spoletii. Conv. 2. | *Spoleti.* |
| Tiferni. Conv. 2. | *Città di Caſtello.* |
| Trebiæ | *Trevi.* |
| Tuderti | *Todi.* |
| Validi | *Gualdo.* |
| Vettonii | *Bettone.* |
| Viſſi | *Viſſo.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 64. |
| Sacerdotes. | Num. 147. |
| Clericos. | Num. 46. |
| Laicos. | Num. 220. |
| Omnes | Num. 477. |

## PROVINCIA MARCHIÆ.

*Habet Conventus LII.*

| | |
|---|---|
| AEſii | *Ieſi.* |
| Amandulæ | *Amandola.* |
| Anconę | *Ancona.* |
| Apiri | *Apiro.* |
| Aſculi | *Aſcoli.* |
| Auximi | *Oſimo.* |
| Callii | *Cagli.* |
| Camerini | *Camerino.* |
| Cingulì | *Cingoli.* |
| Corinalti | *Corinaldo.* |
| Fabriani | *Fabriano.* |
| Fani | *Fano.* |
| Firmi | *Fermo.* |
| Foriſempronii | *Foſſombrono.* |
| Gradariæ | *Gradara.* |
| Laureti | *Loreto.* |
| Lauri | *Loro.* |
| Maceratæ | *Macerata.* |
| Matilicę | *Matelica.* |
| Mondavii | *Mondavio.* |
| Montis Bodii | *Monte Alboddo.* |
| Montis Cumeri | *Monte ſanto.* |
| Montis filatrani | *Monte filatrano.* |
| Montisflorum | *Monte fiore.* |
| Montis Georgii | *Monte Giorgio.* |
| Montis Veragrani | *Monte Granaro.* |
| Montis Veteris | *Monte Vecchio.* |
| Montis Vlmi | *Monte dell'Olmo.* |
| Murri vallium | *Morro.* |
| Novanæ | *Città nuova.* |
| Offidæ | *Offida.* |
| Pertiæ | *Pergola.* |
| Petræ rubeæ | *Pietra rubia.* |
| Piſauri | *Peſaro.* |
| Recineti | *Recanati.* |
| Ripæ Tranſonæ | *Ripa Tranſona.* |
| Rupis Contractæ | *Rocca Contrada.* |
| S. Anatoliæ | *S. Anatoglia.* |
| S. Geneſii | *S. Geneſio.* |
| S. Lupidii | *S. Lupidio.* |
| S. Marini | *S. Marino.* |
| S. Victoriæ | *S. Vittoria.* |
| Sarnani | *Sarnano.* |
| Saxiferrati | *Saſſoferrato.* |
| Scapetiani | *Scapezzano.* |
| Senogalliæ | *Sinigaglia.* |
| Septempedę | *S. Severino.* |
| Tiferni Metaur. | *S. Angelo in vado.* |

| | |
|---|---|
| Tolentini | *Tolentino.* |
| Trajanæ | *Montecchio.* |
| Vrbaneæ | *Caſtel Durante.* |
| Vrbini. Conv. 2. | *Vrbino.* |

RELIGIOSOS.

Prædicatores. Num. 161.
Sacerdotes. Num. 168.
Clericos. Num. 57.
Laicos. Num. 259.
Omnes Num. 645.

## PROVINCIA BONONIÆ.

*Habet Conventus XXV.*

| | |
|---|---|
| ARgentia | *Argenta.* |
| Arimini | *Rimini.* |
| Bononiæ | *Bologna.* |
| Britinorii | *Bertinoro.* |
| Butrii | *Budrio.* |
| Caſtri Bononienſ. | *C. Bologneſe.* |
| Caſtri S. Ioannis | *C. S. Giovanni.* |
| Caſtri S. Petri | *C. S. Pietro.* |
| Ceſenæ | *Ceſena.* |
| Ceſenatici | *Ceſenatico.* |
| Centi | *Cento.* |
| Comacli | *Comacchio.* |
| Faventiæ | *Faenza.* |
| Ferrariæ | *Ferrara.* |
| Fori Cornelii | *Imola.* |
| Fori Livii | *Forlì.* |
| Lughi | *Lugo.* |
| Mirandulæ | *Mirandola.* |
| Mutili | *Modigliana.* |
| Ravennæ | *Ravenna.* |
| S. Agathæ | *Sant' Agata.* |
| S. Archangeli | *S. Arcangelo.* |
| S. Ioannis | *S. Giovanni.* |
| Tiberiaci | *Bagnacavallo.* |
| Verrucchini | *Verrucchio.* |

RELIGIOSOS.

Prædicatores. Num. 117.
Sacerdotes. Num. 75.
Clericos. Num. 48.
Laicos. Num. 132.
Omnes Num. 372.

## PROVINCIA LOMBARDIÆ.

*Habet Conventus XXIII.*

| | |
|---|---|
| BOzoli | *Bozolo.* |
| Burgi S. Domnini | *Borgo S. Dõnino.* |
| Buxeti | *Baſſetto.* |
| Carpi | *Carpi.* |
| Caſalis majoris | *Caſalmaggiore.* |
| Caſtrinovi Corſin. | *C. nuovo di Graf.* |
| Concordiæ | *Concordia.* |
| Florentiolæ | *Fiorenzuola.* |
| Finalii | *Finale.* |
| Fontiſvivi | *Fontevivo.* |
| Guardaſtallii | *Guaſtalla.* |
| Mutinæ | *Modena.* |
| Novellaræ | *Novellara.* |
| Parmæ | *Parma.* |
| Placentiæ | *Piacenza.* |
| Regii-Lepidi | *Reggio.* |
| Sabulonettę | *Sabionetta.* |
| S. Ioannis Plac. | *S. Giovanni.* |
| S. Martini Eſtenſ. | *S. Martino.* |
| S. Secundi | *S. Secondo.* |
| Saxuli | *Saſſuolo.* |
| Scandiani | *Scandiano.* |
| Vitellianæ | *Viadana.* |

RELIGIOSOS.

Prædicatores. Num. 92.
Sacerdotes. Num. 135.
Clericos. Num. 35.
Laicos. Num. 114.
Omnes Num. 376.

## PROVINCIA VENETIARVM.

*Habet Conventus XXXXV.*

| | |
|---|---|
| Abbatię Polici- (cii | *Badia di Poleſena* |
| Alæ | *Ala.* |
| Ancjani | *Montagnana.* |
| Aquęnigræ | *Acquanegra.* |
| Arci | *Arco.* |
| Arziniani | *Arzignano.* |
| Aſuli | *Aſolo.* |
| Ateſtis | *Eſte.* |
| Baſſani | *Baſſano.* |
| Beluni | *Belluno.* |
| Caprini | *Caprino.* |
| Caſtri Francorum | *Caſtelfranco.* |
| Clugiæ | *Chioggia.* |
| Coneliani | *Conegliano.* |
| Epiterpi | *Oderzo.* |
| Glemonæ | *Gemona.* |
| Godii | *Goito.* |
| Hoſtiliæ | *Oſtia.* |
| Iuſtinopolis | *Capo d'Iſtria.* |
| Lendenariæ | *Lendenara.* |
| Leonici | *Lunigo.* |
| Mantuæ | *Mantova.* |
| Meſtris | *Meſtre.* |
| Montisfortis | *Monteforte.* |
| Palmęnuovæ | *Palmanuova.* |
| Patavii | *Padova.* |
| Piſcariæ | *Peſchiera.* |
| Portus Maonis | *Pordonone.* |
| Portus Romatini | *Portogruaro.* |
| Rhodigii | *Rovigo.* |
| Roboreti | *Roveredo.* |
| Sacilli | *Sacile.* |
| Scledi | *Schio.* |
| Sermini | *Sermede.* |
| Serravallis | *Serravalle.* |
| Tarviſii | *Treviſo.* |
| Thienis | *Tiene.* |
| Tridenti | *Trento.* |
| Vallisblandinæ | *Val di Biadene.* |
| Valvaſonii | *Valvaſone.* |
| Venetiarum | *Venetia.* |
| Veronę | *Verona.* |
| Vicentiæ | *Vicenza.* |
| Villæfranchæ | *Villafranca.* |
| Vtini | *Vdine.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 165. |
| Sacerdotes. | Num. 286. |
| Clericos. | Num. 67. |
| Laicos. | Num. 248. |

Omnes Num. 766.

## PROVINCIA MEDIOLANI.

*Habet Conventus LIII.*

| | |
|---|---|
| Albiati | *Abiagraſſo.* |
| Alexandrię Statiel. | *Aleſſandria.* |
| Aronæ | *Arona.* |
| Belaſiii | *Bellagio.* |
| Bigorii | *Bigorio.* |
| Canobii | *Canobio.* |
| Cardani | *Cardano.* |
| Caſalis Piſtorum | *Caſ. Piſtorlengo.* |
| Caſſinarum | *Caſſine.* |
| Caſtrinovi | *Caſtelnuovo.* |
| Cerri | *Cerro.* |
| Clavennæ | *Chiavenna.* |
| Cremonæ | *Cremona.* |
| Dertonæ | *Tortona.* |
| Domaſii | *Domaſo.* |
| Domus Oſsulæ | *Dondoſſola.* |
| Faidi | *Fait.* |
| Finarii | *Finale.* |
| Gamundii | *Caſtellazzo.* |
| Herbæ | *Herba.* |
| Hortæ | *Orta.* |
| Iriæ | *Voghera.* |

| | |
|---|---|
| Laudis Pompeję | *Lodi.* |
| Leuci | *Lecco.* |
| Lorcani | *Lorcano.* |
| Lugani | *Lugano.* |
| Mediolani. Cóv. 2. | *Milano.* |
| Melignani | *Marigliano.* |
| Melpi | *Melzo.* |
| Mendriſii | *Mendriſo.* |
| Merati | *Merate.* |
| Modoetiæ | *Monza.* |
| Morbonii | *Morbegno.* |
| Novarię | *Novara.* |
| Novocomi | *Como.* |
| Olegii | *Oleggio.* |
| Pallantię | *Pallanza.* |
| Papię | *Pavia.* |
| Piceleonis | *Pizzighitone.* |
| Proletię | *Porlezza.* |
| Rhaudii | *Rho.* |
| Romaniani | *Romagnano.* |
| S. Angeli | *S. Angelo.* |
| Serravallis | *Serravalle.* |
| Soreſinæ | *Soreſina.* |
| Sundrii | *Sondrio.* |
| Tredatii | *Tredate.* |
| Valentię | *Valenza.* |
| Vallis Bremii | *Val Breme.* |
| Variſii | *Vareſe.* |
| Vartii | *Varzi.* |
| Verani | *Verano.* |
| Viglebani | *Vigevano.* |

MISSIONES.

| | |
|---|---|
| Calanee | *Calanea.* |
| Cammę | *Camma.* |
| Lauſtalii | *Loſtallo.* |
| Meſoci | *Meſocco.* |
| Roſſæ | *Roſſa.* |
| S. Dominicę | *S. Dominica.* |
| Soatię | *Sovazza.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prędicatores. | Num. 245. |
| Sacerdotes. | Num. 294. |
| Clericos. | Num. 131. |
| Laicos. | Num. 275. |

Omnes Num. 945.

## PROVINCIA BRIXIÆ.

*Habet Conventus XXXIII.*

| | |
|---|---|
| Abbatiæ | *Abbadia.* |
| Albini | *Albino.* |
| Aliminii | *Almenno.* |
| Bergomi | *Bergomo.* |
| Breni | *Breno.* |
| Brixiæ. Conv. 2. | *Breſcia.* |
| Bovinii | *Bovegno.* |
| Caravagii | *Caravaggio.* |
| Caſalis mauri | *Caſalmoro.* |
| Caſtilionis | *Caſtiglione.* |
| Colonee | *Cologne.* |
| Corſani | *Corſano.* |
| Cremę | *Crema.* |
| Drugolii | *Drugoli.* |
| Eduli | *Edolo.* |
| Gambarę | *Gambara.* |
| Gargniani | *Gargnano.* |
| Iſęi | *Iſeo.* |
| Manerbii | *Manerbio.* |
| Montiſclari | *Montechiaro.* |
| Reatini | *Rezzato.* |
| Ripaltę | *Rivolta.* |
| Rumani | *Rumano.* |
| Salodii | *Salò.* |
| S. Io: Blanci | *S. Gio: Bianco.* |
| Soncini | *Soncino.* |
| Superi | *Sovero.* |
| Tirani | *Tirano.* |
| Tranchenii | *Traſcorre.* |
| Trivilii | *Treviglio.* |
| Verturę | *Vertova.* |
| Veſtonii | *Veſtone.* |

| | |
|---|---|
| Virolæ | *Virola.* |

## MISSIONES.

| | |
|---|---|
| Brixobergæ | *Briſobergo.* |
| Cacii | *Caccio.* |
| Caſſini | *Caſſino.* |
| Corambli | *Coramblo.* |
| Mombinii | *Mombino.* |
| Ramii | *Rams.* |
| Reampii | *Reamps.* |
| Rovanii | *Rovanno.* |
| Saviarii | *Saviaro.* |
| Semignoni | *Semignone.* |
| Sernetii | *Sernezzo.* |
| Sertariæ | *Sertaria.* |
| Sovignii | *Sovegno.* |
| Taraſpi | *Taraſpo.* |
| Timpheonii | *Tinfeone.* |

## RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 105. |
| Sacerdotes. | Num. 265. |
| Clericos. | Num. 68. |
| Laicos. | Num. 174. |

Omnes Num. 612.

## PROVINCIA GENVENSIS.

*Habet Conventus XXXVII.*

| | |
|---|---|
| ALaxii | *Alaſſio.* |
| Apuæ | *Pontremoli.* |
| Aquarum Statiell. | *Acqui.* |
| Arentiani | *Arenzano.* |
| Camporum | *Campi.* |
| Caſalis S. Evaſii | *Caſal. di Monfer.* |
| Clavari | *Chiavari.* |
| Fubinarum | *Fubine.* |
| Genuæ. Conv. 2. | *Genoua.* |
| Illicis ſeu Ericis | *Lerice.* |
| Lodani | *Lovano.* |
| Mentoni | *Mentone.* |
| Montiſcalvi | *Moncalvo.* |
| Montiſrubei | *Monteroſſo.* |
| Nicia Statell. | *Nizza della Pagl.* |
| Novarum | *Nove.* |
| Plebis Theci | *Pieve.* |
| Pontiſdecimi | *Pontedecimo.* |
| Portus Mauritii | *Porto Mauritio.* |
| Quarti | *Quarto.* |
| Quiliani | *Quigliano.* |
| S. Margaritæ | *S. Margarita.* |
| S. Romuli | *S. Remo.* |
| S. Salvatoris | *S. Salvatore.* |
| Serezanæ | *Sarzana.* |
| Savonæ | *Savona.* |
| Sexti | *Seſtri di Ponente.* |
| Sigeſtri | *Seſtri di Levante.* |
| Spediæ | *Spetia.* |
| Sputurni | *Spotorno.* |
| Tabienſis | *Taggia.* |
| Voraginis | *Varazze.* |
| Vvadę | *Ovada.* |
| Vultabii | *Voltaggio.* |
| Volturii. Conv. 2. | *Voltri.* |

## RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 191. |
| Sacerdotes. | Num. 162. |
| Clericos. | Num. 56. |
| Laicos. | Num. 179. |

Omnes Num. 588.

## PROVINCIA PEDEMONTII.

*Habet Conventus XXXXI.*

| | |
|---|---|
| ANdurni | *Andorno.* |
| Aſtę Põpejæ | *Aſti.* |
| Avilianæ | *Avigliana.* |
| Barderatis | *Bra.* |
| Benæ | *Bene.* |
| Bugellæ | *Biella.* |
| Cariniani | *Carignano.* |
| Carmaniolæ | *Carmagnola.* |

Car-

| | |
|---|---|
| Carruci | *Carrù.* |
| Cevani | *Ceva.* |
| Cherii | *Chieri.* |
| Clavaſiii | *Chivaſſo.* |
| Corgnati | *Corgnè.* |
| Cunei | *Cuni.* |
| Draconerii | *Dronero.* |
| Eporediæ | *Ivrea.* |
| Foſſani | *Foſſano.* |
| Garexii | *Gareſſio.* |
| Lancei | *Lanzo.* |
| Liberni | *Livorno.* |
| Montiſcalerii | *Moncalieri.* |
| Mons regalis | *Mondovì.* |
| Niceę | *Nizza.* |
| Oxibii | *Oneglia.* |
| Pinarolii | *Pinarolo.* |
| Poderini | *Poirino.* |
| Raconiſii | *Raconiggi.* |
| Rivolii | *Rivoli.* |
| Salutiarum | *Saluzzo.* |
| Saviliani | *Savigliano.* |
| Seguſii | *Suſa.* |
| Soſelli | *Soſpello.* |
| Summæripæ | *Sommariva.* |
| Taurini. Conv. 2. | *Torino.* |
| Tendæ | *Tenda.* |
| Vercellarum | *Vercelli.* |
| Vagenii | *Vigone.* |
| Verſolii | *Verſuolo.* |
| Villęfranchę Nic. | *V.franca di Niz.* |
| Villęfranchę Ped. | *V.franca di Piem.* |

MISSIONES.

| | |
|---|---|
| Acelii | *Aſeglio.* |
| Caralii | *Caraglio.* |
| Caſtri Delphini | *Caſtel Delphino.* |
| Chinelliarum | *Chianalle.* |
| Demontii | *Demonte.* |
| Paeſanæ | *Paeſana.* |
| Pancalarii | *Pancalieri.* |
| Pererii | *Perè.* |
| Peruſæ | *Peroſa.* |
| Vallis-ſovanę | *Valſovana.* |
| Verſolii | *Verſuolo.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 197. |
| Sacerdotes. | Num. 150. |
| Clericos. | Num. 80. |
| Laicos. | Num. 232. |

Omnes Num. 659.

PROVINCIA ETRVRIÆ.

*Habet Conventus XXXVIII.*

| | |
|---|---|
| ARetii | *Arezzo.* |
| Caſtilionis | *Caſtiglione.* |
| Collis | *Colle.* |
| Cortonæ | *Cortona.* |
| Emporii | *Empoli.* |
| Fighinarum | *Fighine.* |
| Florentię. Conv. 2. | *Firenze.* |
| Guami | *Guamo.* |
| Liburni | *Livorno.* |
| Lucæ | *Lucca.* |
| Luciniani | *Lucignano.* |
| Maſſæ Carrariæ | *Maſſa di Carrara.* |
| Montaneæ | *Montagna.* |
| Montiſacuti | *Monteaguto.* |
| Montiſalcini | *Montalcino.* |
| Montis Politiani | *Montepulciano.* |
| Montis S. Savini | *Monte S. Savino.* |
| Montiſvarchii | *Monte-Varchi.* |
| Muccialliæ | *Mugello.* |
| Peccioli | *Peccioli.* |
| Piſarum | *Piſa.* |
| Piſtorii. Conv. 2. | *Piſtoja.* |
| Plebis S. Steph. | *Pieve di S. Stefano* |
| Pontis Eræ | *Ponte ad Era.* |
| Prati | *Prato.* |
| Puppii | *Poppi.* |
| Radicophani | *Radicoſani* |

| | |
|---|---|
| S. Caſſiani Baln. | *S. Caſſiano di B.* |
| S. Caſſiani Flor. | *S. Caſſiano di Fir.* |
| S. Geminiani | *S. Geminiano.* |
| S. Quirici | *S. Quirico.* |
| Sartiani | *Sartiano.* |
| Senarum | *Siena.* |
| Turricchii | *Torricchio.* |
| Volaterræ | *Volterra.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 140. |
| Sacerdotes. | Num. 144. |
| Clericos. | Num. 54. |
| Laicos. | Num. 206. |

Omnes Num. 544.

## PROVINCIA NEAPOLIS.

*Habet Conventus XXXVIII.*

| | |
|---|---|
| ABellini | *Avellino.* |
| Albeti | *Alvito.* |
| Amalphis | *Amalfi.* |
| Apicii | *Apice.* |
| Argentii | *Ariento.* |
| Arpini | *Arpino.* |
| Atellæ | *Averſa.* |
| Beneventi | *Benevento.* |
| Cajetæ | *Gaeta.* |
| Caivani | *Caivano.* |
| Calatiæ | *Caivazzo.* |
| Capuæ | *Capoa.* |
| Caſertæ | *Caſerta.* |
| Cavæ | *Cava.* |
| Cereti | *Cerreto.* |
| Fregellarum | *Pontecorvo.* |
| Herculanei | *Torre del Greco.* |
| Ieſualdi | *Geſualdo.* |
| Itri | *Itri.* |
| Magdaloni | *Matalone.* |
| Montis-caſſini | *Montecaſſino.* |
| Montis-fuſci | *Monte-fuſcoli.* |
| Montis ſarchii | *Monteſarchio.* |
| Neapolis. Conv. 2. | *Napoli.* |
| Nolæ | *Nola.* |
| Nuceriæ | *Nocera.* |
| Pedemontii | *Piedimonte.* |
| Pompeii Stabię | *Caſtel a mare.* |
| Puteolorum | *Pozzuolo.* |
| S. Germani | *S. Germano.* |
| S. Severini | *S. Severino.* |
| Solophræ | *Solofra.* |
| Soræ | *Sora.* |
| Sueſſæ. Conv. 2. | *Seſſa.* |
| Surrenti | *Sorrento* |
| Teani | *Tiano.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 123. |
| Sacerdotes. | Num. 126. |
| Clericos. | Num. 74. |
| Laicos. | Num. 249. |

Omnes Num. 572.

## PROVINCIA LVCANIÆ.

*Habet Conventus XXXXII.*

| | |
|---|---|
| ABriolæ | *Abriola.* |
| Camerotæ | *Camerota.* |
| Campaniæ | *Campagna.* |
| Caſtelluciæ | *Caſtelluccia.* |
| Caſtilionis | *Caſtiglione.* |
| Caſtri Saraceni | *Caſtel Saracino.* |
| Centulæ | *Centola.* |
| Ebuli | *Evoli.* |
| Ferrandinæ | *Ferrandina.* |
| Giffoni | *Giffone.* |
| Grumenti | *Saponara.* |
| Gruttulæ | *Grottola.* |
| Maratheæ | *Maratea.* |
| Marſici | *Marſico.* |
| Melphis | *Melfi.* |
| Montis-albani | *Monte-albano.* |

Mon-

| | |
|---|---|
| Montis-corbini. | *Monte-corvino.* |
| Montis-ſani | *Monte ſano.* |
| Muri | *Muro.* |
| Neruli. Conv. 2. | *Lagonegro.* |
| Novis Planæ. | *Val di Novi.* |
| Optati | *Ottato.* |
| Perdifumi | *Perdifumo.* |
| Picerni | *Picerno.* |
| Plaginarum | *Piaggina.* |
| Polæ | *Polla.* |
| Potẽtiæ. Conv. 2. | *Potenza.* |
| Salæ | *Sala.* |
| S. Cypriani | *S. Cipriano.* |
| Salerni | *Salerno.* |
| S. Angeli | *S. Angelo.* |
| S. Mennæ | *S. Menna.* |
| Seniſii | *Siniſi.* |
| Siciniani | *Sicignano.* |
| Tricarici | *Tricarico.* |
| Tulbii | *Tolbe.* |
| Turſi | *Turſi.* |
| Vetri | *Vietri.* |
| Vincolæ | *Vignola.* |
| Vlcorum | *Lauria.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prędicatores. | Num. 117. |
| Sacerdotes. | Num. 122. |
| Clericos. | Num. 45. |
| Laicos. | Num. 119. |

Omnes Num. 403.

## PROVINCIA RHEGII.

*Habet Conventus XXXV.*

| | |
|---|---|
| Balneareæ | *Bagnara.* |
| Carcini | *Stilo.* |
| Caſtri-veteris | *Caſtro-vetere.* |
| Catacii | *Catanzaro.* |
| Clarevallis | *Chiaravalle.* |
| Cropani | *Cropano.* |
| Cuſoliti | *Cuſolito.* |
| Cutrii | *Cutro.* |
| Cretonis | *Cotrone.* |
| Crypteriæ | *Grottaria.* |
| Flumariæ | *Fiumara.* |
| Galatrii | *Galatro.* |
| Hjeracii | *Girace.* |
| Melanii | *Maida.* |
| Melicuccæ | *Melicocca.* |
| Mileti | *Melito.* |
| Montisleonis | *Monte-leone.* |
| Mottæfilocaſtri | *Motta.* |
| Neocaſtri | *Nicaſtro.* |
| Oppidi | *Oppido.* |
| Panagię | *Panaya.* |
| Poliſtenæ | *Poliſtina.* |
| Quarterii | *Quartieri.* |
| Reatii | *Meſoracca.* |
| Rhegii. Conv. 2. | *Reggio.* |
| Sancti Eliæ | *S. Elia.* |
| S. Catharinæ | *S. Caterina.* |
| Scyllæi | *Sciglio.* |
| Scylletii | *Squillaci.* |
| Semiri | *Simari.* |
| Tabernæ | *Taverna.* |
| Tauriani | *Seminara.* |
| Terræ-novæ | *Terra-nuova.* |
| Tropeæ | *Tropea.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 50. |
| Sacerdotes. | Num. 149. |
| Clericos. | Num. 33. |
| Laicos. | Num. 150. |

Omnes Num. 382.

## PROVINCIA COSENTIÆ.

*Habet Conventus XXXVI.*

| | |
|---|---|
| Aciris | *Acri.* |
| Amantiæ | *Amantea.* |

Apru-

| | |
|---|---|
| Apruſti | *Caſtrovillari.* |
| Balbiæ | *Altomonte.* |
| Blandæ | *Belvedere.* |
| Bellomontii | *Belmonte.* |
| Biſuniani | *Biſignano.* |
| Caſaliſnuovi | *Caſalnuovo.* |
| Caſſani | *Caſſano.* |
| Caſtilionis | *Caſtiglione.* |
| Celici | *Celico.* |
| Clampetiæ | *Cetraro.* |
| Coriolani | *Corigliano.* |
| Coſentiæ | *Coſenza.* |
| Crimiſæ | *Ciro.* |
| Dampetiæ | *Torano.* |
| Dipiniani | *Dipignano.* |
| Inię | *Carolei.* |
| Macallę | *Strongoli* |
| Mormanni | *Mormai.* |
| Murani | *Morano* |
| Nuceriæ | *Nocera.* |
| Orioli | *Oriolo.* |
| Paulæ | *Paola.* |
| Pedacii | *Pedace.* |
| Planarum | *Piane.* |
| Rublani | *Rogliano.* |
| Roſciani | *Roſſano.* |
| S. Ioannis | *S. Gio: in fiore.* |
| Sciliani | *Scigliano.* |
| Seſtii | *Saraceno.* |
| Thebarum | *Luzzi.* |
| Thurii | *Terranuova.* |
| Vergiani | *Roggiano.* |
| Vffugi | *Montalto.* |
| Vrſomarſi | *Vrſomarſo.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 43. |
| Sacerdotes. | Num. 93. |
| Clericos. | Num. 38. |
| Laicos. | Num. 139. |

Omnes Num. 313.

## PROVINCIA S. ANGELI.

*Habet Conventus XXVIII.*

| | |
|---|---|
| A Peneſtæ | *Veſte.* |
| Apricennę | *Apricena.* |
| Aquiloniæ | *Agnone.* |
| Bovini | *Bovino.* |
| Campibaſſi | *Campobaſſo.* |
| Colloniſii | *Coglioniſi.* |
| Eserniæ | *Sernia.* |
| Foggiæ | *Foggia.* |
| Fruſoloni | *Fruſolone.* |
| Gereniæ | *Cirignola.* |
| Hiſtonii | *Vaſto.* |
| Hyrii | *Rodia.* |
| Larini | *Larino.* |
| Luceriæ. | *Lucera.* |
| Montisfalconii | *Montefalcone.* |
| Montis Gargani | *Monte S. Angelo.* |
| Murgantiæ | *Morcone.* |
| Sancti Eliæ | *S. Elia.* |
| S. Io. Rotundi | *S. Gio: Rotondo.* |
| S. Marci | *S. Marco.* |
| S. Severi | *S. Severo.* |
| Serrecapriolæ | *Serracapriola.* |
| Siponti | *Manfredonia.* |
| Triventi | *Trivento.* |
| Trojæ | *Troja.* |
| Turriſmajoris | *Torremaggiore.* |
| Venafri | *Venafro.* |
| Vici | *Vico.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 32. |
| Sacerdotes. | Num. 106. |
| Clericos. | Num. 35. |
| Laicos. | Num. 131. |

Omnes Num. 304.

# CATALOGVS

## PROVINCIA BARII.

*Habet Conventus XXIX.*

| | |
|---|---|
| Altimuri | *Altamura.* |
| Andriæ | *Andriæ.* |
| Aquævivȩ | *Aquaviva.* |
| Barii | *Bari.* |
| Baroli | *Barletta.* |
| Budrunti | *Bitonto.* |
| Ciſternini | *Ciſternino.* |
| Converſani | *Converſano.* |
| Corati | *Corato.* |
| Fratuoli | *Palo.* |
| Gravinæ | *Gravina.* |
| Iuvenacii | *Giovenazzo.* |
| Lavelli | *Lavello.* |
| Melphicti | *Molfetta.* |
| Minervini | *Minervino.* |
| Modunii | *Modogno.* |
| Monopolis | *Monopoli.* |
| Montiſpeluſſii | *Montepeloſo.* |
| Nojæ. | *Noja.* |
| Nucum | *Noci.* |
| Puliniani | *Polignano* |
| Ruborum | *Ruvo.* |
| Rutiliani | *Rutigliano.* |
| Spinatiolæ | *Spinazzola.* |
| Terlitii | *Terlizzo.* |
| Tranii | *Trani.* |
| Triviani | *Triggiano.* |
| Venuſiæ | *Venoſa.* |
| Vigiliarum | *Biſceglia.* |

### RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 56. |
| Sacerdotes. | Num. 146. |
| Clericos. | Num. 49. |
| Laicos. | Num. 138. |

Omnes Num. 289.

## PROVINCIA HYDRVNTI.

*Habet Conventus XXXII.*

| | |
|---|---|
| Aletii | *Lecce.* |
| Alexani | *Aleſſano.* |
| Brunduſii | *Brindiſi.* |
| Caſarani | *Caſarano.* |
| Caſtaniæ | *Caſtellanetta.* |
| Celiæ | *Ceglie.* |
| Coriolani | *Corigliano.* |
| Cryptaliarum | *Grottaglie.* |
| Cupertini | *Copertino.* |
| Diſi | *Diſo.* |
| Fratuertii | *La Terza.* |
| Franchævillæ | *Francavilla.* |
| Galatanæ | *Galatina.* |
| Gallipolis | *Gallipoli.* |
| Genuſii | *Genoſa.* |
| Hydrunti | *Otranto.* |
| Manduriȩ | *Caſalnuovo.* |
| Martinæ | *Martina.* |
| Maſafiræ | *Maſſafra.* |
| Mateolæ | *Matera.* |
| Meſſapiæ | *Miſagno.* |
| Montiſcavioſi | *Monteſcaglioſo.* |
| Neriti | *Nardo.* |
| Oriæ | *Oria.* |
| Oſtunii | *Oſtuni.* |
| Ruffani | *Ruffano.* |
| Rudiarum | *Ruge.* |
| Sancti Eliæ | *S. Elia.* |
| S. Petri | *S. Pietro in Gal.* |
| Scorrani | *Scorrano.* |
| Tarenti | *Taranto.* |
| Tricaſii | *Tricaſe.* |

### RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 106. |
| Sacerdotes. | Num. 109. |
| Clericos. | Num. 40. |

Lai-

Laicos. Num. 165.

Omnes Num. 420.

## PROVINCIA PANORMI.

*Habet Conventus XXXIII.*

| | |
|---|---|
| ALcami | *Alcamo.* |
| Agrigenti | *Girgenti.* |
| Bisbonæ | *Bivona.* |
| Biſaquini | *Boſachino.* |
| Burgii | *Burgio.* |
| Cacabi | *Cacamo.* |
| Calatabellotæ | *Caltabellota.* |
| Caltaſimi | *C..ltaſime.* |
| Calataniſſetę | *Caltaniſſeta.* |
| Camici | *Camarata.* |
| Caſtrinovi | *Caſtronovo.* |
| Caſtrivetrani | *Caſtrovetrano.* |
| Ciminæ | *Ciminna.* |
| Cluſæ | *Chiuſa.* |
| Corleonis | *Corleone.* |
| Drepani Conv. 2. | *Trapani.* |
| Hyccaræ | *Carino.* |
| Leocatæ | *Licata.* |
| Lilybæi | *Marſala.* |
| Mazaræ | *Mazara.* |
| Montifregalis | *Monreale.* |
| Montis S. Iuliani | *Monte.* |
| Nari | *Naro.* |
| Panormi | *Palermo.* |
| Partanæ | *Partanna.* |
| Partenici | *Partenico.* |
| Politii | *Polizzi.* |
| Saccæ | *Sciacca.* |
| Sambucæ | *Sambuco.* |
| Semelii | *Salemi.* |
| Suteræ | *Sotera.* |
| Thermar. Himer. | *Termini.* |

RELIGIOSOS.

Prædicatores. Num. 126.

Sacerdotes. Num. 98.

Clericos. Num. 59.

Laicos. Num. 228.

Omnes Num. 511.

## PROVINCIA MESSANÆ.

*Habet Conventus XXXVI.*

| | |
|---|---|
| ADrani | *Aderno.* |
| Alcaræ | *Alcara.* |
| Aliſii | *Ali.* |
| Ameſtratæ | *Miſtretta.* |
| Brontii | *Bronte.* |
| Calactę | *S. Marco.* |
| Caſtriboni | *Caſtelbuono.* |
| Caſtriregalis | *Caſtro.* |
| Catanæ. Conv. 2. | *Catania.* |
| Coliſani | *Coliſano.* |
| Engii | *Gangi.* |
| Franchævillæ | *Francavilla.* |
| Gibilmannæ | *Gibilmanna.* |
| Iacii | *Iaci.* |
| Ibiſi | *Giſſo.* |
| Imachara | *Traina.* |
| Linguegroſſæ | *Linguagroſſa.* |
| Liparæ | *Lipari* |
| Meſſanæ | *Meſſina.* |
| Mylarum | *Melaſſo.* |
| Naſidæ | *Naſo.* |
| Nicoſiæ | *Nicoſia.* |
| Pactarum | *Patti.* |
| Paterni | *Paterno.* |
| Petraliæ | *Petralia.* |
| Pittiæ | *Pitineo.* |
| Puteoſoti | *Pozzo di Gotto.* |
| Rometæ | *Rometta.* |
| Rupis | *Rocca.* |
| Sanctæ Luciæ | *Santa Lucia.* |
| Savocę | *Savoca.* |
| Taurominæ | *Tauromina.* |

| | |
|---|---|
| Tiſſæ | *Tuſa.* |
| Turturicis | *Tortorice.* |
| Tyracini | *Randazzo.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 65. |
| Sacerdotes. | Num. 160. |
| Clericos. | Num. 60. |
| Laicos. | Num. 200. |

Omnes Num. 485.

## PROVINC. SYRACVSARVM.

*Habet Conventus XXXI.*

| | |
|---|---|
| AVguſtæ | *Agoſta.* |
| Aiduni | *Aidone.* |
| Argyrii | *S. Filippo.* |
| Bidini | *Vizzino.* |
| Bucherii | *Bocchieri.* |
| Caliobetæ | *Calaxibetta.* |
| Calatayeronis | *Caltagirone.* |
| Caſmenis | *Comiſo.* |
| Claromontis | *Chiaromonte.* |
| Ennæ | *Caſtrogiovanni.* |
| Ferulæ | *Ferla.* |
| Heracleæ | *Terranuova.* |
| Herbeſſi | *Palazzuolo.* |
| Hirminii | *Raguſa.* |
| Hyblæ | *Melilli* |
| Hyblæ majoris | *Avola.* |
| Hyſpæ | *Spaccaforno.* |
| Leontii | *Lentini.* |
| Leonfortis | *Lionforte.* |
| Licodiæ | *Licodia.* |
| Mactorii | *Mazarino.* |
| Melitæ | *Malta.* |
| Melitelli | *Melitello.* |
| Menarum | *Meneo.* |
| Motucæ | *Modica.* |
| Neti | *Noto.* |
| Plutie | *Piazza.* |
| Rocalbuti | *Rocalbuto.* |
| Siclis | *Sicli.* |
| Sortini | *Sortino.* |
| Syracuſarum | *Siracuſa.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 60. |
| Sacerdotes. | Num. 121. |
| Clericos. | Num. 44. |
| Laicos. | Num. 156. |

Omnes Num. 381.

## PROVINCIA APRVTII.

*Habet Conventus XXX.*

| | |
|---|---|
| ADriæ | *Atri.* |
| Æquicolorũ | *Cicoli.* |
| Alphabucelis | *Avezzano.* |
| Anxiani | *Lanciano.* |
| Apruti | *Teramo.* |
| Aquilæ. Conv. 2. | *Aquila.* |
| Aterni | *Peſcara.* |
| Belegræ | *Civitella.* |
| Campli | *Campli.* |
| Caramanicæ | *Caramanica.* |
| Catiniani | *Catignano.* |
| Cælani | *Celano.* |
| Fonticulorum | *Fontecchio.* |
| Guardiæ | *Guardia.* |
| Gyptii | *Geſſo.* |
| Iuliæ novæ | *Giulia nuova.* |
| Laureti | *Loreto.* |
| Luci | *Luco.* |
| Montorii | *Montorio.* |
| Monupelli | *Monupello.* |
| Ofeni | *Ofeno.* |
| Ortonæ | *Ortona.* |
| Pinnæ | *Città di Penna.* |
| Radiani | *Rajano.* |
| Scurcolæ | *Scorcola.* |
| Sulmonis | *Sulmona.* |
| Taleacotii | *Tagliacozzo.* |

Tea-

Teateæ . *Chieti.*
Tocci *Tocco.*

RELIGIOSOS.

Prędicatores. Num. 50.
Sacerdotes. Num. 80.
Clericos. Num. 18.
Laicos. Num. 150.
Omnes Num. [illegible]8.

PROVINCIA CORSICÆ.

*Habet Conventus XVI.*

ADiacii *Aiaccio.*
Baſtiæ *Baſtia.*
Brandii *Brando.*
Calvii *Calvi.*
Curiæ *Corte.*
Erſæ *Erſa.*
Linguizzetæ *Linguizzetta.*
Lotæ *Lota.*
Olmetæ *Olmeta.*
Oveliæ *Oveglia.*
Pediſcuriæ *Piè di Corte.*
S. Nicolai *S. Nicolò.*
S. Petri *S. Pietro.*
S. Reparatę *S. Reparata.*
Speluncati *Speloncato.*
Veſcovati *Veſcovato.*

RELIGIOSOS.

Prædicatores. Num. 60.
Sacerdotes. Num. 110.
Clericos. Num. 30.
Laicos. Num. 80.
Omnes Num. 280.

PROVINCIA SARDINIÆ.

*Habet Conventus XX.*

ALguerii *Alghero.*
Barumini *Barumini.*
Bittii *Bitti.*
Bolotanæ *Bolotana.*
Boſæ. *Boſa.*
Caralii. Conv. 2. *Cagliari.*
Cularii *Cullari.*
Eccleſiarum *Igleſias.*
Maſſullæ *Maſſullas.*
Ocierii *Occieri*
Oriſtanei *Oriſtano.*
Piovacæ *Piovacca.*
Nulvii *Nulvi.*
Nurri *Nurro.*
Quarti *Quarto.*
Saſſaris *Saſſari.*
Sellurii *Selluri.*
Surzii *Sorſo.*
Villæſorres *Villaſor.*

RELIGIOSOS.

Prædicatores. Num. 55.
Sacerdotes. Num. 175.
Clericos. Num. 40.
Laicos. Num. 170.
Omnes Num. 440.

# PROVINCIÆ VLTRAMONTANÆ.

PROVINCIA PARISIORVM.

*Habet Conventus XXXXII.*

ABbatis-villæ *Abbe-ville.*
Ambiani *Amiens.*
Antiſiodori *Auxerre.*
Atrebati *Arras.*
Bellovaci *Beauvais.*
Bethuniæ *Betunes.*
Bononiæ *Bologne.*
Caleti *Calais.*
Carnoti *Chartres.*
Caſtri-theodorici *Chaſteau-thierry.*
Colomeriæ *Colomiens.*
Compendii *Compiegne.*

Cre-

| | |
|---|---|
| Crepiaci | *Creſpy.* |
| Droci | *Dreux.* |
| Iuniaci | *Ioigny.* |
| Laferiæ | *Lafere.* |
| Lauduni | *Laon.* |
| Meduntæ | *Mantes.* |
| Meldis | *Meaux.* |
| Meloduni | *Melun.* |
| Meudonii | *Meudun.* |
| Montis-deſiderii | *Mondidier.* |
| Monfortii | *Monforte* |
| Monſtrolii | *Monſtrevil.* |
| Neomagi | *Nongẽt ſur Seyne.* |
| Novioduni | *Noyon.* |
| Pariſiorũ. Cõv. 3. | *Paris.* |
| Peronę | *Perona.* |
| Piſſiaci | *Poiſſy* |
| Pontiſaræ | *Pontoiſe.* |
| Provini | *Provins.* |
| Quintinopolis | *S. Quintin.* |
| Retelii | *Retel.* |
| Rhemorum | *Reims.* |
| S. Florentini | *S. Florentin.* |
| Senonarum | *Sens.* |
| Silvanecti | *Senlis.* |
| Stamparum | *Eſtampes.* |
| Sueſſionis | *Soiſſons.* |
| Trecarum | *Troyes.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 500. |
| Sacerdotes. | Num. 100. |
| Clericos. | Num. 130. |
| Laicos. | Num. 240. |

Omnes Num. 970.

## PROVINCIA TVRONIÆ.

*Habet Conventus XXXIV.*

| | |
|---|---|
| ANdegavi | *Angers.* |
| Angeriaci | *S. Iean d'Angely.* |
| Avantici | *Vierzon.* |
| Aureliani | *Orleans.* |
| Balgentiaci | *Baugency* |
| Bituricis | *Bourges.* |
| Bleſis | *Blois.* |
| Caſtrenſis | *La Chaſtre.* |
| Caſtri-heroldi | *Chaſtelleraut.* |
| Caſtri-rufi | *Chaſteuroux.* |
| Charentæ | *Tonnecharente.* |
| Chinonii | *Chinon.* |
| Duracii | *Thovars.* |
| Enguliſmæ | *Angouleſme.* |
| Exeloduni | *Iſſoudun.* |
| Genabii | *Gyen.* |
| Inſulæ Retium | *Iſle du Re* |
| Iulioduni | *Loudun.* |
| Lochię | *Loches.* |
| Melli | *Mesle.* |
| Niverni | *Nevers.* |
| Niortii | *Niort.* |
| Parthenęi | *Parthenay.* |
| Pictavii | *Poitiers.* |
| Primævallis | *Prunevaurs.* |
| Rufaci | *Ruffec.* |
| Remorantini | *Remorentin.* |
| Rupellæ | *Rochelle.* |
| Salmurii | *Saumur.* |
| S. Aniani | *S. Aignan.* |
| S. Maxentii | *S. Maixent.* |
| Turonis | *Tours.* |
| Vindocinæ | *Vendoſme.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 324. |
| Sacerdotes. | Num. 109. |
| Clericos. | Num. 66. |
| Laicos. | Num. 176. |

Omnes Num. 675.

PRO.

# PROVINCIAR. CONVENT. &c.

## PROVINCIA NORMANNIÆ.

*Habet Conventus XXVII.*

| | |
|---|---|
| ALenconii | *Alençon.* |
| Abrincarum | *Auranches.* |
| Andelai | *Andely.* |
| Argentomagi | *Argentan.* |
| Augarum | *Eü.* |
| Auribenſis | *Orbec.* |
| Bajocarum | *Bajeux.* |
| Cadomi | *Caen.* |
| Calidobeci | *Caudebec.* |
| Conſtantiæ | *Coutances.* |
| Dieppæ | *Dieppe.* |
| Ebroici | *Eureux.* |
| Falleſiæ | *Falaiſe.* |
| Fiſci-campi | *Feſcamp.* |
| Forgii | *Forges.* |
| Gornaci | *Gournay.* |
| Harflevii | *Harfleur.* |
| Honflorii | *Honfleur.* |
| Lexovii | *Liſieux.* |
| Moritaniæ | *Mortaigne.* |
| Nongenti | *Nongent le retrou.* |
| Portus-Gratiæ | *Le Haure de grace* |
| Rothomagi Cõv 2 | *Roüen.* |
| Valoniarum | *Valognes.* |
| Vernonii | *Vernon.* |
| Viriæ | *Vire.* |

HOSPITIA II.

S. Mariæ ad Nives in Portu-gratiæ.

S. Mariæ de Gratia de Honflorio.

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 260. |
| Sacerdotes. | Num. 86. |
| Clericos. | Num. 68. |
| Laicos. | Num. 98. |

Omnes Num. 512.

## PROVINCIA BRITANNIÆ.

*Habet Conventus XXX.*

| | |
|---|---|
| ADeriaci | *Audierne.* |
| Arenarũ Olonenſ. | *Sables d'Olone.* |
| Auriaci | *Auray.* |
| Balgii | *Bauge.* |
| Caſtrigonterii | *Chaſteaugontier.* |
| Cęnomani | *Le Mans.* |
| Corbili | *Croiſic.* |
| Coriſopiti | *Quimpercorentin.* |
| Dinanii | *Dinan.* |
| Fani S. Brioci | *S. Brieu.* |
| Flexiæ | *La Fleche.* |
| Fontenæi | *Fontenay.* |
| Gincampii | *Guinguamp.* |
| Hannebonii | *Hennebon.* |
| Landerdonii | *Landernaü.* |
| Lanionii | *Lanion.* |
| Lavalii | *Laval.* |
| Lucioni | *Luçon.* |
| Machicolii | *Machecou.* |
| Macloviæ | *S. Malò.* |
| Meduanæ | *Mayenne.* |
| Montis-relaxi | *Morlaix.* |
| Morbiani | *Morbian.* |
| Nanneris. Conv. 2. | *Nantes.* |
| Quinperlæi | *Quinperlay.* |
| Rhedonis | *Rennes.* |
| Staliocani | *Roſcou.* |
| Venetiæ | *Vannes.* |
| Vlyſiponis | *Lisbone en Portug.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prędicatores. | Num. 335. |
| Sacerdotes. | Num. 126. |
| Clericos. | Num. 70. |
| Laicos. | Num. 135. |

Omnes Num. 666.

PRO:

## PROVINCIA LVGDVNI.

*Habet Conventus LXI.*

| | |
|---|---|
| ANicii | *Le Puy.* |
| Arnæii Ducium | *Arnay le Duc.* |
| Avallonis | *Avallon.* |
| Auguſtoduni | *Autun.* |
| Auſſonæ | *Auxone.* |
| Belnæ | *Beaulne.* |
| Bellogardiæ | *Bellegarde.* |
| Billomi | *Billom.* |
| Borbonii Anſelm. | *Beurbon Lancy.* |
| Borbonii Arcimb. | *Bourbõ l' Archẽb.* |
| Brivatis. | *Brioude.* |
| Cabiloni | *Chalon.* |
| Carolesiii | *Charlieu.* |
| Caſtilionis ad ſeq. | *Caſtillon.* |
| Caſtilionis Bomb. | *Caſtillon de Bõbes* |
| Caſtri Chinonii | *Chaſtre chinon.* |
| Claromontis | *Clermont.* |
| Corbianiaci | *Corbigny.* |
| Cremiaci | *Cremieu.* |
| Creſtidii | *Le Creſt.* |
| Cuſſiaci | *Cuſſet.* |
| Divionis | *Diion.* |
| Floraci | *Florac.* |
| Francopoli | *Villa franca.* |
| Fori Seguſianorũ | *Burg en Breſſe.* |
| Gannati | *Gannat.* |
| Gratianopolis | *Granoble.* |
| Iſſorii | *Iſſoire.* |
| Iſſurtilii | *Iſſurtille.* |
| Langeaci | *Lengeac.* |
| Langonii | *Langogne.* |
| Lugduni. Conv. 3. | *Lione.* |
| Matiſconæ | *Maſcon.* |
| Mimati | *Mandes.* |
| Molini | *Molins.* |
| Molagii | *Murienges.* |
| Monoſtolii | *Moniſtrol.* |
| Montiſ-acuti | *Montaigu.* |
| Montis audemari | *Montemart.* |
| Montis luſſonii | *Monluſſon.* |
| Montis trhiſorii | *Montbriſon.* |
| Nuictii | *Nuytz.* |
| Rhodumnæ | *Roanne.* |
| Ricomagi | *Riom.* |
| Romani | *R mans.* |
| S. Amandi | *S. Amand.* |
| S. Boniti | *S. Bonet.* |
| S. Chamundi | *S. Chamond.* |
| S. Leonardi | *S. Leonard.* |
| S. Stephani | *S. Eſtienne.* |
| Semurii | *Semur.* |
| Severiaci | *Seurre.* |
| Sidoleuci | *Saulieu.* |
| Tarrariæ | *Tarara.* |
| Thierrii | *Thiers.* |
| Turnonii | *Tournon.* |
| Valentię | *Valences.* |
| Victriani | *Vicchii.* |
| Viennæ | *Vienne.* |
| V. nuovæ Bergiæ | *V. neufue le Berg.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 440. |
| Sacerdotes. | Num. 157. |
| Clericos. | Num. 127. |
| Laicos. | Num. 234. |

Omnes Num. 958.

## PROVINCIA S. LVDOVICI.

*Habet Conventus XXXVIII.*

| | |
|---|---|
| ALeſti | *Ales.* |
| Aptę | *Apt.* |
| Aquarũ mortuarũ | *Aigues mortes.* |
| Aquarum Sextiar. | *Aix.* |
| Arauſicæ | *Oranges.* |
| Arelatis | *Arles.* |
| Aſtromelæ | *Martegues.* |
| Avenionis. Cõv. 2. | *Avignon.* |
| Bariaci | *Bariac.* |

Bello-

| | |
|---|---|
| Belloquadræ | *Beaucaire.* |
| Brincolæ | *Brignoles.* |
| Cabellionis | *Cavaillon.* |
| Carpentoractis | *Carpentras.* |
| Civitatis | *La Cioutat.* |
| Draguignani | *Draguignano.* |
| Ebreduni | *Ambrun.* |
| Fani S. Eutropii | *S. Tropez.* |
| Ferrariæ | *Ferrieres.* |
| Graſſæ | *Graſſa.* |
| Inſulæ Venetæ | *L'Isle de Vannes.* |
| Iuncariæ | *Ionquieres.* |
| Manoſcæ | *Manoſque.* |
| Maſſiliæ | *Marſeille.* |
| Nemauſi | *Niſmes.* |
| Pertuſii | *Pertuis.* |
| Pontis S. Spiritus | *Pont S. Eprit.* |
| Regii | *Riez.* |
| Salietis | *Sayllies.* |
| Salonæ | *Salon.* |
| Sanicii | *Seine.* |
| S. Maximini | *S. Maximin.* |
| Siſtaricæ | *Ciſteron.* |
| Taraſconis | *Taraſcon.* |
| Toloni | *Toulon.* |
| Vapingum | *Gap.* |
| Valriaci | *Vaurias.* |
| Vticæ | *Vzez.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 200. |
| Sacerdotes. | Num. 128. |
| Clericos. | Num. 35. |
| Laicos. | Num. 153. |

Omnes Num. 516.

## PROVINC. LOTHARINGIÆ.

*Habet Conventus XXIV.*

| | |
|---|---|
| BAri Ducum | *Barle-Duc.* |
| Blamontii | *Blamont.* |
| Charmarum | *Charmes.* |
| Fontonęi | *Fontnoy.* |
| Lignęi | *Ligny.* |
| Lunevillæ | *Luneville.* |
| Mirecourtii | *Mirecourt.* |
| Muſſiponti | *Pont a Mauſon.* |
| Nancęi | *Nancy.* |
| Novi-caſtri | *Neufchaſtel.* |
| Phalſeburgi | *Phaltzbourg.* |
| Plomberii | *Plombeire.* |
| Pontis-ſaravi | *Sarburg.* |
| Rambervilleriæ | *Rambervillier.* |
| Romaricimontis | *Remiremont.* |
| S. Deodati | *S. Diez.* |
| S. Deſiderii | *S. Dizier.* |
| S. Michaelis | *S. Miel.* |
| S. Nicolai | *S. Nicolas.* |
| Spinalii | *Eſpinal.* |
| Tulli | *Toul.* |
| Valderfringiæ | *Valderſange.* |
| Vici | *Vic.* |
| Vizelęi | *Vizeliſe.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 82. |
| Sacerdotes. | Num. 87. |
| Clericos. | Num. 28. |
| Laicos. | Num. 83. |

Omnes Num. 280.

## PROVINCIA CAMPANIÆ,

*Habet Conventus XII.*

| | |
|---|---|
| ANdomatuni | *Langres.* |
| Bidiſci | *Bitſch.* |
| Bruyernæ | *Bruyerne.* |
| Carolopolis | *Charleville.* |
| Ionvillæ | *Ionville.* |
| Luxemburgi | *Luxembourg.* |
| Martis-villæ | *Marville* |
| Metis | *Metz.* |
| Orobauni | *Arlon.* |
| S. Menehildis | *S. Meneboulde.* |

Sedani *Sedan.*
Theodonis-villæ *Thionville.*
Viroduni *Verdun.*

RELIGIOSOS.

Prædicatores. Num. 110.
Sacerdotes. Num. 98.
Clericos. Num. 54.
Laicos. Num. 68.
Omnes Num. 330.

PROVINCIA SABAVDIÆ.

*Habet Conventus XXV.*

ANneſii *Annecy.*
Auguſtę Prętorię *Aoſta.*
Baii *Gex.*
Belliaci *Belley.*
Bonnæ *Bonna.*
Briguæ *Brigue.*
Burgi S.Mauritii *Bourg S.Maurice.*
Caſtillionis *Chaſtillon.*
Camberiaci *Chambery.*
Confluiati *Conflans.*
Donatii *Donaz.*
Iemis *Ieme.*
Lauſonii *Loſanna.*
Monaſterii *Mouſtiers.*
Monmelliani *Montmeillan.*
Morgiaci *Morgex.*
Rumilliaci *Rumilly*
Rupis. *La Roche.*
Salantiæ *Salanche.*
S. Io: Maurianæ *S.Ieã de Muriãne*
S.Iuliani Genevẽſ. *S.Iuliẽ de Geneve.*
S. Mauritii *S. Maurice.*
Seduni *Sion.*
Seſelliaci *Seyſel.*
Tononii *Tonon.*

RELIGIOSOS.

Prædicatores. Num. 77.
Sacerdotes. Num. 111.
Clericos. Num. 38.
Laicos. Num. 66.
Omnes Num. 292.

PROVINCIA BVRGVNDIAE.

*Habet Conventus XXI.*

BAlmæ *Beaulme.*
Bellofortis *Belfort.*
Brunduſiæ *Prorentru.*
Campliti *Champlite*
Doiæ *Dola.*
Grajaci *Gray.*
Gyaci *Gy.*
Iuſſi *Iuſſey.*
Ledonii *Lonsleſaunier.*
Lutrenſis *Lure.*
Luxovii *Luxeul.*
Montiſ-bellicardi *Mont-belliard.*
Peſmæ *Peſme.*
Polichnii *Poligny.*
Pontis-arlii *Pont-arlier.*
S. Amoris *S. Amour.*
S. Claudii *S. Claude.*
S. Vrſanii *S. Vrſan.*
Salinarum *Salins.*
Veſulii *Veſoul.*
Veſuntionis *Beſançon.*

RELIGIOSOS.

Prædicatores. Num. 96.
Sacerdotes. Num. 98.
Clericos. Num. 51.
Laicos. Num. 59.
Omnes Num. 304.

PROVINCIA TOLOSÆ.

*Habet Conventus XXXIV.*

AGathopolis *Agde.*
Albigæ *Albi.*
Aleſiæ *Alaix.*
Apamiæ *Pamiers.*
Anduſæ *Anduſe.*
Bliterrarum *Beſiers.*

Ca-

| | |
|---|---|
| Calabrii | *Chalabre.* |
| Carcaſonis | *Carcaſſone.* |
| Caſeriæ | *Caſeres.* |
| Caſtræ | *Chaſtres.* |
| Caſtri-darii | *Caſtelnaudarry.* |
| Corderiæ | *Cordes.* |
| Frontiniani | *Frontignan.* |
| Fuxi | *Foix.* |
| Gaillacii | *Gaillac.* |
| Granatæ | *Granadæ.* |
| Graſſenſis | *La Graſſe.* |
| Helenę | *Elna.* |
| Iuliobrigę | *Longroño.* |
| Limoſii | *Limoux.* |
| Lunelli | *Lunel.* |
| Milliardi | *Millau.* |
| Montis-peſſulani | *Montpelier.* |
| Narbonæ | *Narbone.* |
| N. Dñæ Pietatis | *N. Dame de Pitiè.* |
| N. Dñæ Orientis | *N. Dame d'Oriẽt.* |
| N. Dñę Toureſſolę | *N. D. de Toureſſol* |
| Perpiniani | *Perpignan.* |
| Piſcenis | *Pezenas.* |
| Ruthenæ | *Rhodez.* |
| S. Geruntii | *S. Girons.* |
| Savvę | *Savve.* |
| Serviani | *Servian.* |
| Toloſæ | *Tolouſe.* |
| Vaurii | *Lavaur.* |
| Viganii | *Vigan.* |
| Villefranchæ | *Villafranca.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 300. |
| Sacerdotes. | Num. 59. |
| Clericos. | Num. 50. |
| Laicos. | Num. 140. |

Omnes Num. 549.

## PROVINCIA AQVITANIÆ.

*Habet Conventus XXXVI.*

| | |
|---|---|
| AGinnę | *Agen.* |
| Auſcii | *Aux.* |
| Bajonę | *Bajona.* |
| Begnerii | *Baigneres.* |
| Bellimontis. | *Beaumont.* |
| Benhearni | *Ortbez.* |
| Burdigalæ | *Bourdeaux.* |
| Cadillaci | *Cadillac.* |
| Cadurci | *Cahors.* |
| Caſtrigeloſii | *Caſtelgeloux.* |
| Caſtriſaraceni | *Caſtelſarrazin.* |
| Condomi | *Condom.* |
| Figeaci | *Figeac.* |
| Gimontii | *Gimont.* |
| Gordovii | *Gourdon.* |
| Granatæ | *Granade.* |
| Lactoracii | *Lectour.* |
| Laſcurris | *Leſcar.* |
| Lingonii | *Lengon.* |
| Lombarii | *Lombes.* |
| Malvoiſinii | *Mauvoiſin.* |
| Marmandæ | *Marmande.* |
| Meducii | *Medoc* |
| Montis-albani | *Montauban.* |
| Neraci | *Nerac.* |
| Nogarii | *Nogar.* |
| Oloroni | *Oleron.* |
| Pali | *Pau.* |
| Portus S. Mariæ | *Port S. Marie* |
| S. Antonini | *S. Antonin.* |
| S. Severi | *S. Sever.* |
| Tarbæ | *Tarbe.* |
| Taſtæ | *Dax.* |
| Turenæ | *Turena.* |
| Vaſati | *Bayas.* |
| Villænuovæ | *Villeneufue.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 229. |
| Sacerdotes. | Num. 101. |
| Clericos. | Num. 51. |
| Laicos. | Num. 152. |

Omnes Num. 533.

# CATALOGVS

## PROVINCIA FLANDRIÆ.
*Habet Conventus XXVII.*

| | |
|---|---|
| ALdenardi | *Oudenard.* |
| Aloſti | *Aelſt.* |
| Antuerpię | *Antvverpen.* |
| Belliolæ | *Belle.* |
| Bergę S. Vinoci | *Bergues.* |
| Burburgi | *Borborch.* |
| Brugarum | *Brugge* |
| Bruxellarũ.Cõv.2. | *Bruxel.* |
| Cotraci | *CotriicK* |
| Dunquercæ | *DunKerKe.* |
| Fureduxenſis | *Fureduxen.* |
| Furnarum | *Veurnes.* |
| Gandavi | *Ghendt.* |
| Gueldriæ | *Geldre.* |
| Haſſeleti | *Haſſelt.* |
| Iprarum | *Yperen.* |
| Lovanii | *Loeven.* |
| Lyræ | *Lyr.* |
| Maſceanæ | *Macſeyc.* |
| Mechliniæ | *Mechelen.* |
| Menenii | *Mehenen.* |
| Novi porti | *Neupoort.* |
| Oſtendæ | *Oſtende.* |
| Teneramundæ | *Dendermonde.* |
| Trajecti | *Maestricht.* |
| Trudonii | *S. Truye.* |

### HOSPITIA.

| | |
|---|---|
| Ameloenſis | *AmecluK.* |
| Ameſphordii | *Amesfort.* |
| Amſterodami | *Amſterdam.* |
| Ineciæ | *Ineca.* |
| Novimagi | *Novimagh:* |
| Sylvaducenſis | *Bolduc.* |
| Veepenſis | *Velpens.* |
| Viannenſis | *Viannen.* |

### RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Pręedicatores. | Num. 349. |
| Sacerdotes. | Num. 93. |
| Clericos. | Num. 107. |
| Laicos. | Num. 156. |

Omnes Num. 705.

## PROVINCIA VALLONIÆ.
*Habet Conventus XVIII.*

| | |
|---|---|
| ANghiæ | *Eughien.* |
| Athi | *Ath.* |
| Audomari | *S. Omer.* |
| Bethunæ | *Betune.* |
| Caroloregii | *Charleroy.* |
| Dinantii | *Dinant.* |
| Huui | *Huy.* |
| Leodii. Conv. 2. | *Liege.* |
| Malmundarii | *Malmedy.* |
| Mõtis Hannonię | *Mons.* |
| Namurci | *Namur.* |
| Noyonii | *Neaux.* |
| Sogniaci | *Soigny.* |
| Spaenſis | *Spa.* |
| Stabulenti | *Stavelat:* |
| Thunii | *Thuin.* |
| Verbini | *Vervin.* |

### RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 200. |
| Sacerdotes. | Num. 190. |
| Clericos. | Num. 40. |
| Laicos. | Num. 94. |

Omnes Num. 524.

## PROVINCIA INSVLENSIS.
*Habet Conventus XII.*

| | |
|---|---|
| AEriæ | *Aire.* |
| Armentarii | *Armentiers.* |
| Cameraci | *Cambray.* |
| Condatis | *Condet.* |
| Duaci | *Duay.* |
| Inſularum | *Lille.* |
| Malbodii | *Maubeug.* |

Me-

| | |
|---|---|
| Menariaci | *Merville.* |
| Orchiaci | *Orchies.* |
| Origiaci | *Arras.* |
| Tornaci | *Tournay.* |
| Vallencenarum | *Valencenes.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 120. |
| Sacerdotes. | Num. 110. |
| Clericos. | Num. 48. |
| Laicos. | Num. 100. |

Omnes Num. 378.

## PROVINC. AVSTR. VIENNÆ.

*Habet Conventus XXII.*

| | |
|---|---|
| ASturis | *Steyr.* |
| Battovii ad Tajã | *Battovven.* |
| Battovii ad Ipſiã | *Battovven.* |
| Chrembſii | *Crems.* |
| Corneoburgi | *Corneiburg.* |
| Freiſtadii | *Freyſtat.* |
| Gemundæ | *Gmund.* |
| Hollobruni | *Hollobrun.* |
| Lintzii | *Lintz.* |
| Medelingi | *Medling.* |
| Neoſtadii | *Neuſtat.* |
| Paſſaviæ. Conv. 2. | *Paſſavv.* |
| Paſſinii | *Presburg.* |
| Poiſtorphii | *Peſſing.* |
| Poſſoniæ | *Poiſtourff.* |
| Prugii | *PruK.* |
| Scheibitii | *Scheits.* |
| Tulni | *Tuln.* |
| Viennæ. Conv. 2. | *Vienna.* |
| Vvelſii | *Vvels.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 138. |
| Sacerdotes. | Num. 76. |
| Clericos. | Num. 31. |
| Laicos. | Num. 115. |

Omnes Num. 360.

## PROVINC. AVSTR. ANTER.

*Habet Conventus XXX.*

| | |
|---|---|
| ARgentorati | *Strasburg.* |
| Badæ | *Bada.* |
| Bezavii | *Bezavv.* |
| Biberaci | *Bribach.* |
| Bludii | *Bludentz.* |
| Brigantii | *Braghentz.* |
| Conſtantiæ | *Couſtanz.* |
| Engii | *Enghen.* |
| Friburgi | *Friburg.* |
| Halaſchii | *Haslach.* |
| Immenſtadii | *Immenſtath.* |
| Lauffemburgi | *Lauffemburgh.* |
| Marcodorffii | *March-Dorff.* |
| Martenæ | *Marburgh.* |
| Moſchirchii | *Moſchirch.* |
| Neoſtadii | *Neuſtat.* |
| Offemburgi | *Offemburgh.* |
| Oppennavvii | *Oppennavv.* |
| Ravenſpurgi | *Ravensburgh.* |
| Rhenofeldæ | *Rheynfelden.* |
| Rhenodelgii | *Rheidelinghen.* |
| Stauffinii | *Stauffen.* |
| Rotęvillę | *Rotyvvil.* |
| Tuberi | *Rotemburg.* |
| Valdhuſti | *Vvaldeuſt.* |
| Valdiſchirchii | *Vvaldechirch.* |
| Vangenæ | *Vvanghen.* |
| Vberlingæ | *Vberlinghen.* |
| Veilleſtadii | *Vveilleſtat.* |
| Vellingenſis | *Vvellinggen.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 185. |
| Sacerdotes. | Num. 82. |
| Clericos. | Num. 60. |
| Laicos. | Num. 93. |

Omnes Num. 420.

## PROVINCIA HELVETIÆ.

*Habet Conventus XXXVI.*

| | |
|---|---|
| Abbatis-cellæ | *Appenzel.* |
| Abiolicæ | *Bullet.* |
| Altorfiæ | *Altorf.* |
| Aquarum | *Baden.* |
| Arthæ | *Arth.* |
| Bremocarti | *Bremgarten.* |
| Briſaci | *Briſac.* |
| Brunduſiæ | *Brontrut.* |
| Curię | *Chur.* |
| Delmontii | *Delſpergh.* |
| Dornaci | *Donarch.* |
| Enſishemi | *Entzisheim.* |
| Ferdkirchii | *Ferdkirck.* |
| Fravvenfeldæ | *Fravenfeld.* |
| Friburgi ad ſanam | *Friburg.* |
| Hagenojæ | *Hagenavv.* |
| Kientgishemii | *Kientzeim.* |
| Lanceriæ | *Lantſeren.* |
| Lindaviæ | *Lindavv.* |
| Luceriæ | *Lucernen.* |
| Molſeimi | *Moltſeim.* |
| Obernehemii | *Obernehin.* |
| Olthenei | *Olthen.* |
| Rapperſvillæ | *Rapperchvvyl.* |
| Sarnæ | *Sarnen.* |
| Schiſphemii | *Scupffem.* |
| Seleſtadii | *Schelſtadt.* |
| Solicinii | *Sultz.* |
| Solodori | *Solothurn.* |
| Stantii | *Stanzin.* |
| Suitii | *Schuvitz.* |
| Surlacę | *Suzee.* |
| Thannæ | *Than.* |
| Tugii | *Zug.* |
| Vvillæ | *Vveil.* |
| Zuillenſis | *Zuilen.* |

### RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 125. |
| Sacerdotes. | Num. 153. |
| Clericos. | Num. 68. |
| Laicos. | Num. 95. |
| Omnes. | Num. 511. |

*In ea ſunt plures Miſſiones cum Hoſpitiis.*

## PROVINCIA BAVARIÆ.

*Habet Conventus XXVI.*

| | |
|---|---|
| Avrinianæ alæ | *Ried.* |
| Bambergæ | *Bambergh.* |
| Bidaii | *Burchauſen.* |
| Braunoduni | *Braunavv.* |
| Caroloſtadii | *Carloſtadt.* |
| Degendorffii | *Deggendorff.* |
| Dincheſpilæ | *DinKeſpihel.* |
| Donavertiæ | *Donavvert.* |
| Eiſtati | *Eychſtat.* |
| Herbipolis | *Vvirtzburg.* |
| Kyſongiæ | *Kyzing.* |
| Landhſuti | *Landſuth.* |
| Mergentheimi | *Mergentheim.* |
| Mildorffii | *Mildorff.* |
| Monachii | *Munchen.* |
| Necroſulmii | *Neckerſulen.* |
| Neofori | *Nevvmark.* |
| Ratiſponæ | *Regenspurg.* |
| Regicuriæ | *Konisbguem.* |
| Roſenheimi | *Roſenheim.* |
| Schardingæ | *Scarding.* |
| Straubingæ | *Straubingen.* |
| Scuihamundii | *Schuvebiſgmint.* |
| Vaſſeburgi | *Vaſſerburg.* |
| Vemdlingii | *VVembdlingen.* |
| Vilzhovii | *Vvilshoven.* |

### MISSIONES.

| | |
|---|---|
| Bergenſteinenſem | *Bergenſthein.* |
| Veidenenſem | *Vveiden.* |
| Vohenſtraſſenſem | *Vvohenſtras.* |

### RELIGIOSOS.

Præ-

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 145. |
| Sacerdotes. | Num. 148. |
| Clericos. | Num. 58. |
| Laicos. | Num. 119. |

Omnes Num. 470.

## PROVINCIA BOHEMIÆ.

*Habet Conventus XXV.*

| | |
|---|---|
| BRunæ | *Brun.* |
| Budoviſſæ | *Buduveis.* |
| Crudimiæ | *Grudin.* |
| Falconovii | *Falkonar.* |
| Fulneghiæ | *Fulnegg.* |
| Iglavæ | *Iglavv.* |
| Litomerii | *Leutmeritz.* |
| Neyſſæ | *Ney.* |
| Nicolſpurgæ | *Niclasburg.* |
| Neocolinię | *Neucolin.* |
| Neopragæ | *Neuprag.* |
| Neoſtadii ad Siles. | *Neuſtat.* |
| Olomucii | *Olmuntz.* |
| Opodzonæ | *Opodzen.* |
| Pragæ | *Praga.* |
| Pontenſis | *Prix.* |
| Raudnitii | *Raudnitz.* |
| Sarcdetii | *Sarzt.* |
| Suticiæ | *Schitemboffen.* |
| Suvenitiæ | *Suveinitz.* |
| Theinitii | *Theiniz.* |
| Trebitii | *Trheibitz.* |
| Viſuniæ | *Vviſchavv.* |
| Vratislaviæ | *Breslavv.* |
| Znoimi | *Znaim.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 160. |
| Sacerdotes. | Num. 138. |
| Clericos. | Num. 66. |
| Laicos. | Num. 167. |

Omnes Num. 531.

## PROVINCIA TIROLI.

*Habet Conventus XVII.*

| | |
|---|---|
| AVguſtę Vvindelic. | *Auſpurg.* |
| Boceni | *Boltzen.* |
| Brixini | *Brixen.* |
| Brunegi | *Brunneggen.* |
| Eppani | *Eppan.* |
| Ginzburgi | *Ginzburg.* |
| Imbſtii | *Imbſt.* |
| Laviaci | *Lauffen.* |
| Linenſis. | *Linen.* |
| Merani | *Merav.* |
| OEnienſis. | *Neumark.* |
| OEniponti | *Inſprugg.* |
| Radſtadii | *Radſtadt.* |
| Salisburgi | *Salsburg.* |
| Sclanderni | *Sclanders.* |
| Stiriaci | *Sterzing.* |
| Vianæ | *Vveiſſenborn.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 129. |
| Sacerdotes. | Num. 82. |
| Clericos. | Num. 44. |
| Laicos. | Num. 83. |

Omnes Num. 338.

## PROVINCIA STIRIÆ.

*Habet Conventus XXVII.*

| | |
|---|---|
| AGramenſis | *Agram.* |
| Ayſſenerii | *Ayſenarozt.* |
| Cillæi | *Cylli.* |
| Claudiæ | *Clangenfurt.* |
| Cormoniæ | *Cormons.* |
| Craimburgi | *Cramburg.* |
| Danſuvii | *Damſuvy.* |
| Flumii | *Fiume.* |
| Goritiæ | *Goritia.* |
| Græcii | *Gratz.* |
| Gradiſcæ | *Gradiſca.* |

Gran-

| | |
|---|---|
| Granfoldii | *Grminiel.* |
| Laciani | *Gmundt.* |
| Lubaci | *Laubac.* |
| Marpurgi | *Marpurg.* |
| Muraviæ | *Muravv.* |
| Mureponti | *Pruklandermuer.* |
| Petovii | *Petavv.* |
| Polybiani | *Leybnicz.* |
| Quadrati | *Gurgfelt.* |
| Rakeſpurgi | *Rakeſpurg.* |
| Sanctæ Crucis | *Santa Croce.* |
| S. Viti. | *S. Veit.* |
| Tergeſtis | *Trieſte.* |
| Villaci | *Vvillach.* |
| Volfspergæ | *Vvolfsperg.* |
| Zagabriæ | *Zagabria.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 161. |
| Sacerdotes. | Num. 125. |
| Clericos. | Num. 53. |
| Laicos. | Num. 138. |

Omnes Num. 477.

## PROVINCIA COLONIÆ.

*Habet Conventus XXVII.*

| | |
|---|---|
| Aquiſgrani | *AKen.* |
| Bonnæ | *Bonn.* |
| Cliviæ | *Cleves.* |
| Colonię Arippinę | *Colln.* |
| Coſfeldiæ | *Coesfeldt.* |
| Duſendolfii | *Duſendolf.* |
| Eſſendiæ | *Eſſendt.* |
| Euſchirchii | *Euskirch.* |
| Franchandaliæ | *Franckendal.* |
| Gladabaci | *Gladbac.* |
| Helderbergæ | *Heildeberg.* |
| Heldeſnejæ | *Heldeneim.* |
| Iuliæ | *GiuliK.* |
| Lintzii ad Rhenũ | *Lintz.* |
| Marcodurii | *Maecodur.* |
| Monaſterii ad Eyfel | *Munſter.* |
| Monaſterii in Veſtph. | *Munſter.* |
| Neoſtadii in Palat. | *Neuſtat.* |
| Oppenheimi | *Oppenheim.* |
| Paderbonæ | *Paderbon.* |
| Rudenæ | *Ruthen.* |
| Sanctienſis | *Sintaig.* |
| Tolpiaci | *Tulch.* |
| Verlę | *Vverles.* |
| Verthemii | *Vvertheim.* |
| Vimpianæ | *Vveinſſen.* |
| Viſſemburgi | *Veiſſemburgh.* |

HOSPITIA.

| | |
|---|---|
| Aldenorffenſe | *Aldenorffeſſ.* |
| Kaſſellenſe | *Kaſſell.* |
| Peinenſe | *Peine.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 200. |
| Sacerdotes. | Num. 103. |
| Clericos. | Num. 87. |
| Laicos. | Num. 141. |

Omnes. Num. 531.

## PROVINCIA RHENI.

*Habet Conventus XIX.*

| | |
|---|---|
| Agonię Dñi | *Noth Choth.* |
| Aſchafẽburgi | *Aſchafenburgh.* |
| Berencaſtellæ | *Berncaſtell.* |
| Bingæ | *Binga.* |
| Confluenſis | *Coblentz.* |
| Cocheimii | *Cocheim.* |
| Dieburgi | *Dieburg.* |
| Duſſeldorpii | *Duſſeldorp.* |
| Hemsbacenſis | *Hembaſch.* |
| Landsbergę | *Landesbergh.* |
| Loricenſis | *Lorich.* |
| Moguntiæ | *Mayence.* |
| Spiræ | *Spehir.* |
| Treviris | *Trever.* |
| Vagheuſulæ | *VVageuſſe.* |
| Valthuræ | *VValthuren.* |
| Vormacię | *VVorms.* |

Vim-

| | |
|---|---|
| Vimpinæ | *VVinphen.* |
| Zantenſis | *Zanten.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 153. |
| Sacerdotes. | Num. 53. |
| Clericos. | Num. 50. |
| Laicos. | Num. 92. |

Omnes Num. 348.

## PROVINCIA CASTELLÆ.

*Habet Conventus XIV.*

| | |
|---|---|
| ABulæ | *Avila.* |
| Compluti | *Alcalà d'Henares.* |
| Conchæ | *Cuenca.* |
| Cubani | *Cubas.* |
| Matriti. Conv. 3. | *Madrid.* |
| Oxomæ | *Oſma.* |
| S. Leocadiæ | *S. Leocadia.* |
| Salmaticæ | *Salamanca.* |
| Segobiæ | *Segovia.* |
| Tauri | *Toro.* |
| Toleti | *Toledo.* |
| Valliſoleti | *Valladolid.* |
| V.nuovæ Cardeti | *Villanuova.* |
| Villæ rubiæ | *Villarubia.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 120. |
| Sacerdotes. | Num. 160. |
| Clericos. | Num. 80. |
| Laicos. | Num. 100. |

Omnes Num. 460.

## PROVINCIA CATHALONIÆ.

*Habet Conventus XXIV.*

| | |
|---|---|
| ARienenſis | *Areyns.* |
| Barcinonis. Cōv. 3. | *Barcellona.* |
| Bęculæ | *Bañoles.* |
| Blandę | *Blanes.* |
| Cervariæ | *Cervera.* |
| Dertuſæ | *Tortoſa.* |
| Ergariæ | *Tgualada.* |
| Figuerię | *Figueres.* |
| Gerundæ | *Girona.* |
| Granullariæ | *Grañolles.* |
| Illerdæ | *Lerida.* |
| Mataronis | *Mataro.* |
| Minoriſſæ | *Manreſa.* |
| Olobę | *Olot.* |
| Sabedillæ | *Sabedilla.* |
| S. Selidonii | *S. Selonio.* |
| Solſonæ | *Solſona.* |
| Tarraconis | *Tarragona.* |
| Trempii | *Tremp.* |
| Vallis | *Valles.* |
| Vici | *Vic.* |
| Villęfranchæ | *Villafranca.* |
| Villænuovæ | *Villanuova.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 121. |
| Secerdotes. | Num. 288. |
| Clericos. | Num. 76. |
| Laicos. | Num. 125. |

Omnes Num. 610.

## PROVINCIA VALENTIÆ.

*Habet Conventus XV.*

| | |
|---|---|
| ALbaydæ | *Albayda.* |
| Alonis | *Alicante.* |
| Caſtilionis | *Caſtillō della Pla.* |
| Caudetis | *Caudet.* |
| Murciæ | *Murçia.* |
| Olleriæ | *Olleria.* |
| Ontinientis | *Ottinente.* |
| Oriolæ | *Oricuella.* |
| S. Marię Magdal. | *S. Maria Maddal.* |
| S. Matthæi | *S. Matteo.* |
| Segobrię | *Segorbe.* |
| Setabiculæ | *Alzira.* |
| Valentiæ | *Valenza.* |
| Xativæ | *Xativa.* |
| Xericæ | *Xerica.* |

RE-

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 117. |
| Sacerdotes. | Num. 75. |
| Clericos. | Num. 41. |
| Laicos. | Num. 104. |

Omnes Num. 337.

## PROVINCIA ARAGONIÆ.

*Habet Conventus XIX.*

| | |
|---|---|
| Alcalatæ | *Alcalà.* |
| Alcanitii | *Alcaniz.* |
| Attaci | *Ateca.* |
| Balbaſtri | *Balbaſtro.* |
| Belſinii | *Boria* |
| Bilbilis | *Calatajud.* |
| Cæſarauguſtæ | *Saragoça.* |
| Cariennæ | *Cariñena.* |
| Caſpenſis | *Caſpe.* |
| Cogulladæ | *Cocogliudo.* |
| Darocæ | *Daroca.* |
| Exeæ | *Exea.* |
| Fragę | *Fraga.* |
| Oſcæ | *Hueſca.* |
| Raudæ | *Aranda.* |
| Sagontiæ | *Epila.* |
| Teruli | *Tervel.* |
| Tholobiorum | *Tamarit.* |
| Turiaſonis | *Taraçona.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 116. |
| Sacerdotes. | Num. 113. |
| Clericos. | Num. 44. |
| Laicos. | Num. 98. |

Omnes Num. 371.

## PROVINCIA ANDALVSIÆ.

*Habet Conventus XX.*

| | |
|---|---|
| Alcalatę Regalis | *Alcalà Real.* |
| Anticarię | *Antequera.* |
| Ardalæ | *Ardales.* |
| Aſtygis | *Ecya.* |
| Caluculæ | *Cabra.* |
| Cæſarianæ | *Xerez.* |
| Cordubæ | *Cordova.* |
| Fani Luciferi | *S. Lucar de Bara.* |
| Gaduum | *Gadiz.* |
| Giennę | *Iaen.* |
| Granatę | *Granada.* |
| Herculisſani | *Caſtillo.* |
| Hiſpalis | *Sevilla.* |
| Illiturgis noua | *Andujar.* |
| Malacæ | *Malaga.* |
| Marciæ | *Marchena.* |
| Mellaria | *Fuentes.* |
| Sexi | *Moſtril.* |
| Portus S. Michael. | *Puerto S. Michel.* |
| Velenſis | *Velez.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 115. |
| Sacerdotes. | Num. 145. |
| Clericos. | Num. 70. |
| Laicos. | Num. 143. |

Omnes. Num. 473.

## PROVINCIA NAVARRÆ.

*Habet Conventus XII.*

| | |
|---|---|
| Arcobrigæ | *Los Arcos.* |
| Cereti | *Cerat.* |
| Citrunigię | *Citruenigo.* |
| Pampelonis | *Pamplona.* |
| Peraltę | *Peralta.* |
| Pratæ | *Prada.* |
| Renteriæ | *Renteria.* |
| Tafallæ | *Taffalla.* |
| Tudelæ | *Tudela.* |
| Tuitii | *Tuit.* |
| Vianę | *Viana.* |
| Vinzæ | *Vinza.* |

RELIGIOSOS.

| | |
|---|---|
| Prædicatores. | Num. 69. |
| Sacerdotes. | Num. 56. |
| Clericos. | Num. 47. |

Lai-

Laicos. Num. 48.
Omnes Num. 220.

CVSTODIA HIBERNIÆ:
*Habet Conventus II.*

| | |
|---|---|
| BArenſem ſupra | *Aubam.* |
| Vaſſienſem | *Vaſſy.* |

MISSIONES XIV.

| | |
|---|---|
| Bandebrindenſem | *Brandebid.* |
| Caſtelenſem | *Caſſel.* |
| Cherkhienſem | *Cherk* |
| Clunaienſem | *Corchac.* |
| Dromorenſem | *Drommor.* |
| Dublinenſem | *Boilettbe.* |
| Emerichenſem | *Emerich.* |
| Galvienſem | *Galvaic.* |
| Khilenghenſem | *Khilenghen.* |
| Khinſalenſem | *Khinſale.* |
| Londinenſem | *Londra.* |
| Molinienſem | *Molinaie.* |
| Tridattenſem | *Tridat.* |
| Turlenſem | *Turles.* |

RELIGIOSOS.

| | | |
|---|---|---|
| Prædicatores. | Num. | 52. |
| Sacerdotes. | Num. | 18. |
| Clericos. | Num. | 10. |
| Laicos. | Num. | 10. |

Omnes Num. 90.

IN CVSTODIA GRÆCIAE.
*Sunt Reſidentiæ XIII.*

| | |
|---|---|
| ANdronopolitana | *Andros.* |
| Athenienſis | *Athene.* |
| Chienſis | *Scio.* |
| Conſtantinopolit. | *Conſtantinopoli.* |
| Cretenſis | *Candia.* |
| Cuſtadacenſis | *Cuſtadaco.* |
| Galatenſis | *Galata.* |
| Millenſis | *Millo.* |
| Naxienſis | *Naxia.* |
| Neapolis Roman. | *Napoli.* |
| Peræ | *Pera.* |
| Smyrnenſis | *Smirne.* |
| Tyrienſis | *Tiro.* |

IN CVSTODIA SYRIAE.
*Sunt Reſidentias XV.*

| | |
|---|---|
| ABbadienſis | *Abbady.* |
| Achaiæ | *Achaia.* |
| Aleppenſis | *Aleppo.* |
| Alexandrina | *Aleſſandria.* |
| Babilonis | *Bagadat.* |
| Barucenſis | *Baruc.* |
| Damaſci | *Damaſco.* |
| Diaberchenſis | *Diaberch.* |
| Lanerçe in Cipro | *Lanerca.* |
| Montis libani | *Montelibano.* |
| Moſchenſis | *Gran Cairo.* |
| Nicoſienſis | *Nicoſia.* |
| Ninivenſis | *Moſſol.* |
| Sidonienſis | *Sidone.* |
| Suanenſis | *Sues.* |

IN CVSTODIA PERSIDIS.
*Sunt Reſidentiæ IX.*

| | |
|---|---|
| ERinamenſis | *Erinam.* |
| Georgienſis | *Giorgia.* |
| Hebactanenſis | *Ebactanis.* |
| Hermenſis | *Hermes.* |
| Hiſgaamenſis | *Iſgaam.* |
| Kordiſtamenſis | *Kordiſtam.* |
| Oromenſis | *Oromi.* |
| Taurenſis | *Tauris.* |
| Tiſſitenſis | *Tiſſa.* |

IN APHRICA.
*Sunt Reſidentiæ XIII.*

| | |
|---|---|
| ANgolenſis | *Angola.* |
| Ardenſis | *Arda.* |
| Bammæ | *Bamma.* |
| Bembenſis: | *Bemba.* |
| Elpanamenſis | *Elpaman.* |

Loan-

# CATALOGVS

Loandenſis — *Loanda.*
Manſanganenſis — *Maſſangano.*
Mellilenſis — *Mellila.*
Mocatenſis — *Mocati.*
S. Salvatoris — *S. Salvatore.*
Sondenſis — *Sondo.*
Songii — *Sogno.*

## IN AMERICA.

*Sunt Reſidentiæ XVIII.*

AManienſis — *Amania.*
Araguenſis — *Arague.*
Braſilienſis — *Braſile.*
Canarienſis — *Canarie.*
Caracaſienſis — *Caraças.*
Cumana — *Cuma.*
Granatenſis — *Granata.*
Guacarenſis — *Guacara.*
Guadalupenſis — *Guadalupe.*
Guineenſis — *Guinea.*
Guarapiccienſis — *Guarapiccia.*
Inſulę S. Chriſtophori.
Inſulę S. Dominici.
Inſulæ Turris — *Iſola della Torre.*
Maderenſis — *Madera.*
Novæ Gallię — *Nuova Francia.*
Panamatenſis — *Panamà.*
Serralienſis — *Serralione.*

## IN INDIIS ORIENTALIBVS.

*Sunt Reſidentiæ IV.*

MAdrapatani — *Madrapatan.*
Magorienſis Regni. *Magor.*
Meliaporenſis — *Meliapour.*
Souratenſis — *Sourate.*

## IN REGNO POLONIÆ.

Conventus Verſavienſis. *Verſavia.*

---

Error. — *Corr.*

Fol.9. col.1. lin.24. conciliorum *conſiliorum* fol.13. c.1. l.2. & fidem *ut fidem* fol.17.c.2.l.31. in quo *in qua* fol.29. c.1. l.27. annos 14. *annos* 4. fol.74. c.2. l.21. 21.Maii 21.*Maiu* fol.91. c.1. l.ult. in eo *in ea* fol.92.c.1.l.14. liber *librum* fol.98.l.27. civis,altis *civis, & altis* fol.107. c.1. l.1. in cui *in opere, cui* fol.119.c.1.l 30. Provincia (adde) *tum ad doctrinam* c.2. l.9. ſuę 13. *ſuę* 23. fol.123. c.1. l.29. ſuę 49. *ſuę* 86. fol.126. c.2. l.33. paſſi *paſſim* fol.130. c.1. l.20. Anicoli *Antiçuli* 172. c. 2. l. 13. de falſitate *de felicitate* fol. 175. c. 1. l. 8. anno 1650. *anno* 1550. fol. 177. c.1.l.23. libri *libros* fol. 183. c.1. l.28. eloquiis *eloquii* fol.193.c.1.l.5. fruſtra *fruſta* fol.176.c.2.l.12. Chriſtianiſſimi *Chriſtiani* fol.194.c.1.l.29. libellum *libellus* & l.38. ſtatus Gigantis *ſaltus Gigantis* fol.213. c.2. l.19. Maria *Mariæ* fol.218. c.1. l.29. poſt *poteſt* fol. 272. c.2. l.17. ſplendore *ſplendores* fol.293. c.1.l.6. adianti *radianti* fol.298. c. 2. l. 30. Domi *Domivi* fol. 302. c.1.l.21. perfectionis *perfectioris* fol.320. c.1. l. 32. libri *libros*.

UNIVERSITARIA

Se posa qtt ausenz